

### **Capitulum 1**

**Discipulus:** Solutiones predictarum rationum per memetipsum satagam invenire et ideo qui possunt hereticari te interrogare desistam, nonnulla de puniendis hereticis amodo quesiturus. Porro quia istud opus volui fieri principaliter propter dissensionem inter sanctissimum patrem et dominum, dominum Iohannem papam 22<sup>um</sup> et quosdam qui ipsum de heretica pravitate diffamant, cum quibus in hoc convenio quod papa potest heretica labe respergi, licet predictum dominum virum catholicum reputem et fidelem, ideo principaliter in hoc libro sexto qualiter et a quo sit papa si efficiatur hereticus feriendus investigare curabo. Verum quia papa valet de heresi tam mendaciter quam veraciter infamari, primo inquiram de papa super crimine heresis

5

10

---

**Capitulum 1,1** ] *In We scriptor 6<sup>us</sup> continet his copywork of gathering 6 (here at fo. 63r), which began at 1 Dial. 5.29 (fo. 60r--cf. OP V p. xx)*  
**3** hereticari] etiam ne *added* **Bb 4** desistam] insistam Ax | nonnulla] nonnulli Ax | puniendis...5 amodo]prehendis quomodo Pb Lb Vb Sa **5** amodo] *omitted* Ar Ko Vd Fr Ax Es Di To | quia] qui Ba Ax | fieri] feri Ba *omitted* **Bb 6** principaliter] *omitted* Ar Vd | dissensionem] defensionem Ba dissessionem Ax | sanctissimum patrem] *omitted* Vc Ox **7** et dominum] **We Bb Fi An** Na Ce Ar Ca Vd Ax: *omitted* **Ly** Sm Vg Pa Pc Va Pb Vb Sa Vc Ox Ba Es Di To et dominum nostrum Fr Ko dominum<sup>2</sup>] *omitted* **Bb** | et<sup>2</sup>] *omitted* To | quosdam] hereticos *added* **We** Ba alios Vc Ox **8** quibus] quo Na **9** convenio] invenio Na Vd labe] *omitted* Vb | respergi] inspergi Ba spergi Es To **10** dominum] *omitted* Vc | virum] v'm Pb verum Ba Es Di vm To **11** principaliter] *omitted* **We** | qualiter] *omitted* Vd Fr Ax | et...papa] **We** Vc Ox Va Ba: quo **Bb Fi An** Na Ce papa Sm quis **Ly** Vg Vb Ca Pa Pb Pc Lb Sa Ar Ko Es Di To quomodo Vd quomodo sit Fr Ax **12** efficiatur] efficitur Es Di To fuerit Ar | hereticus] sit *added* **Ly** Sm Vg Lb Pa Pb Pc Sa Ko Ar Ca Vd<sup>2</sup> Es Di To | feriendus] puniendus Sm gap Na | Verum] **We Bb Fi An** Na Ce Vc Ox Ca Vd Fr Ax: verumptamen **Ly** Sm Va Vg Pa Pb Pc Sa Ar Ko Ba Es Di To **13** valet] habet Ca non debet Pb Ar Es Di To tam... veraciter] **We** Vc Ox Va: tam veraciter de heresi quam mendaciter Ba tam mendaciter **Bb Fi An** Na Ce Pa Pb Pc Lb Vg Sa Vb Di To Ar mendaciter **Ly** Sm Es Ca Vd Ax Fr tam mendaciter quam realiter Ko **14** papa super] *omitted* Vd

15 mendaciter diffamato, secundo de papa vere heretica labe  
fedato. In primis autem cupio scire an papa habeat iudicem  
superiorem in terris, unde de hac re unam vel plures  
assertiones cum suis motivis velis michi referre.

20 **Magister:** Circa interrogationem tuam discrepant  
literati, quibusdam dicentibus quod papa non habet  
superiorem in terris, aliis dicentibus quod licet nulla persona  
in terris sit superior papa, universalis tamen ecclesia et etiam  
concilium generale est supra papam. Asserentium autem  
25 papam non habere superiorem in terris quidam dicunt quod  
qui semel est canonice ad papatum assumptus nisi  
renuntiaverit spontanea voluntate papatui nunquam poterit  
nisi per divinam potentiam papatu iuste privari etiam si  
efficiatur hereticus. Alii dicunt quod quamvis papa non  
30 habeat superiorem in terris quamdiu est papa, si tamen  
efficiatur hereticus ipso facto iure divino non humano est  
papatu privatus et inferior factus catholicis.

**Discipulus:** Allega primo pro assertione in qua diversi  
conveniunt, scilicet quod papa non habet iudicem superiorem  
in terris.

35 **Magister:** Hoc auctoritatibus et rationibus nonnulli  
probare conantur. Hoc etiam Innocentius papa, ut habetur 9 q.  
3 c. *Nemo* sentire videtur. Ait enim: “*Nemo iudicabit primam  
sedem iustitiam temperare desiderantem, neque enim ab  
augusto neque ab omni clero neque a regibus neque a populo  
40 iudex iudicabitur*”. Ex quibus verbis datur intelligi quod  
etiam universalis ecclesia non est papa superior cum clerus  
et populus, qui secundum predicta verba Innocentii papam

---

**Capitulum 1,20** quibusdam dicentibus] Geraldus Odo, *Quid niteris*, GF  
p. 970 30 iure...humano] Cf. *infra* c. 68. This is Ockham’s opinion,  
which differs from the mainstream position of the Cesenist Appeals.  
36 9...37 Nemo!] C. 9 q. 3 c. 13 col. 1159

---

15 diffamato] infamato Fr | secundo] scilicet *infra* c. 66 added Ly  
scilicet *infra* c. 60 added Ba Di scilicet *infra* c. 61 added To scilicet *infra*  
(inferius Es) c. 68 added Vbm Va Vg Pa Pb Lb Sa Ko Ar Es | labe]  
pravitate Ax Fr 16 an] si Pb Ar Ba Es Di To | papa] omitted Ar  
iudicem] omitted Fr 17 hac re] hoc Vd | re] omitted Fi An | plures]  
duas Fi An 21 superiorem] superior Bb | nulla] omitted Fi An  
persona] imperator added Anb 22 etiam] omitted Ly 24 quod] cum  
added Ly 25 qui] quis Ly 26 renuntiaverit] abrenuntiaverit Ly  
papatui] papatum Bb 27 potentiam] a added Ly | papatu] papatum Bb  
30 efficiatur] efficitur Bb An 32 qua] quo Bb 33 habet] habeat Ly  
36 etiam] enim We Ly 37 videtur] ac added Bb | Ait] A' ait Bb  
primam] ipsam Fi An 42 populus] We Vc Ox Ba Fr: papa Bb Fi An Ly  
Na Sm Vd Es Ax omitted Va

nequeunt iudicare, ecclesiam universalem constituent. Ex quo sequitur quod etiam concilium generale non est supra papam.

Item, Symachus papa, ut habetur eisdem causa et questione c. *Aliorum*, ait: “*Aliorum hominum causas Deus voluit homines terminare, sed sedis istius presulis suo sine questione reservavit arbitrio*”. Ex quo habetur quod solus Deus est superior presule sedis apostolice.

**Discipulus:** Dicerent alii quod Symachus papa loquitur de aliis causis quam de causis heresis et ideo, non obstantibus verbis eiusdem, papa habet superiorem in causis heresis.

**Magister:** Ista responsio impugnatur quia, sicut ex dictis sanctorum patrum colligitur, ubi canon non excipit nec nos debemus excipere. Cum ergo canon Symachi pape causam heresis nequaquam excipiat, nec nos debemus causam heresis excipere. Hoc etiam patet quia verba

---

46 c *Aliorum*] C. 9 q. 3 c. 14 col. 1159 54 colligitur] D. 55 c. 13 (*Si evangelica*) col. 387 s.v. excepisse: “*argumentum quod ubi canon non excipit nec nos excipere debemus 2 q. 5 consuluisti*” ; C. 2 q. 5 c. 20 (*Consuluisti*) col. 858 s.v. superstitiosa: “*ubi canon non excipit nec nos, ut supra dis. 12 omnia, 55 dis. si evangelica, et 31 q.1 quod si dormierit*” ; C. 31 q. 1 c. 13 (*Quod si dormierit*) col. 2088 s.v. non nobis definiendum est: “*hic argumentum quod non licet alicui definire, vel determinare, vel excipere quod canon non excipit, vel definit, vel determinat, argumentum 19 dis. si romanorum*”. The gloss adds 8 additional references. It then offers counter arguments (esp. De consecratione, dis. 2 c. *Liquido* /Decreti tertia pars, col. 2541 s.v. servaret: “*quod canon non determinat nos determinare possumus*” with 3 further references therein, including 33 q. 2 *Quod Deus* considered as “*argumentum contra 2 q. 5 consuluisti*”./ The gloss to *Quod si dormierit* concludes with the statement: “*et intelligo non licet iniuste et male contra rationem et contra canonem infra/ 33 q. 3 Quos Deus*”. And C. 33 q. 2 c. 18 (*Quos Deus*) col. 2183 s.v. absque ratione, states : “*per hoc capitulum solve generale illud 31 q. 1 quod si dormierit et 2 q. 5 consuluisti*”. This is a dialectic fully compatible with the discussions of 1 Dial. 1, and with Ockham’s position as to the primacy of rational theology over letter-bound legalisms. 57 excipere] This argument, along with that of the following sentence (“*verba indistincte prolata generaliter debent intelligi*”), Ockham usually associates with extreme papalism: AP 1. 32-55 (OP I<sup>2</sup>, pp.229-230); OQ i.2. 28-71 (OP I<sup>2</sup>, pp.18-19); 3.1 Dial.1.2 (OP VIII, pp.120-122); Brev. 2.2.5-17 (OP IV, p.112).

---

43 nequeunt] nequeant Bb Fi An | ecclesiam] ecc<sup>e</sup> Bb | constituent] constituat We 45 eisdem] omitted Bb 46 *Aliorum* ait] omitted Ly 47 voluit] per added Ww | sed] licet Ly | presulis] presulem Ww 48 reservavit] We: servavit Bb Fi An Ly | quo] quibus verbis We 49 est] omitted Bb | presule] We Vc Ox Ba Va: omitted Bb Fi An Ly 51 heresis] hereticis Ly 52 causis] causa We Ox Vc

indistincte prolata generaliter debent intelligi, ut papa in omni causa divino servetur arbitrio.

60 Tertia auctoritas ad predictam assertionem est Anteri pape, qui ut in predictis causa et questione c. *Facta* ait: “*Facta subditorum iudicantur a nobis, nostra vero iudicat Deus*”. Papa ergo superiorem iudicem non habet in terris.

65 Quarta auctoritas est Constantini imperatoris qui, ut legitur 12 q. 1 c. *Futuram* : “*Presidens in sancta synodo que apud Nicenam congregata est, cum querelam quorundam conspiceret coram se delatam, ait: ‘vos a nemine diiudicari potestis quia Dei solius iudicio reservamini, dii etenim vocati estis et idcirco non potestis ab hominibus iudicari’*”. Ex quibus verbis datur intelligi quod clerici non possunt a laicis iudicari, et per consequens multo fortius caput clericorum, scilicet summus pontifex, nequit ab alio iudicari.

70

75 Quinta auctoritas ad idem est Gelasii pape qui, ut habetur 9 q. 3 c. *Ipsi*, loquens de apostolica sede ait: “*Ipsi sunt canones qui appellationes totius ecclesie ad huius sedis examen voluere deferri, ab ipsa vero nusquam prorsus appellari debere sanxerunt, ac per hoc illam de tota ecclesia iudicare, ipsam ad nullius commeari iudicium nec de eius*

---

58 intelligi] D. 19 c. 1 col. 105 s.v. dicendo: “Argumentum quod verbo generali omnia debent comprehendere, ut hic, et 1 q. 1 sunt nonnulli, et 14 q. 3 putant” etc.. (2 more references). But the gloss concludes: “Contra, De consecratione, dis. 2 revera et infra 75 dis. quod die”. And in D. 75 c. 5 col. 482 s.v. Additio, one reads: “Ex hoc colligitur quod generalis sermo non accipitur generaliter”. 61 c Facta] C. 9 q. 3 c. 15 col. 1159 65 12...Futuram] C. 12 q. 1 c. 15 col. 1285 74 9...Ipsi] C. 9 q. 3 c. 16 col. 1159

---

58 indistincte] indiffinite We Vc Ox Ba Va | intelligi] cum ergo canon predictus indiffinite (indistincte Va) loquatur (loquitur Ba) generaliter debet intelligi added We Vc Ox Va Ba 59 servetur] reservetur We 60 Anteri] Ly: Anterii Bb Fi An We 61 et] omitted We 62 iudicat...63 Deus] a Domino [Deo in Ly] iudicantur Ww 64 est] omitted Bb | est... imperatoris] Constantini Fi An 65 12] 13 Ly | Futuram] Futura Ww in sancta] sancte Ww 67 conspiceret] aspiceret Ly | coram] We: contra Bb Fi An Ly | delatam] deferendam Ww 68 reservamini] servamini Ww 70 datur intelligi] colligitur Ly 72 scilicet] omitted Ly | pontifex] omitted Fi An | nequit] nequaquam potest Ly | alio] aliquo We Vc Ox Va 73 qui ut] et Ly 74 Ipsi<sup>1</sup>] et added Ly | sede] sedis Bb | Ipsi<sup>2</sup>] ipsis Bb 75 sunt] sibi added Ly | sedis] sedem Bb Fi An 76 voluere] voluerunt Bb We Ly voluerint Fi An | deferri] deferre Ww | vero] vere Bb | nusquam] nunquam We Ly unquam Bb Fi An 77 appellari] Ly: appellare Bb Fi An We | debere sanxerunt] Ly: sanxere We Bb Fi An 78 commeari] convenire Bb Fi An

*umquam preceperunt iudicio iudicari*". Ex quibus verbis datur intelligi quod de summo pontifice non licet toti ecclesie iudicare, sed ipse habet de tota ecclesia iudicare. Cum ergo nec persona nec aliqua congregatio in terris sit superior tota ecclesia, nec papa, qui est supra totam ecclesiam, potest aliqua congregatio vel persona superior reperiri. 80

Sexta auctoritas est Nicholai pape qui, ut habetur causa et questione predictis c. *Patet*, ait: "*Patet profecto sedis apostolice cuius auctoritate maior non est iudicium a nemine fore retractandum, neque cuiquam de eius licere iudicio iudicare*". Ex quibus habetur quod nemini licet de summo pontifice iudicare, et per consequens non habet superiorem in terris. 85 90

**Discipulus:** Puto quod qui posset ad istas auctoritates rationabiliter respondere omnes alias eandem sententiam pretendentes sine difficultate dissolveret. Ideo iste sufficient. Signa tamen ubi poterunt alie inveniri que sonare videntur quod papa non habet iudicem superiorem in terris. 95

**Magister:** Ad hoc poterit allegari auctoritas Nicholai pape dis. 21 c. *Nunc autem*, et dis. 22 c. *Qua traditione*, et 2 q. 7 c. *Petrus*.

**Discipulus:** Pro eadem assertionem rationes adducas. 100

**Magister:** Prima ratio talis est. Ille a quo non licet appellare non habet superiorem in terris, quia ab omni inferiori ad superiorem est licitum appellare (2 q. 7 c. *Placuit*). Sed a papa appellare non licet (9 q. 3 c. *Ipsi* et c. *Cuncta*). Ergo papa non habet iudicem superiorem in terris. 105

Secunda ratio talis est. Ille qui est omnibus superior non habet superiorem, quia idem non potest respectu eiusdem vel eorumdem esse superior et inferior. Sed papa est omnibus

---

86 c Patet] C. 9 q. 3 c. 10 col. 1157 98 dis<sup>1</sup>...autem] D. 21 c. 7 col. 125 | dis<sup>2</sup>...traditione] D. 22 c. 5 col. 133 | 2...101 Petrus] C. 2 q. 7 c. 40 col. 927 103 2...106 Placuit] C. 2 q. 7 c. 53 col. 937 104 9...Ipsi] C. 9 q. 3 c. 16 col. 1159 | c<sup>2</sup>...107 Cuncta] C. 9 q. 3 c. 17 col. 1159

---

79 preceperunt] perceperunt Fi An | iudicari] iudicare Ly 84 aliqua] alia Ly | reperiri] que papam habeat iudicare added Pb Ar Ba Es Di que ipsum habeat iudicare added To 86 profecto] perfectio Ly 87 maior] maius Ww 88 fore] forte Ly | licere] omitted Ww 89 nemini] nulli Ly 93 sententiam] rationem Ly 94 pretendentes] seu sententiam added Ly | sine difficultate] omitted Fi An | iste] We Vc Ox: ista Bb Fi An Ly Ba Va 95 Signa] signes Ly 98 22] 23 Ly | Qua traditione] Contradictionem Ly 101 Ille] omitted Ly 103 inferiori] inferiore Ly 7] 5 Ly 105 iudicem] omitted Ly 107 idem] We: omitted Bb Fi An Ly 108 et] etiam An

110 catholicis superior cum sit omnium caput. Igitur non habet iudicem superiorem in terris.

Tertia ratio talis est. Qui non potest ab aliquo accusari non habet iudicem superiorem. Sed papa non potest ab aliquo accusari, quia pastor ab ovibus accusari non potest (6 q. 1 c. *Oves*, et 2 q. 7 c. *Petrus*). Omnes autem catholici sunt oves  
115 cure et regimini pape commissi. Igitur ipsum accusare non possunt, et per consequens a nemine potest iudicari.

### *Capitulum 2*

**Discipulus:** Noli multiplicare rationes pro hac parte, sed motiva dicentium quod papa habet superiorem in terris enarra.

5 **Magister:** Quod papa etiam manens papa habeat iudicem superiorem in terris nonnulli etiam multis rationibus probare nituntur. Modi tamen ponendi sunt diversi. Quidam enim dicunt quod imperator vel aliquis alius iudex et princeps secularis aut populus seu multitudo aliqua est iudex  
10 ordinarius pape. Alii vero dicunt quod nec ecclesia universalis nec aliqua alia congregatio aut persona habet potestatem requirendi vel coercendi papam nisi in duobus casibus. Primus est si papa fuerit de heresi graviter infamatus licet falso. Secundus est si in aliquo crimine de quo  
15 scandalizetur ecclesia sit notorie deprehensus et ipse incorrigibilem se ostendat.

**Discipulus:** Prosequere primo primam opinionem quia, quamvis putem eam hereticam, qualiter tamen assertores ipsius eam fundare conantur, et quomodo ad rationes et

---

113 6...Oves] C. 6 q. 1 c. 9 col. 1055 114 2...Petrus] C. 2 q. 7 c. 40 col. 927 2,12 in...13 casibus] Cf. D. 40 c. 6 col. 260 s.v. a fide devius 14 in...16 ostendat] quoted *verbatim* in Q (GF p. 949) 17 quia...21 desidero] possibly penned prior to the extant prologue to 1 Dial. There seem to be many such passages scattered throughout the text indicating a “progressive painting” system of composition. Some were subsequently rewritten or polished, some not. For a discussion of the issue cf. Introd. to OP VII. The label [PP\*] appearing in various contexts *infra* indicates such a possibility and replaces the LTR of the intermediate variant of our critical text.

---

110 in terris] *omitted* Ly 111 talis] *hec* Ly 115 commissi] *commissa* Ly 2,3 motiva] *motivum* Ly | superiorem] *superiores* Bb Fi An 5 Magister] *omitted* Fi 6 etiam] *omitted* We 7 nituntur] *nitantur* Bb 10 Alii] *alli* We 11 alia] *aliqua* Bb | habet] *habeat* Ly 12 requirendi] *inquirendi* We 14 aliquo] *alio* We 15 scandalizetur] *scandalizaretur* We 17 quia] *et* Ly 19 conantur] *nitentur* We | *et*<sup>2</sup>] *ad added* Bb Fi An

auctoritates in contrarium respondere nitantur, gratia exercitii  
ut acutius veritatem intelligam, scire desidero. 20

**Magister:** Pro predicta assertionem potest primo sic argui.  
Ille qui nullam habet iurisdictionem coactivam imperatori aut  
regi vel alii principi aut populo est subiectus, quia qui nulli  
alteri est prepositus alicui est subditus. Aliter enim nullum 25  
ordinem ad alios homines nec superioritatis nec inferioritatis  
haberet. Ubi autem non est ordo ibi est confusio; confusio  
autem inter homines inveniri non debet. Qui ergo quantum ad  
iurisdictionem coactivam nulli est prepositus, quantum ad  
iurisdictionem coactivam alicui est subiectus. Sed papa ex 30  
ordinatione Christi super alios nullam habet iurisdictionem  
coactivam. Igitur quantum ad iurisdictionem coactivam alicui  
est subiectus, et non nisi imperatori aut regi vel principi. Igitur  
alicui predictorum est papa subiectus, et ita aliquis  
predictorum est iudex ordinarius pape. 35

### *Capitulum 3*

**Discipulus:** Quamvis asserere quod papa super alios  
non habet iurisdictionem coactivam sit hereticum  
reputandum, ut arbitrator, dic tamen quomodo predicti  
assertores hoc probare nituntur. 5

**Magister:** Hoc auctoritatibus scripture divine et  
sanctorum moliuntur ostendere. Primo autem auctoritate  
Christi dicentis apostolis Matth. 20: “*Scitis quia principes  
gentium dominantur eorum et qui maiores sunt potestatem  
exercent in eos. Non ita erit inter vos, sed quicumque voluerit  
inter vos maior esse sit vester minister et quicumque voluerit  
inter vos primus esse erit vester servus*”. Ex quibus verbis  
datur intelligi quod maioritas et primitas illius qui est maior  
et primus inter omnes discipulos Christi, cuiusmodi sunt 10  
omnes christiani, in ministrando et serviendo consistit et per  
consequens iurisdictionem coactivam super alios nullatenus  
habet. 15

---

3,8 Matth 20] Matthew 20:25-27. Cf. Marsilius, DP, II.iv.1

---

22 predicta] opinione vel added Ly 24 qui] omitted Fi An | nulli] nulla  
Bb 25 enim] autem Ly 28 ergo] autem Ly 33 est] papa added We  
34 papa...35 est] omitted Bb 3,3 coactivam] omitted Fi An 4 ut  
arbitror] omitted Fi An 6 auctoritatibus] auctoritate Ly 7 autem]  
omitted Ly 8 Christi] omitted Bb | 20] 28 We 10 erit] est Bb  
15 consistit] cum ergo papa sit maior et primus inter omnes christianos,  
sua maioritas in ministrando et serviendo consistit added We Vc Ox Ba

**Discipulus:** Ministerium et servitium pape consistit in regendo et gubernando gregem sibi commissum, quod nequaquam facere posset nisi iurisdictionem coactivam haberet. Nec obviat quod papa debet esse minister et servus, nam etiam iudex temporalis puniendo malefactores minister est iuxta sententiam Apostoli ad Rom. 13.

**Magister:** Hanc responsionem dicunt Christum excludere, cum sic ministerium et servitium imponit maiori et primo inter suos discipulos quod ei exercendi potestatem in alios interdicit, dicens: “*qui maiores sunt potestatem exercent in eos, non ita erit inter vos*” etc. Ex quibus verbis colligitur quod Christus ministro et servo aliorum christianorum potestatem exercendi in alios interdicit, et ita ab eo iurisdictionem coactivam excludit, quia inutilis et superflua est iurisdictio coactiva que non debet potestatem in maleficos exercere. Cum vero dicitur quod iudex temporalis est minister secundum Apostolum, respondetur quod male allegas Apostolum, quia non dicit Apostolus quod potestas est minister subiectorum, sed dicit quod est minister Dei. Christus autem voluit quod primus inter christianos esset minister non solum Dei sed et aliorum.

**Discipulus:** Probantne aliter quod papa non habet iurisdictionem coactivam super alios?

**Magister:** Hoc etiam probant sic. Papa non habet maiorem iurisdictionem coactivam quam habuit Christus cuius est vicarius. Sed Christus non habuit in quantum homo mortalis iurisdictionem coactivam.

Tum quia iurisdictio coactiva sine divitiis vel adiutorio habentium divitias convenienter exerceri non potest et per consequens inutiliter retineretur. Christus autem omnes divitias necessarias ad iurisdictionem coactivam exercendam quo ad dominium penitus abdicavit, victu et vestitu contentus. Adiutorio etiam divitum ad eandem iurisdictionem

---

23 Rom 13] Romans 13:4

---

21 quod] quia Ly | debet] de Bb | servus] servorum Dei added Ly  
 24 Magister] Secundum added Ly | dicunt] debent Ly 25 et servitium] non Bb non added then cancelled Fi An | imponit] ponit Bb Fi An  
 26 primo...ei] ideo suis discipulis Ly 27 interdicit] interdixit Fi 28 in] inter Fi | eos] illos Ly | erit] co' (sic) Bb | verbis] omitted Ly  
 30 interdicit] interdixit Fi An 34 respondetur] respondent We  
 35 potestas] omitted Ly | est] omitted Bb 36 est] omitted Bb  
 37 autem] enim Ly | primus] omitted Ly 38 et] etiam We Ly  
 42 habuit] habuerit Ly 47 retineretur] retineatur Bb 49 dominium] Deum Ly



exercendam minime utebatur. Ergo coactivam iurisdictionem in quantum homo mortalis non habuit.

Tum quia, ipso testante, ministrare venit non ministrari. Ergo non venit iurisdictionem coactivam exercere. Ergo eam non habuit.

55

Tum quia Christus opus quod sibi Pater imposuit, consummavit, ipso testante, qui ait Ioh. 17: “*Opus consummavi quod dedisti michi ut faciam*”. Christus autem iurisdictionem coactivam nequaquam exercuit, ergo iurisdictionem coactivam a Patre non accepit in quantum erat homo mortalis, quia si eam accepisset et nequaquam eam exercuisset de malitia vel negligentia fuisset merito arguendus, quia officium sine opere tenuisset.

60

**Discipulus:** Hic errant aperte, quia evangelica testatur istoria quod Christus iurisdictionem exercuit coactivam cum Christus de templo vendentes et ementes violenter eiecerit, ut legitur Matth. 21, Marc. 11, Luc. 19, et Ioh. 2.

65

**Magister:** Ipsi asserunt te hic errare propter duo. Primo quia eicere vendentes et ementes de templo et alia facere que tunc Christus exercuit ad iurisdictionem coactivam non pertinent. Nec Christus tunc officium prelati vel summi sacerdotis exercuit sed officium hostiarii tunc assumpsit, teste Magistro Sententiarum qui, ut habetur libro 4, dis. 24, ait: “*Hoc officium, scilicet hostiariorum, Dominus in sua persona suscepit, quando flagello de funiculis facto vendentes et ementes de templo eiecit. Ipse enim se hostiarium significans dicit ‘ego sum hostium, per me si quis introierit’*” etc. Predictum ergo officium quod Christus tunc exercuit ad hostiarios spectat. Hostiarii autem ex officio suo nullam iurisdictionem coactivam noscuntur habere. Ergo per illud

70

75

80

---

57 Ioh 17] John 17:4 67 Matth 21] Matthew 21:12 | Marc 11] Mark 11:11 | Luc 19] Luke 19:45 | Ioh 2] John 2:15 73 Magistro Sententiarum] Petrus Lombardus, *Sententiae in IV libros distinctae*, t.II, St Bonaventure College eds.: Grottaferrata (Rome) 1981, p. 396 77 dicit] John 10:9

---

52 in...54 iurisdictionem] omitted Bb 54 eam] omitted Fi An 57 testante] teste We 58 faciam] We: facerem Bb Fi An Ly 59 nequaquam...60 coactivam] omitted Fi An 61 nequaquam] nullatenus We | eam<sup>2</sup>] omitted We Ly 62 vel] et Fi An 66 eiecerit] eiecit Ly 67 21] et added We | 11] 5 Bb Fi An et added We 69 et ementes] omitted Ly 71 pertinent] pertinet We 73 24] 3 Ly 74 hostiariorum] historiarorum Ly | Dominus] Deus Ly 76 se] omitted We 77 dicit] dixit Fi 79 Hostiarii] officarii Fi 80 illud] habere ergo per illud added dittography Bb

exemplum probare non potes quod Christus iurisdictionem habuit coactivam.

85 Secundo dicunt te errare quia Christus in quantum summus sacerdos si habuit iurisdictionem non habuit eam nisi respectu fidelium et in eum credentium, quia ad eum de hiis qui foris erant in quantum summus sacerdos non pertinuit iudicare. Christus autem tunc eiecit infideles de templo, ergo hoc non fecit in quantum sacerdos sed in quantum hostiarius cuius est absque iurisdictione non solum malos fideles sed 90 etiam infideles de templo eicere. Ex hiis concludunt quod Christus in quantum sacerdos nunquam iurisdictionem exercuit coactivam, ergo nec habuit.

95 **Discipulus:** Licet Christus habuerit iurisdictionem coactivam eam tamen nequaquam exercuit, quia inter suos discipulos non erant malefici in quos debuit iurisdictionem coactivam exercere, nec tamen propter hoc caruit iurisdictione tali, sicut si rex non haberet subditos nisi bonos non propter hoc iurisdictione careret.

100 **Magister:** Istud excludunt per hoc quod nonnulli discipuli Christi graviter deliquerunt apostatantes a fide quam susceperant. Ioh. enim 6 sic legitur: “*Multi discipulorum eius abierunt retro*”. Non ergo propter defectum materie sed propter iurisdictionis coactive carentiam Christus in delinquentes potestatem aut vindictam nequaquam exercuit. 105 Ex hiis concludunt quod Christus in quantum summus pontifex iurisdictionem non habuit coactivam. Ergo nec papa iurisdictionem obtinet coactivam.

110 Quod etiam auctoritatibus probare nituntur. Origenes enim super illud Matth. 20 “*reges gentium*” etc. ait: “*Scitis quia principes gentium dominantur eorum*”, id est “*non contenti tantum regere suos subiectos violenter eis dominari*

---

101 Ioh...6] John 6:66 108 Origenes] Origenes, *Commentarium in Mattheum*, in Migne, PG, t.13, cols. 1389-1390 (text is from the “interpretatio vetus” at the bottom). Cf. Marsilius, DP, II.iv.13

---

81 non] omitted Bb | Christus] omitted Bb 84 habuit<sup>1</sup>] habuerit Ly iurisdictionem] coactivam added We 85 in] etiam Bb 86 qui] que Fi We Ly | pertinuit] pertinebat Ly 89 malos] autem alios We 90 etiam] omitted Bb | hiis] verbis added Ly 92 nec] non Ly 93 habuerit] habuit Ly 95 in] inter Ly | debuit] debuerit Ly 96 coactivam] omitted We 97 tali] omitted We 99 Istud] Hoc We 100 deliquerunt] delinquerunt Fi An 101 susceperant] superant Bb | 6] 7 We 102 ergo] enim Ly 104 aut] pro Bb 105 hiis] verbis added Ly 109 20] Ly: 21 Bb Fi An We | etc] dominantur eorum etc. Ly 110 id est] et Ly

*nituntur. Inter vos autem qui estis mei non erunt hec... Quoniam sicut omnia carnalia in necessitate sunt posita... spiritualia autem in voluntate... sic et qui principes sunt spirituales*", id est prelati, "*principatus eorum in dilectione... debet esse positus, non in timore*". Ex quibus verbis datur intelligi quod totus principatus prelatorum ecclesie (et per consequens summi pontificis) in voluntate et dilectione non in timore debet consistere. Igitur diligi debent, non timeri. Qui autem iurisdictione coactiva utuntur a malis timentur, teste Apostolo ad Rom. 13 qui ait: "*Si autem malefeceris time*" scilicet potestatem. Ergo prelati ecclesiarum iurisdictione coactiva uti non debent.

Hoc etiam Chrysostomus ibidem sentire videtur. Ait enim: "*Principes mundi ideo fiunt ut dominantur minoribus suis, ut servificent eos, et spolient eos et comedant, et usque ad mortem abutantur vita eorum ad suas utilitates et glorias. Principes autem ecclesie fiunt ut serviant minoribus suis et ministrant eis quecumque acceperunt a Christo, ut suas utilitates negligant et illorum procurent*". Ex quibus verbis patet distinctio inter principes seculares et principes ecclesiarum, quia principes seculares suis subditis dominantur, principes autem ecclesie minoribus serviunt et ministrant. Ergo in eos iurisdictionem coactivam exercere non valent.

Hiis etiam Ambrosius concordare videtur qui, ut recitatur 23 q. 8 c. *Convenior*, ait: "*Dolere potero, flere potero, gemere potero, adversus arma milites Gothos quoque lacrimae mee mea arma sunt, talia enim munimenta sunt*

---

**121** Rom 13] Romans 13:4 **124** Chrysostomus] Pseudo-Chrysostomus, *Opus imperfectum in Mattheum, Homilia 35*, in Migne, PG, t. 56, col. 830. Cf. Marsilius, DP, II.iv.13 **137** 23...*Convenior*] C. 23 q. 8 c. 21 col. 1815. Cf. Marsilius DP, II.v.5

---

**112** hec] corporalia *added* Ly **113** Quoniam] We: quomodo Bb Fi An Ly | carnalia] We: corporalia Bb Fi An Ly **114** et] est An **115** spirituales] *omitted* Fi | id est] et Ly **116** positus] penitus Bb Ly **118** et] in *added* Fi An **119** debent] et *added* We | timeri] timori Bb **121** ait] sic *added* Ly **122** ecclesiarum] *omitted* Ly **124** ibidem] idem Bb **125** ideo] non Ly | fiunt] sunt Ww **126** ut...eos] et eos servituti subiciant Ww | spolient...comedant] expolient Ww **127** abutantur... glorias] eis utantur ad suam voluntatem et gloriam Ww **128** suis] *omitted* Ww **129** acceperunt] acceperint Ly Fi An **131** inter] in Fi An **132** quia] quibus We **134** eos] eis We **136** concordare videtur] correspondet Ly **137** recitatur] habetur Fi An **138** potero<sup>2</sup>] *omitted* Bb Gothos quoque] Gothosque Ww **139** lacrimae] lacrima Fi | munimenta] instrumenta Ww

140 *sacerdotis. Aliter nec debeo nec possum resistere*". Ex quibus  
verbis habetur quod sacerdos orationibus et lacrimis debet  
malis resistere et non per potentiam temporalem, et per  
consequens non habet iurisdictionem coactivam.

Quod etiam Chrysostomus in libro suo dialogorum qui  
145 De dignitate sacerdotali intitulatur, libro 2 cap. 3, super illud  
Apostoli 2 Cor. 1 "*non dominamur fidei vestre*" apertissime  
sentire videtur. Ait enim: "*Hii qui foris sunt iudices malignos  
quosque cum subdiderint ostendunt in eis plurimam  
potestatem et eos invitos a priorum morum pravitate  
150 compescunt. In ecclesia vero non coactum sed acquiescentem  
oportet ad meliora converti, quia nec nobis a legibus data est  
talis potestas ut auctoritate sententiae cohibeamus homines a  
delictis*". Clarius dici non posset quod ecclesia non habet  
iurisdictionem coactivam, cum in ecclesia nullus debeat ad  
155 meliora cogi nec aliquis debeat cohiberi per iudicalem  
sententiam a delictis.

Item, ad habentem iurisdictionem coactivam spectat  
negotiis secularibus implicari, quia ad ipsum pertinet  
contentiones et lites dirimere. Contentiones autem, lites, et  
160 rixe inter negotia secularia computantur (Extra, *Ne clerici vel  
monachi secularibus negotiis se immisceant*, c. 1) Sed ad  
summum pontificem non pertinet secularibus negotiis  
implicari, teste Apostolo 2 Tim. 2, qui ait: "*Nemo militans  
Deo implicat se negotiis secularibus*". Ergo ad summum  
165 pontificem ex ordinatione Christi non pertinet iurisdictio  
coactiva.

Item, papa non habet maiorem iurisdictionem ex  
ordinatione Christi quam habuit beatus Petrus. Sed beatus  
Petrus et alii apostoli iurisdictionem coactivam a Christo  
170 minime receperunt. Ergo nec papa habet iurisdictionem

---

**144** Chrysostomus] Chrysostomus, *De dignitate sacerdotali*, lib. 2, cap. 3  
(Migne, PG, t. 48, col. 634). Cf. Marsilius, DP, II.v.6 **146** 2...1] 2  
Corinthians 1:24 **160** Extra...161 1] X. 3. 50. 1 col. 1409 **163** 2<sup>1</sup>...2<sup>2</sup>] 2  
Timothy 2:4. Cf. Marsilius DP, II.v.1

---

**140** Aliter] autem *added* Bb Fi An Ly | debeo...possum] debent nec  
possunt Ly **141** habetur] videtur Ly | sacerdos] sacerdotes Bb  
**146** Apostoli] Apocal. Ly | 2] et ad *added* Ly | dominamur]  
dominantur Ly | vestre] nostre Ly **148** quosque] quoque We **149** et]  
in Ly | morum] nostrorum Ly **153** dici] *omitted* Fi An **155** debeat]  
debet We **158** pertinet] spectat Ly **159** Contentiones] contentione Bb  
**163** 2<sup>1</sup>] ad *added* Ly **165** Christi] *omitted* Ly **168** Petrus] et alii  
apostoli *added* Ly | Sed...169 Petrus] *omitted* We **169** Petrus] *omitted*  
Bb **170** receperunt] We: non receperunt Bb acceperunt Fi An Ly

coactivam ex ordinatione Christi. Maior est manifesta. Minor probatur auctoritate beati Bernardi qui in libro ad Eugenium papam ait: “*Non monstrabunt, puto, qui hic dicerent ubi aliquando quispiam apostolorum iudex sederit hominum*”. Et parum post: “*Stetisse denique lego apostolos iudicandos, sedisse iudicantes non lego, erit illud, non fuit*”. Ex quibus verbis datur intelligi quod apostoli iudices hominum non fuerunt. Ergo beatus Petrus iurisdictionem non habuit coactivam. 175

Hoc etiam quod apostoli iudices hominum non fuerunt beatus Gregorius sentire videtur. Tractans enim illa verba Apostoli “*secularia igitur iudicia si habueritis*” etc. in *Moralibus*, ait: “*Hii terrenas causas examinent qui exteriorum rerum sapientiam perceperunt, qui autem spiritualibus dotati sunt terrenis non debent negotiis implicari, ut dum non coguntur inferiora bona disponere valeant bonis superioribus deservire*”. Cum ergo apostoli maximis bonis spiritualibus fuerint dotati, ipsi non erant circa causas hominum et lites aliquantulum occupati, quod glosa super illud ad Cor. “*secularia igitur iudicia si habueritis*” etc. aperte sentire videtur. Ait enim: “*Contemptibiles id est aliquos sapientes qui tamen sunt minoris meriti constituite ad iudicandum. Apostoli enim circumeuntes talibus non vacabant. Sapientes igitur qui in locis consistebant fideles et sancti, non qui huc atque illuc propter evangelium discurrebant, talium negotiorum examinatores esse voluit*”. Hiis verbis ostenditur quod apostoli causis hominum terminandis minime insistebant. Ex quo infertur quod non acceperant iurisdictionem coactivam a Christo, quia omne officium iniunctum eis a Christo diligentissime perfecerunt. 180 185 190 195 200

---

**172** auctoritate ... Bernardi] Bernardus Clarevallensis, *De consideratione*, I c. 6, in J. Mabillon, ed., *Sancti Bernardi opera omnia*, vol. I, col. 1013, Par. 7D (Paris 1839). Cf. also Migne, PL, t.182, col. 735D. Cf. Marsilius DP, II.v.3 **181** illa... 182 Apostoli] 1 Corinthians 6:4 **183** *Moralibus*] Gregorius Magnus, *Moralia in Job*, lib. 19, par. 25 (Corpus Christianorum Series Latina, [Turnholt: Brepols 1979] 143A, p. 990). Cf. Marsilius DP, II.v.2 **191** Ait enim] Cf. also Marsilius DP, II.v.2

---

**172** Bernardi] Bernhardi Bb | in] *omitted* Ly **176** erit] et Ly **178** Ergo... 181 beatus] Quod Ly **183** examinent] *exeminent* Bb *omitted* Ly **186** coguntur] cogunt Bb **188** spiritualibus] *omitted* Ly | fuerint] fuerunt Ly **190** ad Cor] 1 Cor. 6 Ly **191** enim] contemptos vel *added* Ly **192** aliquos] alios We **193** circumeuntes] *circumvenientes* We **195** huc...illuc] Ly: hac atque illac We Bb Fi An | evangelium] consilium Ly

**Discipulus:** In scriptura divina habetur aperte quod beatus Petrus iurisdictionem habuit coactivam cum ex potestate officii Ananiam et Saphiram morti tradiderit, teste beato Gregorio in Dialogo qui, ut recitatur 23 q. 8 c. *Petrus*, ait: “*Petrus qui Tabitam mortuam orando suscitavit, Ananiam et Saphiram mentientes morti increpando tradidit, neque enim orasse in eorum extinctione legitur sed solummodo culpam quam perpetraverant increpasse. Constat ergo quod aliquando hec ex potestate exhibentur, aliquando vero ex postulatione, dum et istis increpando vitam abstulit et illi reddidit orando*”. Ex quibus verbis habetur quod beatus Petrus ex potestate usus est iurisdictione coactiva.

**Magister:** Ad hoc respondent quod verba Gregorii male intelligis. Non enim asserit Gregorius quod beatus Petrus ex potestate officii sui predictos Ananiam et Saphiram morti tradiderit. Tunc enim iudex in causa sanguinis extitisset, quod universis clericis noscitur interdictum. Sed beatus Petrus non ex potestate officii sed ex potestate faciendi miracula, quam Deus persone (non officio papatus) concesserat, morti tradidit supradictos. Nonnunquam autem facit quis absque oratione miracula. Et ita ex hoc probari non potest quod Petrus iurisdictionem habuit coactivam.

#### *Capitulum 4*

**Discipulus:** Circa hanc rationem primam te nimium dilatasti. Ideo complea alias rationes, nam de potestate pape in tractatu secundo de doctrina domini pape magis diffuse tractabimus.

**Magister:** Secunda ratio ad probandum quod imperator vel princeps alius secularis aut populus sit iudex ordinarius pape talis est. Papa non est magis exemptus a iurisdictione

---

204 23...Petrus] C. 23 q. 8 c. 16 col. 1811 4,5 tractabimus] Ockham later revised this plan. His planned discussion about papal power was shifted to 3 Dial. 1 (OP VIII, ix-xiii, pp.103-371 /*De potestate pape et cleri*) The remainder of John XXII's *doctrina* was to be discussed in a new version of 2 Dial. (alluded to in 3 Dial. 1.1.9 [OP VIII, p.142.15-17] and 3 Dial. 2.1.24 [OP IX]) which was perhaps never completed: cf. however IPP c. 27 *passim* (OP IV, pp.325-354).

---

204 23] 21 Ly 205 Petrus] *omitted* Bb 208 increpasse] impetrasse Fi An 209 hec] talia Ww | exhibentur] We: exhibeantur Bb Fi An exhibebantur Ly | vero] *omitted* Ww 214 Petrus] *omitted* Bb 220 quis] *omitted* Ly 221 ex] per We 4,1 ] 1 Fi 2 nimium] nimius Bb 3 complea] Ly: compleas Bb Fi An We | de] *omitted* We 5 tractabimus] tractamus Bb 8 pape] summi pontificis We

imperatoris quam fuit Christus in quantum fuit homo  
 mortalis. Sed Christus in quantum fuit homo mortalis  
 subjectus fuit iurisdictioni imperatoris, ergo et papa modo  
 similiter, et per consequens imperator est iudex ordinarius  
 domini pape. Maior istius rationis probatione videtur  
 nullatenus indigere, quia vicarius non est maior illo cuius est  
 vicarius, sicut nec servus est maior domino nec discipulus est  
 maior magistro. Minor probatur auctoritate Christi dicentis ad  
 Pilatum Ioh. 19: “*Non haberes potestatem adversum me  
 ullam nisi tibi esset datum de super. Propterea qui tradidit me  
 tibi maius peccatum habet*”. Ex quibus verbis colligitur quod  
 Pilatus iurisdictionem habuit coactivam super Christum, quia  
 de potestate coactiva intelliguntur verba Christi cum ad verba  
 Pilati dicentis “*michi non loqueris, nescis quia potestatem  
 habeo crucifigere te et potestatem habeo dimittere te*”  
 respondit. Constat autem quod Pilatus loquebatur de  
 potestate coactiva. Ergo Christus locutus est de eadem.

**Discipulus:** Duplex est potestas coercendi, scilicet  
 ordinata et usurpata. Christus autem concessit Pilatum  
 habuisse potestatem usurpatam quam tamen Pilatus forte  
 credidit ordinatam sed in hoc erravit.

**Magister:** Istam responsionem nituntur excludere.  
 Primo auctoritate beati Augustini, qui super verba predicta  
 ait: “*Discamus ergo quod dixit quod et Apostolum docuit,  
 quia non est potestas nisi a Deo, et quia plus peccat qui  
 potestati innocentem occidendum livore tradit quam potestas  
 ipsa si eum timore alterius maioris potestatis occidit. Talem  
 quippe illi Deus dederat potestatem ut etiam esset sub  
 Cesaris potestate*”. Ex quibus verbis colligitur quod sub tali  
 potestate Cesaris et Pilati erat Christus in quantum homo

---

17 Ioh 19] John 19:11. Cf. Marsilius DP, IV.iv.12 21 verba<sup>2</sup>...22  
 dicentis] John 19:10 31 auctoritate...Augustini] Augustinus  
 Hipponensis, *In Ioannis evangelium tractatus 124*. Tractatus 116, PL 35,  
 cols. 1942-1943. Cf. also CCSL, [Turnholt: Brepols 1954] 36, p. 648. Cf.  
 Marsilius DP, II.iv.12

---

9 in...10 mortalis<sup>1</sup>] omitted Ly 10 fuit] omitted Ly 12 similiter] est  
 subiectus iurisdictioni imperatoris We Vc Ox Ba simili Ly 13 domini]  
 omitted We 16 maior magistro] supra magistrum We 18 ullam] nll'am  
 We 23 crucifigere...habeo<sup>2</sup>] omitted Ly 24 respondit] responderit We  
 25 Ergo] et added We | locutus est] loquebatur We 27 ordinata]  
 ordinaria Bb 28 tamen] omitted Bb Ly 32 Apostolum] Apostolus Ly  
 34 innocentem] ad added Ly | tradit] Ly: tradidit Bb Fi An We  
 35 timore] illius added Fi 36 esset] ipse added Bb Fi An Ly

40 mortalis, de quali potestate loquitur Apostolus ad Rom. 13  
 cum dicit: “*non est enim potestas nisi a Deo*”. Sed Apostolus  
 non loquitur de potestate usurpata, sed ordinata, cum dicat  
 aperte “*qui resistit potestati Dei ordinationi resistit*”, que  
 verba de potestate ordinata, non usurpata, debent intelligi.  
 Nam qui potestati usurpate resistit nequaquam Dei  
 45 ordinationi resistit, quia tunc secundum Apostolum sibi  
 dampnationem acquireret, quod est erroneum. Tunc enim nec  
 invasori papatus nec alicui tyranno liceret resistere. Loquitur  
 ergo Apostolus de potestate ordinata, non usurpata, ergo  
 Christus sic locutus est de potestate, et ita concessit quod  
 50 Pilatus super ipsum potestatem habuit ordinariam. Insinuat  
 tamen quod ista potestate ordinaria abutebatur cum dicit “*qui  
 tradidit me tibi maius peccatum habet*”, quasi diceret ‘tu  
 habes peccatum dando sententiam in me neque confessum  
 neque legitime convictum de crimine digno morte. Quia  
 55 tamen ex timore hoc facis et alii me tibi ex malitia et invidia  
 tradiderunt, ideo illi maius peccatum habent’. Et ita Pilatus  
 potestatem ordinariam habuit super Christum in quantum erat  
 homo mortalis.

60 Quod Theophilus super illud Ioh. 18 “*a temetipso hoc  
 dicis an alii tibi dixerunt de me*” sentire videtur, dicens: “*Ac  
 si diceret Christus scilicet ‘si hoc ex teipso loqueris pande  
 signa mee rebellionis aut si ab aliis percepisti inquisitionem  
 fac ordinariam*””. Ex quibus verbis colligitur quod Pilatus  
 potestatem habuit ordinariam inquirendo de criminibus  
 65 Christo impositis. Qui autem habet potestatem inquirendi  
 ordinarie de aliquo infamato habet iurisdictionem coactivam  
 super eundem. Ergo Pilatus habuit super Christum  
 iurisdictionem coactivam.

---

39 Rom 13] Romans 13:1 41 cum...42 aperte] Romans 13:2  
 59 Theophilus] Marsilius DP. II.v.5 | Ioh 18] John 18:34

---

39 quali] qua Fi 40 dicit] dixit Ly | enim] We: omitted Ly Bb Fi An  
 41 ordinata] ordinaria Bb 42 aperte] expresse We 46 acquireret]  
 acquirent Bb | enim] omitted Bb 47 liceret] omitted Bb 48 ergo<sup>2</sup>] et  
 added We 49 Christus] omitted Fi An 50 habuit] habuerit Ly  
 ordinariam] ordinatam We 51 ordinaria] ordinata We 53 neque] non  
 Ly 57 potestatem] auctoritatem We 58 homo] omitted Ly  
 59 Theophilus] Ptholomeus Fi 61 teipso] te Bb 64 inquirendo]  
 inquirendi We



Item, Bernardus in epistola ad archiepiscopum Senonensem ait: “Cum”, inquit, “Romani presidis potestatem Christus super se quoque fateatur celitus ordinatam” etc. Ex quibus verbis elicitur quod potestas Pilati non fuit usurpata sed celitus ordinata. Et ita super Christum iurisdictionem habuit coactivam, quam tamen in Christum exercere minime potuisset iuste nisi Christus coram eo legitime, quantum iudici constare potest, fuisset convictus de crimine. Si autem Christus per testes qui secundum leges repelli non possunt fuisset de crimine dampnationis dignissimo ordine iudiciario servato convictus, Pilatus Christum condemnando non peccasset, quia fuisset per testes falsos deceptus. Iudex autem iudicans secundum allegata amore iustitiae non peccat, licet condempnet innocentem.

### Capitulum 5

**Discipulus:** Pro ista ratione que adduxisti ad presens sufficient, et ideo aliam rationem adducas.

**Magister:** Tertia ratio ad probandum quod imperator est iudex ordinarius pape talis est. Ille est iudex ordinarius pape a quo papa habet super alias ecclesias principatum. Sed hoc habet papa ab imperatore, quod probant per privilegium Constantini imperatoris concessum Romano pontifici, quod est superius allegatum. Ergo imperator est ordinarius iudex summi pontificis.

Quarta ratio talis est. Imperator fuit iudex ordinarius beati Petri, ergo est iudex ordinarius pape. Consequentia est evidens, quia papa non est magis exemptus quam fuit beatus Petrus. Antecedens probatur, quia omnes apostoli quantum ad hoc quod essent subiecti vel non subiecti iurisdictioni imperatoris fuerunt pares. Sed beatus Paulus fuit subiectus iurisdictioni imperatoris, quia ad Cesarem tanquam ad

---

69 Bernardus] Bernardus Clarevallensis, *Tractatus de officio episcoporum*, cap. 9. in J. Mabillon, ed., *Sancti Bernardi opera omnia*, vol. I, col. 1128, Par. 36A (Paris 1839) . Cf. Marsilius DP, II.iv.12 **Capitulum 5,9** superius] 1 Dial. 5.19 (OP V)

---

69 in...ad] ad episcopum et Ly 70 Cum] autem added Ly | inquit] igitur Fi An 72 elicitur] eligitur We colligitur Ly | Pilati] super Christum added We 73 ita] ideo Ly 75 legitime] legiptime We 77 secundum] per Fi An | possunt] poterant We 78 dignissimo] dignissimus Ly 81 secundum] omitted Fi **Capitulum 5,2** ratione] assertione Ly Fi 4 Magister] omitted Fi 12 ergo] et imperator added We 14 Antecedens] Consequens Bb An 15 vel...subiecti<sup>2</sup>] omitted Fi An 16 subiectus] ad superiorem appellavit added Bb

superiorem appellavit. Ergo beatus Petrus fuit subiectus eidem.

20 **Discipulus:** Dicitur istis quod Paulus appellavit non quia erat subiectus iurisdictioni imperatoris, sed quia volebat caute insidias iudeorum evadere.

**Magister:** Hoc impugnatur sic. Secundum beatum Ambrosium, ut habetur 22 q. ultima c. *Cavete*: “*Non solum in falsis verbis sed etiam in simulatis operibus mendacium est*”,  
25 ubi notat glosa quod “*factis mentimur sicut verbis*”. Beatus Paulus igitur, si non erat vere subiectus imperatori, facto mentiebatur cum simulaverit se subiectum, iudicio Cesaris appellando. Tale autem crimen est beato Paulo minime  
30 imponendum. Ergo beatus Paulus vere fuit imperatori subiectus.

Hanc etiam conclusionem per exemplum ostendunt. Nam sicut legitur in cronicis, Iohannes 12<sup>us</sup> “*erat venator et totus lubricus, adeo quod publice feminas tenebat. Propter quod quidam cardinalium et Romanorum scripserunt occulte*  
35 *Otoni principi Saxonum ut scandalo ecclesie compatiens sine mora Roma properaret. Hoc papa percipiens Iohanni diacono cardinali tanquam huius facti consiliario nasum et alteri Iohanni subdiacono qui literas transcripserat manum amputari fecit. Hic cum frequenter per imperatorem et clerum de sua correctione fuisset monitus, non correctus, presente imperatore de papatu destitutus, communi voto Leo papa*  
40 *eligitur*”. Ex quibus colligitur quod imperator est iudex ordinarius pape. Aliter enim imperator predictum papam  
45 nullatenus deposuisset.

---

18 appellavit] Cf. Acts 25:11 20 Discipulus...22 evadere] Cf. *infra* 1 Dial. 6.22.28-46\* (indicates that line numbers will be verified in the publication variant of our text) 24 22...Cavete] C. 22 q. 5 c. 20 col. 1707 26 glosa] C. 22 q. 5 c. 20 s.v. operibus col. 1708 33 in cronicis] What follows is quoted nearly *verbatim* in Q (GF pp. 949-950) | cronicis] MGH SS XXII, *Martini Chronicon*, p. 431. The subsequent text is also cited in Q (GF p. 949).

---

18 Ergo] et added We 19 eidem] omitted Ly 20 Dicitur] Diceretur We 21 erat] esset Ly 23 beatum] omitted Bb 26 sicut] et added Ww 27 imperatori] imperatorum Bb 28 iudicio] iudicium We 29 minime] non Ly 33 12us] 22<sup>us</sup> Fi 35 occulte] omitted Fi An 36 Otoni] et cito Ly | principi] imperatori Fi An Ly 37 Roma] Romam Ww 39 subdiacono] subdiaconi Bb | transcripserat] scripserat Ww 43 quibus] verbis added Ly

**Discipulus:** Dicerent aliqui quod imperator iniuste processit, nec dictus papa fuit vere depositus, sed de facto fuit papatu tantummodo spoliatus.

**Magister:** Hec responsio impugnatur, quia si papa Iohannes remansisset verus papa ille qui sibi successit, ipso vivente, non fuisset verus papa sed papatus invasor. Ex quo sequitur quod omnia que egit nullius fuissent roboris vel momenti, sed debebant omnia in irritum revocari, quod tamen minime fuit factum. Imo quod successor ipsius Iohannis ipso vivente fuit verus papa tota tenet ecclesia. Ergo papa Iohannes 12<sup>us</sup> vere fuit depositus.

### *Capitulum 6*

**Discipulus:** Puto quod fortiores rationes pro opinione predicta fecisti, ideo ad assertionem contrariam te converte, et quod nec imperator nec aliquis secularis sit iudex ordinarius pape nitaris ostendere. Hanc enim assertionem puto consonam veritati.

**Magister:** Quod nec imperator nec aliquis secularis sit iudex ordinarius pape auctoritatibus et rationibus nonnulli probare nituntur. Est autem prima ratio talis. Imperator non est iudex ordinarius illius qui non habet superiorem in terris. Sed papa non habet superiorem in terris ergo etc. Maior probatione non indiget quia iudex est superior illo cuius est iudex. Minor est probata superius per plures auctoritates et rationes.

**Discipulus:** Prius ostensum est generaliter quod papa non habet iudicem superiorem in terris. Nunc autem specialiter proba quod imperator vel aliquis laicus vel populus non est iudex ordinarius ipsius.

**Magister:** Quod specialiter imperator non sit iudex ordinarius pape ostenditur primo sic. Inferior non est iudex ordinarius sui superioris. Sed imperator est inferior papa et eius iurisdictioni subiectus, ergo etc. Maior est manifesta,

---

**Capitulum 6,13** superius] 1 Dial. 6. 1

---

47 fuit<sup>2</sup>] *omitted* Fi An a *added* Ly 52 roboris] roborationis Ly 53 in irritum] irrita Ly | tamen] cum Fi 55 fuit] fuerit We 56 12us] 22<sup>us</sup> Fi *omitted* Ly **Capitulum 6,1** ] 8 Fi 6 puto] reputo We 7 secularis] laicus We 9 nituntur] conantur We 10 terris] We: terra Bb Fi An Ly 11 terris] terra Ly 15 est] *omitted* We 16 iudicem] *omitted* Ly 18 est] *omitted* Bb | ipsius] ipsi Bb pape Fi An 20 ordinarius] We: *omitted* Bb Fi An Ly 21 est inferior] *omitted* Bb

unde dicit Nicholaus papa, ut habetur dis. 21 c. *Inferior*:  
 25 “*Sole clarius exhibuimus non posse quemquam qui minoris  
 auctoritatis est eum qui maioris est potestatis iudicii suis  
 addicere aut propriis diffinitionibus subiugare*”. Minor vero  
 sanctorum auctoritatibus comprobatur.

Ait enim Gregorius Nazianzenus, ut habetur dis. 10 c.  
*Suscipitis*, scribens imperatoribus Constantinopolitanis:  
 30 “*Suscipitis ne libertatem verbi? Libenter accipitis quod lex  
 Christi sacerdotali vos subicit potestati atque istis  
 tribunalibus subdit. Dedit nobis potestatem, dedit  
 principatum multo perfectiorem principatibus vestris*”.

Item Felix papa, ut habetur eadem dis. c. *Certum*, ait:  
 35 “*Certum est hoc rebus vestris esse salutare ut cum de causis  
 agitur Dei iuxta ipsius constitutionem regiam voluntatem  
 sacerdotibus Christi studeatis subdere non preferre*”, et infra:  
 “*neque eius sanctionibus velle dominari cuius clementie  
 Deus voluit tue pie devotionis colla submittere*”. Hoc idem  
 40 habetur dis. 96 c. *Duo sunt* et c. *Si imperator*. Ex quibus et  
 multis aliis habetur quod imperator est inferior papa.

Quod etiam multis rationibus nonnulli probare nituntur.  
 Primo, quia qui iurat alii fidelitatem est inferior illo cui iurat.  
 Imperator prestat iuramentum fidelitatis pape (dis. 63 c. *Tibi*  
 45 *Domino*). Ergo etc.

Secundo, quia imperator est inferior illo qui habet  
 potestatem transferendi imperium de gente in gentem. Hanc

---

23 dis...Inferior] D. 21 c. 4 col. 125 28 dis...29 Suscipitis] D. 10 c. 6  
 col. 41 34 eadem...Certum] D. 10 c. 3 col. 41 40 dis...sunt] D. 96 c.  
 10 col. 621 | c<sup>2</sup>...imperator] D. 96 c. 10 col. 621 42 multis rationibus]  
 Cf. OND c. 93 (OP II, p. 687 at lines 696-707 with a reference to John of  
 Paris' *De potestate regia et papali*, c. 11) 44 dis...45 Domino] D. 63 c.  
 33 col. 437

---

23 ut] et Bb Fi | 21...Inferior] 22 c. Superior Ww 24 quemquam]  
 quicquam Ly Bb 25 est<sup>1</sup>] in added Ly Bb Fi 26 Minor] Maior Bb  
 28 Nazianzenus] Vg Va: Nazanzenus Ww | 10] 18 We  
 29 Constantinopolitanis] Stantinopolitanis Bb 30 Libenter] We:  
 libertatem libenter Bb libertatem Fi An Ly 31 subicit] We: subiecit Bb Fi  
 An Ly 32 subdit] subdidit Ly | Dedit] enim added Ly | nobis] vobis  
 Bb Fi | dedit] vobis added Bb nobis added We Fi An 33 vestris]  
 omitted Bb 35 hoc] ho Bb hic Ly | vestris] ac added Ly hoc added Bb  
 Fi An | esse] We: est Ly Bb Fi An 36 constitutionem] constitutum We  
 38 clementie] clementia Bb Fi An 40 96] 90 Ly | quibus] verbis added  
 Ly 43 quia] omitted We 45 Domino] Domine Bb Fi An | Ergo] Ideo  
 Ly 46 quia] omitted Ly

potestatem habet papa (Extra, *De electione*, c. *Venerabilem*). Igitur etc.

Tertio, quia imperator est inferior illo qui potest eum excommunicationis sententia innodare. Hoc autem papa potest (dis. 96 c. *Duo sunt*). Ergo etc. 50

Quarto, quia qui potest deponi ab alio est eo inferior. Imperator autem potest deponi a papa (15. q. 6 c. *Alius*) Ergo etc. 55

Quinto, quia imperator est illo inferior qui in temporalibus et spiritualibus potest subditos imperatorum et regum legitimare. Hoc potest papa (Extra, *Qui filii sint legitimi*, c. *Per venerabilem*). Igitur etc. 60

### *Capitulum 7*

**Discipulus:** Omittas istam materiam et alias rationes adducas ad probandum quod imperator non est iudex ordinarius pape.

**Magister:** Secunda ratio principalis ad hoc talis est. Imperator non est iudex ordinarius illius qui imperialibus legibus est solutus, quia leges superioris subiectos astringunt nisi specialiter per superiorem sint exempti. Papa autem legibus imperialibus minime est astrictus (dis. 10 c. 1 et c. *Quoniam*). Ergo imperator non est iudex ordinarius pape. 5 10

Tertia ratio est hec. Imperator non est iudex ordinarius aliorum clericorum inferiorum, ergo multo magis non est iudex ordinarius pape. Consequentia est evidens. Antecedens vero per innumeros sacros canones posset ostendi. Unde in concilio Carthaginensi, ut habetur 11 q. 1 c. *Placuit*, sic legitur: “*Placuit ut quicumque ab imperatore cognitionem* 15

---

48 Extra... Venerabilem] X. 1. 6. 34 col. 165 52 dis...sunt] D. 96 c. 10 col. 621 54 15...Alius] C. 15 q. 6 c. 3 col. 1443 58 Extra...59 venerabilem] X. 4. 17. 13 col. 1540 7,9 dis...1] D. 10 c. 1 col. 39 c<sup>2</sup>...10 Quoniam] D. 10 c. 8 col. 43 15 11...Placuit] C. 11 q. 1 c. 11 col. 1193

---

48 Venerabilem] Venerabilibem (*garbled*) An *omitted* Ly 50 Tertio...52 etc] Tertio qui habet potestatem alium excommunicandi est superior. Sed papa potest excommunicare imperatorem, igitur. Maior patet, et minor probatur dis. 96 c. *Duo sunt* Ly 53 quia] Bb: *omitted* Fi An We Ly qui] *omitted* Bb 54 15] We: 25 Bb Fi An Ly | 6] 1 Ww | Ergo] *omitted* Ly 56 quia] *omitted* Ly | in] *omitted* Ly 58 legitimare] legitumare We | sint] sunt Ww 7,6 ordinarius] *omitted* We 7 superioris] superiores We 8 superiorem] superiores Fi An | autem] a *added* Ly 9 10] 18 Ww 11 hec] ista Ly 12 aliorum] aliquorum Ly inferiorum] papa *added* Ly | multo] *omitted* Bb 15 11] We: 12 Bb Fi An Ly | sic] sicut Ly 16 ut] ne Ly | quicumque] clericus *added* Ww

*publicorum iudiciorum petierit honore proprio privetur*". Ex quibus verbis colligitur quod imperator non est iudex ordinarius clericorum. Igitur etc.

20 Quarta ratio est hec. Ille non est iudex ordinarius pape ad quem a papa appellare non licet. Sed non licet appellare a papa ad imperatorem (9 q. 3 c. *Ipsi* et c. *Cuncta*). Igitur imperator non est iudex ordinarius pape.

25 Quinta ratio est hec. Imperator non est iudex illius cui Christus iura imperii commisit. Christus autem commisit iura imperii beato Petro et eius successoribus (dis. 22 c. 1). Ergo imperator non est iudex ordinarius pape.

### **Capitulum 8**

**Discipulus:** Licet non dubitem nullum mortalium esse superiorem summo pontifice, tamen cupio scire quomodo ad rationes hoc probantes adversarii respondere conentur.

5 **Magister:** Non omnes qui tenent imperatorem esse superiorem et iudicem ordinarium pape in modo ponendi concordant, et ideo non eodem modo ad rationes prescriptas respondent.

**Discipulus:** Dic illos diversos modos ponendi.

10 **Magister:** Sunt quidam dicentes quod papa in spiritualibus imperatori minime est subiectus, sed quantum ad iurisdictionem temporalem est sibi subiectus quantum est ex ordinatione Christi. Quia, ut dicunt, Christus quantum ad temporalem iurisdictionem nullum apostolum a iurisdictione  
15 temporali imperatorum exemit, sed omnes voluit in huiusmodi principibus secularibus esse subiectos, in cuius signum ipse solvit pro propria persona tributum. Alii autem dicunt quod imperator in quantum gerit personam populi christiani in omnibus tam spiritualibus quam temporalibus est  
20 superior papa et iudex ordinarius eius.

---

22 9...Ipsi] C. 9 q. 3 c. 16 col. 1159 | c Cuncta] C. 9 q. 3. c. 17 col. 1159 26 dis...1] D. 22 c. 1 col. 129 **Capitulum 8,10** quidam] Johannes Parisiensis, *De potestate regia et papali*, c. 13 17 tributum] Matthew 17:23-26 | Alii] Marsilius, DP I.xv.4; II.viii.7-8; II.x.8

---

22 Ipsi] *Papa* We *Ipse* Ly 25 commisit<sup>1</sup>] sed *added* Ly | Christus<sup>2</sup>... commisit<sup>2</sup>] *omitted* Ly 26 successoribus] Christus commisit *added* Ly 22] 23 Ly | c] q. Bb Fi An **Capitulum 8,4** conentur] conantur Ly tenentur Bb 12 subiectus] et *added* Ly 13 ut dicunt] We Vc Ba: ut *or* nec Bb nec (n<sup>c</sup> could be a scriptorial misread for u<sup>l</sup> in other contexts as well) Fi An Ly 14 nullum] ullum Fi An 16 principibus] principatibus Ly 17 autem] *omitted* Ly 19 tam] in *added* Fi An | quam] in *added* Fi

**Discipulus:** De iurisdictione temporali pape et imperatoris pertranseas, quia in tractatu De dogmatibus Iohanni 22<sup>i</sup> de hoc plures questiones tibi movebo.

**Magister:** Tu forsitan aliter accipis iurisdictionem temporalem quam isti.

25

**Discipulus:** Accipio iurisdictionem temporalem pro illa cui aliquis est subiectus ratione prediorum que de imperatore tenet.

**Magister:** Aliter accipiunt ipsi.

**Discipulus:** Quomodo?

30

**Magister:** Dicunt quod iurisdictionis temporalis non solum respicit predia et temporales divitias sed etiam personas. Quia omnes persone in dominio alicuius principis commorantes sive sint divites sive pauperes iurisdictioni principis sunt subiecte, ita quod si deliquerint eos debet condigna animadversione punire nisi per principem vel superiorem alium sint exempte.

35

**Discipulus:** Video quid per iurisdictionem temporalem intelligunt, sed ignoro que spiritualia vocant.

**Magister:** Spiritualia vocant ea que religioni christiane sunt propria, que in nulla alia secta sunt reperta nec ad legem nature sunt spectantia, sicut que pertinent ad sacramenta ecclesiastica dispensanda et ad causas fidei terminandas, et in criminibus que directe contra christianam religionem committuntur. De huiusmodi enim imperator, nisi sicut ceteri christiani, se intromittere non debet, quia imperator christianus ratione sue dignitatis maiorem potestatem vel iurisdictionem nullatenus habet quam habuerunt imperatores pagani. Illis enim imperatores christiani successerunt, et ideo idem ius cum illis et non aliud ratione imperii possidere noscuntur. Quia igitur de huiusmodi spiritualibus se intromittere ad imperatores paganos minime pertinebat, nec

40

45

50

---

22 imperatoris] Part of this earlier plan was realized in the unfinished 3 Dial. 2 (*De iuribus Romani imperii*) (OP IX) | tractatu] Cf. *supra*, note to 1 Dial. 6.4.5 s.v. tractabimus. 39 Dicunt] spiritualia] Cf. also 3 Dial. 2.2.4 (OP IX) 40 vocant] Johanes Parisiensis, *op. cit.*, c. 12

---

22 pertranseas] transeas Fi An | dogmatibus] opinabilibus Ly 26 Accipio] Accip<sup>e</sup> Bb | temporalem] imperatoris *added* We 32 Quia] *omitted* Bb 35 subiecte] subiecti We | ita quod] ut a quo Ly deliquerint] delinquerint Bb Fi An | eos] *omitted* Ly | debet] We: debent Bb Fi An Ly 36 punire] puniri Ly 37 exempte] exempta Fi 39 intelligunt] intendunt Ly 40 ea] illa Ly 43 dispensanda] dispendenda Ly | et<sup>2</sup>...44 directe] que directe in criminibus que Ly 44 christianam] Christi Ly 45 nisi] n<sup>e</sup> Fi

ad imperatorem christianum in quantum imperator est talia spectant.

55 **Discipulus:** Ergo secundum istos si papa homicidium, furtum, adulterium, et consimilia crimina que imperatores et reges pagani punire solebant committeret, imperator ipsum punire valeret?

60 **Magister:** Hoc nonnulli concedunt, licet dicant quidam eorum quod non deberet eum deponere nisi incorrigibilis probaretur.

65 **Discipulus:** Modo opinionem istorum intelligo quamvis eam inter hereses reputem numerandam. De qua tecum in tractatu De dogmatibus Iohannis 22<sup>i</sup> prolixius disputabo. Nunc autem dic qualiter ad rationes et auctoritates pro assertione contraria isti respondent. De secundo vero modo ponendi nichil dicas ad presens.

70 **Magister:** Ad primam negant minorem cum accipitur quod imperator est inferior papa et eius iurisdictioni subiectus quantum ad iurisdictionem temporalem ex ordinatione Christi. Et ideo in huiusmodi papa non est iudex imperatoris, licet forte aliquando fuerit iudex imperatoris in quantum commissarius vel delegatus populi Romani.

75 **Discipulus:** Ista sunt verba mirabilia et inaudita nec ea intelligo. Sed si potes fac me intelligere illa, et tunc de eis certius iudicabo.

80 **Magister:** Ut ea intelligas, scire debes quod secundum istos imperator et quilibet rex temporalis, licet a Deo quodammodo mediate iurisdictionem suam habeat temporalem, quia secundum Apostolum ad Romanos 13 “*non est potestas nisi a Deo*”, tamen immediate iurisdictionem

---

59 concedunt] Johannes Parisiensis, *op. cit.*, c.13. Cf. Marsilius, DP II.viii.7-8 | quidam...60 eorum] Johannes Parisiensis, *op. cit.*, c. 13  
66 De...67 ponendi] 1 Dial. 6.8. 17-20\* 67 ad presens] But cf. *infra* lines 107-110\*, 132-137\*, and 1 Dial. 6.9 lines 60-62\*, 64\* 80 Romanos 13] Romans 13:1 81 immediate] Marsilius, DP I.ix.2; I.xv.2

---

53 imperator est] imperatorem Ly | talia] *omitted* Bb 56 et<sup>2</sup>...57 reges] *omitted* Fi An 57 pagani] palam Ly 58 punire] non *added* Fi An 60 eorum] *omitted* Bb 62 intelligo] et *added* Ly 63 hereses] heresim Bb | qua] *omitted* Bb illa tamen Ly 65 et] per Ly 66 vero] *omitted* We Ly 67 ponendi] probandi Ly | presens] sed *infra* c. 10 *added* Ly sed *infra* c. 4 credo *added* Vg Pa Pc 70 ordinatione] odinatione Bb 71 huiusmodi] hoc Ly 72 licet...imperatoris] *omitted* Ly | forte] *omitted* Bb Fi An 74 nec] ego *added* Ly 75 me intelligere] ut intelligam Ly | illa] ipsa We 76 certius] citius Ly 78 licet] habet Ly 79 suam] *omitted* We | habeat] *omitted* Ly 81 tamen] cum Ly



suam habet a populo, imperator a populo Romano, rex Francie a populo suo, rex Castelle a populo suo. Et sic quilibet rex a populo suo habet iurisdictionem, nisi sit aliquis rex cuius populus alicui alteri sit subiectus qui possit populo dare regem, quemadmodum imperatores quondam diversis populis reges dederunt, quia illi populi imperatori et populo Romano subiecti fuerunt. 85

Imperator igitur suam iurisdictionem a populo Romano obtinuit. Populus autem Romanus ex causa rationabili sicut imperatorem instituit ita eum potuit destituere eiusque iurisdictionem minuere et augere. Ex quo sequitur quod populus Romanus ex causa rationabili potuit imperatorem in aliquo casu alterius cui committeret iurisdictioni subicere. Quare potuit pape causam imperatoris delegare. In quo casu papa, tanquam delegatus seu commissarius, auctoritate populi Romani super imperatorem iurisdictionem potuit obtinere, quam iurisdictionem beatus Petrus a Christo non suscepit, et ideo papa in quantum successor beati Petri eam minime habet. 90 95 100

**Discipulus:** Nunc verba predicta intelligo, quamvis ipsa putem erronea, et ideo ad rationes factas accede.

**Magister:** Propter diversas opiniones, antequam narrem quomodo ad rationes explicite respondetur, oportet illas opiniones exprimere. 105

**Discipulus:** Dic que sunt ille opiniones.

**Magister:** Sicut tactum est prius, sunt quidam dicentes quod Romanus pontifex nullam iurisdictionem habet vel potestatem ex ordinatione Christi ultra alios quoscunque presbiteros, sed omnem dignitatem suam et potestatem ultra alios habuit ab imperatore vel ab ecclesia seu concilio generali. Alii dicunt quod beatus Petrus pro se et suis 110

---

89 a...Romano] Marsilius, DP I.xv.2; I.xviii 91 destituere] Marsilius, DP I.xii.3 107 prius] 1 Dial. 5.15-19 (OP V) Marsilius, DP II.xv; II.xxi dicentes] 1 Dial. 5.18 (OP V) 112 Alii dicunt] 1 Dial. 6.8. 10-17\*

---

82 a populo<sup>1</sup>] omitted Ly | imperator...populo<sup>2</sup>] omitted Fi An 83 suo<sup>1</sup>] rex Anglie a populo suo added Ly Vg Va Pa Pc Sa 84 rex] omitted Ly iurisdictionem] suam added Ly 85 populo] suo added Ly 87 et] omitted Fi 89 igitur] We: omitted Bb Fi An Ly 91 instituit] constituit Fi An 92 iurisdictionem] iurisdictioni We 94 cui committeret] cuius committeretur Ly | subicere] subiacere Bb Fi An 101 ipsa... 102 putem] ea reputem Ly 102 accede] attende Bb 104 respondetur] respondeatur Ly | illas] omitted Fi An 107 sunt] omitted Bb 108 habet] habuit Ly 109 ultra] super Fi An | quoscunque] omitted We 111 imperatore] imperatorem We | seu] scilicet ex Ly

115 successoribus dignitatem papalem et primatum super omnes  
 alios fideles recepit a Christo, sed ista dignitas et primatus, ut  
 dicunt, consistit tantummodo in ordinando et preficiendo  
 120 episcopos, presbiteros, et doctores populo christiano, nullam  
 habens ex ordinatione Christi iurisdictionem coactivam  
 annexam, sicut nec habet res temporales annexas. Sed sicut  
 papatus temporalia a fidelibus orthodoxis accepit ita a  
 125 communitate fidelium solummodo habuit iurisdictionem  
 coactivam. Omnis enim communitas potest aliquem sibi  
 preficere qui habeat potestatem maleficos coercendi.  
 Ecclesia autem fidelium ad hoc officium papam sibi prefecit,  
 in nullo tamen iurisdictionem imperatorum diminuendo etiam  
 130 paganorum, quia hoc non potuit, eo quod omnes catholici  
 tunc temporis imperatoribus infidelibus subiecti fuerunt.

**Discipulus:** Ego omnino vellem exire istam materiam  
 de iurisdictione imperatoris et ad alium differre tractatum, et  
 tu me semper plus et plus trahis ad ipsam. Unde, istis  
 135 omnibus omissis, breviter narra quomodo ad auctoritates et  
 rationes inductas respondetur.

**Magister:** Sunt quidam (unam responsionem dantes  
 generalem ad omnes auctoritates asserentes quod papa habet  
 iurisdictionem super imperatores et reges et quod quantum ad  
 135 iurisdictionem est superior eis) dicentes quod tales  
 auctoritates non continent veritatem et ideo sunt nullatenus  
 admittende. Alii autem intellectum sanctorum patrum  
 reputant consonum veritati, sed dicunt quod nonnulli clerici  
 ambitione et avaritia excecati verba eorum nimis large contra  
 140 mentem eorum interpretati sunt.

**Discipulus:** Istorum reponsiones volo audire.

**Magister:** Isti ad evidentiam responsionum suarum  
 dicunt esse sciendum quod penitentia est unum de  
 ecclesiasticis sacramentis, et ideo pertinet ad prelatos. Quare  
 145 ad ipsos spectat in foro conscientie penitentium peccata  
 cognoscere et ipsis debitam penam iniungere. Et propter

---

137 Alii autem] 1 Dial. 6.8. 112-126\*

---

115 dicunt] dicitur Bb Fi An | tantummodo] *omitted* Ly 119 papatus]  
 papa Ly 123 papam] papatus Ly 124 imperatorum] disrumpendo vel  
*added* Ly 127 exire] scire Fi 128 imperatoris] imperatorum Ly  
 differre] differri Bb 130 et] ad *added* Bb Fi An 132 responsionem]  
 rōem Ly 134 imperatores] imperatorem We | quod] *omitted* Ly  
 135 eis] *omitted* Ly 136 non] *omitted* Bb 138 clerici] in *added* Ly  
 140 interpretati sunt] sumunt Ly 142 responsionum] rōnū We Ly  
 143 est] *omitted* Bb 144 Quare] Qualiter Ly 146 penam] penitentiam  
 Ly

istam potestatem quam sacerdotes in foro conscientie habere noscuntur, omnes christiani eis sunt subiecti. Extra autem forum conscientie nullam habent iurisdictionem a Christo immediate, sed illam habent a communitate fidelium vel ab illo in quem communitas fidelium suam transtulit potestatem. 150

### **Capitulum 9**

**Discipulus:** Adhuc tu trahis me ad materiam quam nollem hic tractari, et ideo quomodo ad auctoritates et rationes inductas respondetur narra succincte.

**Magister:** Ad primam auctoritatem Gregorii Nazianzeni respondetur quod per tribunal et principatum prelatorum intelligit potestatem quam in foro conscientie super penitentes noscuntur habere. Ista vero potestas, quia spiritualis est et ordinatur ad vitam eternam consequendam, multo perfectior est omni iurisdictione temporali coactiva regum et principum, que principaliter instituta est ad temporalia disponenda. 5 10

Ad auctoritatem Felicis pape respondetur quod regia voluntas in fide catholica addiscenda et sacramentis ecclesiasticis suscipiendis debet sacerdotibus esse subiecta, si sacerdotes fidem retinent orthodoxam nichil contra iustitiam imperantes. Si vero a catholica deviaverint veritate, vel sibi quam de iure non habent usurpaverint potestatem, reges in huiusmodi nullatenus sunt subiecti. Verba ergo Felicis pape sane intelligenda sunt, et non sunt ex ambitione clericorum cupientium in populis et in clero contra doctrinam beati Petri apostoli dominari in preiudicium regum et principum exponenda. 15 20

Consimiliter respondetur ad c. *Duo sunt* et ad c. *Si imperator*. Nam dicunt isti papam a concilio generali et universali ecclesia aliquam potestatem habere super principes ultra illam quam habet a Christo et in quantum est successor beati Petri. 25

---

**Capitulum 9,5** primam auctoritatem] 1 Dial. 6.6.28-33\* 13 Felicis pape] *ibid.* lines 34-39\* 21 doctrinam] 1 Peter 5:2-3 24 respondetur] 1 Dial. 6. 6.39-40\*

---

147 istam] penitentiam et *added* Ly **Capitulum 9,3** nollem] vellem Bb tractari] tractare Ly 5 Nazianzeni] Nazanzeni Bb Ly Nazazeni Fi An We 6 quod] *omitted* Bb 8 penitentes] penitentes Ly | habere] prelati *added* We | Ista] Ipsa We 10 omni] illa Ly | coactiva] *omitted* Fi An 11 ad] *omitted* We 13 pape] *omitted* Fi An | regia] illa Ly 15 suscipiendis] suscipienda Ly 16 contra] fidem seu *added* Ly 17 deviaverint] deviaverit An 19 huiusmodi] eis *added* We 21 contra] propter Ly

Ad primam vero rationem inductam ad probandum quod  
 30 imperator est inferior papa, respondetur primo quod maior  
 non est universaliter vera, sed capit instantiam quando aliquis  
 sponte iurat alii fidelitatem. Talis enim ante iuramentum non  
 est semper inferior illo cui iurat, quamvis per iuramentum  
 35 quodammodo seipsum inferiorem illo efficiat. Ad minorem  
 vero dicitur dupliciter. Uno modo quod imperator nunquam  
 iuravit fidelitatem pape nisi spontanea voluntate, et ideo suis  
 successoribus legem consimilem per tale iuramentum  
 nequaquam imposuit. Aliter respondetur quod ex ordinatione  
 40 Romanorum a quibus imperator suam habuit iurisdictionem  
 potuit imperator pape iurare, et in hoc tenuisset papa non  
 vicem beati Petri, nec in hoc fuit vicarius Christi, sed in hoc  
 fuisset commissarius Romanorum.

Ad secundam similiter respondetur quod papa non  
 transtulit imperium a Grecis in Germanos in quantum  
 45 vicarius Christi et successor beati Petri, quia ratione  
 vicariatus illius et successionis huiusmodi non habet maiorem  
 auctoritatem super imperium quam super regnum Francorum  
 vel Anglorum. Sicut igitur in quantum vicarius Christi et  
 successor beati Petri non potest transferre regnum Francorum  
 50 de una domo ad aliam, ita ratione vicariatus et successionis  
 non potuit de gente in gentem transferre imperium  
 Romanorum. Transtulit igitur imperium de gente in gentem  
 auctoritate Romanorum qui sibi ex causa rationabili  
 potestatem huiusmodi contulerunt.

Ad tertiam respondetur tripliciter. Sunt enim quidam  
 dicentes quod cum excommunicatio sit potius iurisdictionis  
 quam ordinis, papa in quantum vicarius Christi et successor  
 beati Petri neminem excommunicare potest, sed potestatem  
 excommunicandi habet ab universali ecclesia que in eum  
 60 talem transtulit potestatem. Alii enim dicunt quod non papa  
 sed imperator in imperio et rex in regno suo potestatem habet  
 excommunicandi.

**Discipulus:** Iestas opiniones puto erroneas, sed tamen  
 secundam magis abhorreo. De ipsis tamen in alio tractatu

---

29 primam] *ibid.* lines 42-45\*      43 secundam] *ibid.* lines 46-49\*  
 55 tertiam] *ibid.* lines 50-52\*

---

34 seipsum] se Fi An | efficiat] efficit Ly    36 iuravit] iurat We | suis]  
 sibi Ly    37 consimilem] similem Bb    41 nec] ne Ly    43 secundam]  
 secundum We    50 ad] in Ly    51 in gentem] *omitted* Bb    52 Transtulit...  
 53 Romanorum] *omitted* Ly    57 ordinis] idcirco *added* Ly    60 enim]  
 autem An Ly    64 ipsis] ipsa Fi An

tecum colloquationem habeo. Nunc autem dic tertiam  
responsionem. 65

**Magister:** Tertia responsio est quod papa in quantum  
vicarius Christi habet potestatem excommunicandi, sed  
penam maiorem nullatenus inferendi. Dicunt enim quod ista  
est ultima pena quam possunt ecclesiastici exercere. Isti igitur  
dicunt quod papa in hoc est imperatore superior, sed tamen in  
aliis est inferior ipso, scilicet in omni iurisdictione temporalis. 70

Ad quartam rationem respondetur quod papa non potest  
deponere imperatorem ratione papatus, sicut nec ratione  
papatus potest deponere regem Francie. Sed sicut Zacharias  
papa regem Francorum auctoritate populi regni illius  
deposuit, et ita illi principaliter deposuerunt, et ut testatur  
glosa 15 q. 6 c. *Alius: "dicitur deposuisse qui deponentibus  
consensit"*, ita papa auctoritate Romanorum posset  
imperatorem deponere. 75

Ad quintam rationem respondetur quod papa ratione  
papatus non potest illegitimos in temporalibus legitimare. Si  
autem hoc fecit licite de facto, ratione alicuius alterius  
potestatis que non est annexa papatui hoc fecit. 80

**Discipulus:** Responde ad secundam rationem  
principalem. 85

**Magister:** Ad secundam rationem respondetur quod  
papa ratione papatus non est solutus legibus imperialibus que  
divinis legibus non repugnant, licet aliunde forsitan sit  
solutus. 90

Ad tertiam rationem principalem respondetur quod  
clerici, nisi sint exempti auctoritate regum vel concilii  
generalis, pertinent ad forum secularium potestatum.

Ad quartam respondetur quod in temporalibus licet  
appellare a papa ad imperatorem nisi per universalem  
ecclesiam sit exemptus. 95

---

70 ultima pena] Johannes Parisiensis, *op. cit.*, c. 13 73 quartam] 1 Dial.  
6. 6. 53-55\* 78 glosa] C. 15 q. 6 c. 3 s.v. deposuit col. 1443  
81 quintam] 1 Dial. 6. 6. 56-59\* 85 secundam...86 principalem] 1  
Dial. 6.7. 5-10\* 91 tertiam...principalem] *ibid.* lines 11-19\*  
94 quartam] *ibid.* lines 20-23\*

---

65 tecum] We: *omitted* Bb Fi An Ly 69 enim] quidam *added* Ly | ista]  
*omitted* Bb Ly 75 Francie] Bohemie Ba | Sed] *omitted* Ly  
76 Francorum] Francie Fi An 78 qui] quia Ww 79 consensit]  
consenserit Fi An 82 in temporalibus] *omitted* Fi An 84 hoc fecit]  
*omitted* Fi An | fecit] facit We 88 ratione papatus] *omitted* Fi An  
89 non] minime Ly 94 quartam] rationem *added* Ly

Ad quintam dicitur quod Christus commisit Petro iura imperii terreni, hoc est potestatem super malos in spiritualibus, non in temporalibus.

100

### *Capitulum 10*

**Discipulus:** Michi placet quod expeditisti te breviter de rationibus supradictis, tum quia in alio tractatu super ipsas redibo, tum quia non audivi quod frater M. de Cesena et sequaces sui, quorum dicta contra dominum papam principaliter examinare propono, dogmatizant vel sentiunt quod papa non habeat iurisdictionem coactivam vel quod imperatori subiectus sit. Ideo ad secundam assertionem quam recitasti in secundo capitulo huius sexti te converte, et motiva illius enarra.

10

**Magister:** Illa assertio continet duas partes, quarum prima est quod si papa esset de heresi graviter diffamatus, ecclesia universalis et etiam concilium generale et aliqua alia congregatio vel persona potestatem inquirendi et coercendi ipsum haberet.

15

**Discipulus:** Circa hanc partem peto ut disseras primo an ecclesia universalis, si papa esset de heresi graviter diffamatus, super ipsum potestatem haberet.

**Magister:** Circa hoc, ut dixi, est una assertio quod sic. Aliorum autem est assertio quod non, dicentium quod licet papa effectus hereticus ecclesie sit subiectus (quia eo ipso quod fit hereticus fit non papa), si tamen falso fuerit de heresi diffamatus non est subiectus ecclesie nec ecclesia in hoc casu habet potestatem aliquam super ipsum.

20

**Discipulus:** Motiva utriusque assertionis auscultabo libenter. Primo autem allega motiva secunde assertionis.

25

**Magister:** Primum motivum est tale. Nulla falsa infamia potest persone vel collegio aut congregationi iurisdictionem aut potestatem conferre. Sed papa de heresi minime diffamatus non est de iurisdictione ecclesie nec

30

---

97 quintam] *ibid.* lines 24-27\* **Capitulum 10,9** recitasti...sexti] 1 Dial. 6.2.10-16\*

---

**Capitulum 10,1** ] 23 Fi 13 An 3 tum] tamen Fi An | ipsas] ipsos Ly 4 M] N<sup>9</sup> (!) Bb | Cesena] Thesena Ly Vg Va Pa Pc Pb Thesena or Theseria Sa Censena Di To 6 dogmatizant] dogmatizant Bb Fi An sentiunt] Ly: sentiant We Bb Fi An 10 illius] *omitted* Bb 11 partes] *omitted* Ly 13 et<sup>2</sup>] etiam *added* Ly 14 inquirendi] ille querendi Bb 18 diffamatus] infamatus We 20 autem] *omitted* An 22 fit<sup>1</sup>] sit Ly fit<sup>2</sup>] fiet Ly | falso] false Fi An 25 auscultabo] auscultabo We Fi An 27 motivum] dicte assertionis *added* We 28 vel] *omitted* Fi An

subest ei. Igitur nec papa falso de heresi diffamatus est ecclesie subiectus.

Secundum motivum est tale. Ille qui in aliqua causa est aliis superior non est in eadem causa inferior illis, quia in eadem causa idem respectu eiusdem vel eorundem non potest esse superior et inferior. Sed papa manens verus papa in causa fidei est omnibus aliis superior, quia si omnes christiani sibi in causa fidei erronee dissentirent omnes de iure, licet de facto non posset, coercere deberet. Ergo papa propter nullam falsam infamiam fit subiectus ecclesie in causa heresis.

Tertium motivum est tale. Si papa de heresi diffamatus iudicio ecclesie esset subiectus, ecclesia posset iudicare de ipso. Hoc autem non potest fieri, quia cum ecclesia universalis simul conveniri non possit oportet generale concilium convocari ad diffiniendum de causa pape. Sed nullus potest absque papa generale concilium convocare. Nec ipse potest compelli per aliquem generale concilium congregare. Quia si aliquis posset eum compellere generale concilium congregare ille esset superior papa, et ita aliqua persona esset superior papa. Quod non est verum, ut dicunt. Ecclesia ergo universalis de papa iudicare non potest, et ita papa, quantumcunque fuerit de heresi diffamatus, ecclesie minime est subiectus. Predicta assertio etiam auctoritatibus et exemplis videtur posse probari. Plures vero auctoritates hoc expresse sonantes supra primo c. huius sexti sunt inducte.

Hoc etiam alia auctoritate simul et exemplo probatur. Nam prout recitatum est supra (ubi inquisitum est an papa possit hereticari), Nicholaus papa, ut legitur dis. 21 c. *Nunc autem*, ait: *“Tempore Diocletiani et Maximiani augustorum Marcellinus episcopus urbis Rome qui postea insignis martyr effectus est, adeo compulsus est a paganis ut in templum eorum ingressus grana thuris super prunas imponderet, cuius rei gratia collecto numerosorum episcoporum concilio et inquisitione facta, hoc idem pontifex se egisse confessus est.*

58 supra] 1 Dial. 5.2 (OP V) 59 dis...60 autem] D. 21 c. 7 col. 125

36 et] vel Bb | Sed papa] We Vc Ox Ba Va Vdm: omitted Bb Fi An Ly verus] vere Ly 39 de] omitted We | posset] potest Ly 42 motivum] eorum added Fi An 45 conveniri] convenire We | possit] potest Ly 46 convocari] convocare Ly 47 convocare] vocare Ly 54 etiam] omitted Ly 55 vero] namque Ly 57 etiam] et added Bb 59 possit] posset Ly 60 Diocletiani] Dyoclisiani We 61 Rome] Romane Ly 62 est<sup>2</sup>] fuit Ly | in] omitted Ww 64 numerosorum] We: universorum Bb Fi An Ly 65 pontifex] papa We

Nullus tamen eorum proferre sententiam in eum ausus est dum ei sepiissime omnes perhiberent ‘tuo ore iudica causam tuam non nostro iudicio’ et iterum ‘noli, aiunt, audiri in nostro iudicio sed collige in sinu tuo causam tuam’ et rursus  
 70 ‘quoniam ex te’, inquit, ‘iustificaberis aut ex ore tuo condempnaberis’, et iterum dicunt ‘prima sedes non iudicabitur a quoquam’” Ex quibus verbis datur intelligi quod beatus Marcellinus fuit de heresi diffamatus, nec mirum, cum actum hereticalem commiserit. Ex quo enim  
 75 idolis immolavit fuit de apostasia perfidie vehemente suspectus, quare potuit de heresi graviter diffamari. Hoc tamen non obstante, nemo episcoporum fuit ausus in ipsum proferre sententiam. Ergo quantumcunque papa fuerit de heresi diffamatus nullius est subiectus iudicio.

80 **Discipulus:** Ista ratio non videtur concludere quod papa de heresi diffamatus non sit subiectus ecclesie universali et concilio generali, quia auctoritas Nicholai non loquitur de ecclesia universali et de concilio generali, sed de quibusdam episcopis qui convenerunt ad inquirendum de causa pape Marcellini.  
 85

**Magister:** Dicunt alii quod auctoritas predicta Nicholai manifeste declarat quod papa de heresi diffamatus etiam ecclesie universali et concilio generali minime est subiectus, quia (secundum beatum Hilarium “*intelligentia dictorum ex causis est assumenda dicendi*”) ad intelligendum verba  
 90 predicta que Nicholaus papa recitat recurrendum est ad causam dicendi. Causam autem quare episcopi qui convenerant ad inquirendum de facto pape dixerunt “*tuo ore iudica causam tuam non nostro iudicio*” ipsimet assignant dicentes “*prima sedes non iudicabitur a quoquam*”. In verbis  
 95

---

89 secundum...Hilarium] Hilarius Pictaviensis, *De Trinitate*, IV.14, in Migne PL, t. 10, col. 107

---

66 eorum] illorum Ww 67 perhiberent] dicerent Ww 68 et...69 iudicio] omitted Ly | aiunt] omitted Ww 70 quoniam] We: quomodo Bb Fi An Ly | inquit] inquit We inquirent Ly 71 condempnaberis] We: dampnaberis Bb Fi An Ly | et iterum] item Ly 72 iudicabitur] iudicatur We 74 hereticalem] hereticale We hereticum Ly 75 vehemente] vehementer We Ly 76 quare] quia Ly 77 non] omitted An 78 quantumcunque] quandocunque Ly 83 et] vel We | de<sup>1</sup>] omitted We Ly 84 convenerunt] convenerant Bb 87 etiam] est Ly 88 et concilio] vel collegio Ly | est] omitted Ly 89 Hilarium] Hylarium Fi Hyllarium We 90 intelligendum] ergo added We 92 qui] omitted We 93 inquirendum] querendum Fi An | pape] cum added Ly 95 In] quibus added We



istis insinuant aperte quod summus pontifex etiam in casu illo in quo fuerunt, scilicet si summus pontifex fuerit de heresi diffamatus, a nullo est penitus iudicandus, et ita nec ab ecclesia universali nec a concilio generali est papa diffamatus de heresi iudicandus. Quia ex quo ipsi quorum verba approbantur a canone minime distinxerunt nec nos debemus distinguere. 100

Secundo probatur eadem assertio per exemplum de Symacho papa, de quo legitur in decretis dis. 17 § *Hinc* in hec verba: “*Episcopi vero in synodo residentes congregata auctoritate eiusdem Symachi dixerunt ‘Symachus papa sedis apostolice presul ab huiusmodi oppositionibus impetitus quantum ad homines respicit sit immunis et liber cuius causam totam Dei iudicio reservamus’*”. Ex quibus verbis colligitur quod Symachus papa iudicio synodi non erat subiectus licet fuerit de heresi diffamatus, quia, ut notat glosa ibidem, iste opiniones quibus fuerat Symachus impetitus causam heresis contingebant. Ait enim: “*primo fuit*”, scilicet Symachus, “*accusatus de heresi, sed cum appareret calumnia accusantis fuit postea absolutus ut hic dicitur*”. 105  
110  
115

### **Capitulum 11**

**Discipulus:** Ad presens sufficiant iste allegationes pro assertione predicta, et ideo motiva assertionis contrarie non differas allegare.

**Magister:** Quod papa si de heresi diffametur sit subiectus iudicio universalis ecclesie nonnulli conantur ostendere. Primo sic. Ille qui potest accusari et iudicari de heresi est subiectus iudicio universalis ecclesie si fuerit de heresi diffamatus. Papa autem potest de heresi accusari et iudicari (dis. 40 c. *Si papa*). Ergo etc. 5  
10

Secundo sic. Qui potest ab aliquo reprehendi pro heresi est subiectus in eadem causa iudicio universalis ecclesie. Sed

---

104 dis...Hinc] *Dictum Gratiani post D. 17 c. 6, § Hinc, col. 91*  
111 glosa] D. 17 c. 6, § *Hinc* s.v. immunis, col. 92 11,10 dis...papa] D. 40 c. 6 col. 259

---

96 istis] *omitted* We | aperte] *manifeste* We | etiam] *omitted* An  
101 nos] We: *omitted* Bb Fi An Ly 103 per exemplum] We Vc Ox Ba:  
*omitted* Bb Fi An Ly 104 in decretis] *omitted* Ly | 17] 1.7.11 Fi 1 vel  
11 An 105 vero] *omitted* Ww 107 oppositionibus] *opinionibus* Ww  
impetitus] *impeditus* Ly 109 reservamus] *servamus* Ly 111 de]  
*omitted* Ly | diffamatus] *preterea added* Ly 112 impetitus] *impeditus*  
Ly 115 hic] *ibidem* Ly 11,3 non] *omitted* Bb 5 si...diffametur] *sic de*  
heresi diffamatus Ly 10 40] 4 Ly | Ergo] *omitted* We

papa potest pro heresi ab aliquo reprehendi. Hoc probatur per  
 exemplum de beato Petro quem beatus Paulus, quia non  
 15 ambulabat ad veritatem evangelii, reprehendit ad Gal. 2. Ergo  
 papa si fuerit de heresi diffamatus iudicio universalis ecclesie  
 est subiectus.

Tertio sic. Minor iudicio superioris est subiectus. Sed  
 papa est minor universali ecclesia, sicut orbis maior est urbe.  
 20 Ergo etc.

Quarto sic. Nulli corpori sufficienter est provisum nisi  
 membra putrida que totum corpus valent inficere possint  
 abscindi. Sed tota ecclesia militans unum corpus est, teste  
 Apostolo ad Rom. 12. Ait: “*Unum corpus sumus in Christo*”.  
 25 Istius autem corporis papa est membrum quoddam. Ergo non  
 est sufficienter provisum ecclesie nisi papa possit abscindi  
 per ecclesiam si hereticam incurrerit pravitatem. Cum ergo  
 Christus non defecerit in necessariis ecclesie militanti,  
 sequitur quod per ecclesiam militantem papa, si efficiatur  
 30 hereticus, potest abscindi. Et per consequens si fuerit de  
 heresi diffamatus iudicio universalis ecclesie est subiectus.

Quinto sic. Ille qui est de aliquo crimine denuntiandus  
 ecclesie, iudicio universalis ecclesie est subiectus si fuerit  
 diffamatus. Sed papa potest pro crimine heresis denuntiari  
 35 ecclesie, Christo dicenti Matth. 18: “*Si peccaverit in te frater  
 tuus*”, et post: “*Si non audierit eos dic ecclesie*”. Ex quibus  
 verbis colligitur quod cum papa censendus sit frater, ipse  
 potest pro crimine potissime heresis denuntiari ecclesie. Ergo  
 si fuerit de crimine heresis diffamatus iudicio ecclesie est  
 40 subiectus.

### **Capitulum 12**

**Discipulus:** De ecclesia universali (an sibi summus  
 pontifex sit subiectus) que dixisti sufficiant. Nunc autem  
 sententias peritorum de concilio generali, an super papam de

---

15 reprehendit...2] With no back reference to 1 Dial. 5.2 | Gal 2]  
 Galatians 2:14 24 Rom 12] Romans 12:5 35 Matth 18] Matthew  
 18:15, 17

---

15 ambulabat] ambulavit We 18 Minor] Maior Bb 19 ecclesia]  
 ecclesie Bb 21 sufficienter] suffi<sup>it</sup> Bb 22 membra] minora Bb  
 24 Apostolo] qui added We | ad] qui Ly 25 quoddam] omitted Ly  
 27 incurrerit] incurrat Ly 28 Christus] omitted Fi An | militanti]  
 militantis Ly 29 efficiatur] afficiatur Bb 30 abscindi] abscidi Bb  
 36 tuus] etc. added We | eos] We: te Bb Fi An Ly

heresi diffamatum iurisdictionem vel potestatem obtineat, 5  
aperire digneris.

**Magister:** Sunt nonnulli dicentes quod concilium 10  
generale super papam de heresi diffamatum nullam habet  
iurisdictionem omnino, quod pluribus rationibus nituntur  
ostendere. Est autem prima ratio talis. Ecclesia universalis  
non habet iurisdictionem super papam de heresi diffamatum,  
sicut nituntur per rationes prius adductas ostendere. Ergo  
multo fortius concilium generale non habet iurisdictionem  
super papam de heresi diffamatum.

Secundo sic. Nulla congregatio specialis in quacunque 15  
causa habet iurisdictionem super papam, cum in omni causa  
quelibet congregatio particularis papa inferior sit censenda.  
Concilium autem generale est quedam congregatio  
particularis seu specialis, quia omnes christianos minime  
comprehendit. Ergo concilium generale non habet 20  
iurisdictionem super papam.

Tertio sic. Illa congregatio que potest contra fidem  
errare non habet iurisdictionem super papam de heresi  
mendaciter diffamatum. Generale autem concilium potest  
contra fidem errare, sicut nonnulli per plures rationes probare 25  
nituntur. Ergo etc.

Quarto sic. Illa congregatio que in causa heresis est  
inferior papa, etiam de heresi diffamato, non est in eadem  
causa papa superior. Sed totum concilium generale preter  
papam est in causa heresis papa inferius, quia si totum 30  
concilium generale preter papam, etiam de heresi mendaciter  
diffamatum, contra fidem erraret ipse omnes de iure punire  
deberet. Ergo in causa heresis papa concilio generali est  
superior.

**Discipulus:** Totum concilium generale preter papam 35  
non potest contra fidem errare, quia Deus qui promisit fidem  
catholicam usque ad finem seculi duraturam non permetteret.

**Magister:** Ista responsio impugnatur, tum quia, esto  
quod totum concilium generale preter papam erraret

---

**12,12** prius] 1 Dial. 6.10 **25** per...rationes] 1 Dial. 5.26 (OP V) The  
lack of any specific back reference suggests that the text of 1 Dial. 6.12  
was an earlier composition which on this point remained unpolished.

---

**12,6** aperire] experire Bb **8** diffamatum] infamatum Ly **9** rationibus]  
*omitted* Bb **10** Est...talis] quarum prima talis est Fi An **11** non] nullam  
Ly **12** sicut] quod Ly | prius] post Ly **15** sic] *omitted* Ly **16** causa]  
generale non *added* Bb **17** sit] *omitted* Bb **29** papa] pape Fi An **31** de]  
*omitted* Bb **32** punire] puniret Bb **33** concilio...34 superior] non est  
inferior concilio generali We **39** totum] *omitted* Fi An

40 nequaquam fides christiana desineret, quia salvaretur in papa  
 et in multis aliis. Fides autem in solo papa posset salvari,  
 quemadmodum tempore passionis Christi in unica muliere  
 remansit. Tum quia unus potest ad se trahere totum concilium  
 generale, et unus potest toti residuo concilii generalis  
 45 contradicere, sicut notatur dis. 31 c. *Nicena*. Ergo multo  
 fortius papa qui est principalis et caput concilii generalis  
 potest toti residuo contradicere, et per consequens residuo  
 minime est subiectus.

Quinto sic. Illa congregatio que nullam auctoritatem  
 50 habet nisi a papa, et que absque papa congregari non potest,  
 nullam habet iurisdictionem super papam nisi papa sponte  
 eius iudicio se submittat. Sed concilium generale nullam  
 habet iurisdictionem seu potestatem aut auctoritatem nisi a  
 papa, nec potest absque eius mandato aliquam celebrari.  
 55 Igitur papa nisi voluntarie se submittat iudicio generalis  
 concilii minime est subiectus.

### *Capitulum 13*

**Discipulus:** Quomodo allegatur in contrarium  
 manifesta.

**Magister:** Quod papa iudicio generalis concilii sit  
 5 subiectus quidam moliuntur ostendere. Primo sic. Ecclesia  
 universalis iurisdictionem obtinet super papam de heresi  
 diffamatum. Igitur et ista congregatio que vicem gerit  
 universalis ecclesie iurisdictionem habet super papam de  
 heresi diffamatum. Concilium autem generale gerit vicem  
 10 universalis ecclesie. Ergo etc.

Secundo hoc probatur sic. Diffamatus de aliquo crimine  
 est iudicio concilii generalis subiectus si eidem concilio super  
 obiecto crimine respondere tenetur. Papa autem diffamatus de  
 heresi generali concilio respondere tenetur. Unde et in  
 15 decretis 2 q. 7 § *Item cum Balaam* sic legitur: “*Symachus*  
*papa in Romana synodo dignitate sua expoliatus, prius statui*

---

45 dis...Nicena] D. 31 c. 12 col. 201 13,15 2...Balaam] *Dictum*  
*Gratiani post C. 2 q. 7 c.41, § Item cum Balaam, col. 929*

---

41 solo] sola Fi An | posset salvari] potest servari Ly 43 remansit]  
 mansit Bb 45 31] We: 13 Bb Fi An Ly | Ergo] *omitted* Bb 47 residuo<sup>2</sup>]  
 r'iduo Bb 52 eius] eorum We 55 Igitur...nisi] Igitur si papa non Ly  
 56 minime] ei *added* Ly 13,7 Igitur...9 diffamatum] *omitted* We  
 vicem] vitam An 9 gerit] tenet Ly 11 hoc probatur] *omitted* Ly  
 12 iudicio...generalis] concilio generali We Vc | concilii generalis]  
 concilio generali Bb | si] et Ly 14 et] *omitted* We 15 §...Balaam] c.  
*Nos* Ly | cum] Ly: *omitted* We Bb Fi An

*suo reddi precipitur, ut tunc veniret ad causam, et si ita recte videretur accusantium propositionibus responderet. Digna res visa est maximo numero sacerdotum que mereretur effectum. Et cum postmodum ordinaretur quomodo esset accusandus, prefatus papa, ut causam diceret, occurrebat, sed ab emulis est impeditus*". Ex quibus verbis datur intelligi quod Symachus papa, qui fuit de heresi accusatus sicut notatur in glosa dis. 17 § *Hinc*, coram synodo respondere debebat. Ergo in causa heresis concilium generale est super papam de heresi diffamatum.

Tertio sic per glosas super decretis hoc probatur. Ait enim glosa dis. 19 c. *Anastasius*: "*Papa tenetur requirere consilium episcoporum, quod verum est ubi de fide agitur et tunc synodus maior est papa*". Hiis verbis patenter asseritur quod in causa fidei synodus maior est papa.

Item, glosa dis. 15 c. *Sicut* dicit in hec verba: "*Videtur ergo quod papa non possit destruere statuta concilii, quia orbis est maior urbe 93 dis. Legimus circa medium. Unde requirit papa consensum concilii (dis. 19 c. Anastasius) Arg. contra dis. 17 § Hinc etiam et Extra, De electione c. Significasti, ubi dicitur concilium non potest pape legem imponere, et 35 q. 9 c. Veniam, sed intellige quod hic dicitur circa articulos fidei*". Ex quibus verbis colligitur quod circa articulos fidei synodus maior est papa et sibi legem potest imponere, et per consequens in causa fidei synodus iurisdictionem habet super papam.

---

**24** glosa...*Hinc*] D. 17 c. 6, § *Hinc*, s.v. immunis, col. 92 **28** glosa...*Anastasius*] D. 19 c. 9 s.v. concilio col. 111 **32** glosa...*Sicut*] D. 15 c. 2 s.v. presumit, col. 71 **34** 93...*medium*] D. 93 c. 24 col. 599 **36** *Extra*... 37 *Significasti*] X. 1. 6. 4 col. 110 **38** 35...*Veniam*] C. 35 q. 9 c. 5 col. 2453

---

**17** suo] pristino Ww | tunc] dicit We | recte...18 videretur] We: rectum videtur Bb An Ly rectum videretur Fi **18** responderet] respondetur Bb Fi An **19** maximo] maxime Ly | numero] numere Fi An | que mereretur] atque meretur Ww **20** quomodo] *omitted* Bb **22** est] *omitted* Fi An **23** notatur in] notat We **25** super] supra We **27** sic] *omitted* Bb We Ly **29** consilium] concilium Bb **33** ergo] We: *omitted* Bb Fi An Ly **34** 93...*medium*] *omitted* Ww **35** *Anastasius*] 71 *added* Ly **36** *contra*] 19 Ly | 17] 16 We Bb Fi An 1 Ly | *etiam*] *omitted* Ly **37** *Significasti*] Sig<sup>a</sup>ti Bb Sig<sup>t</sup>i Fi An Signasti We Signati Ly **38** 35] 15 Ly | hic] h' Fi hoc Ly **41** fidei synodus] synodus fidei An

45 Item, glosa dis. 21 c. *Nunc autem* ait: “*Queritur quare isti episcopi non deposuerunt papam cum esset confessus de heresi ut dis. 40 c. Si papa? Dicit Huguccio quia paratus erat corrigi. Licet enim papa vel alius sit hereticus, si tamen paratus est corrigi non deponitur ut 24 q. 3 c. Dixit Apostolus, vel ideo non debebant ipsum deponere quia coactus fecit*”. Ex quibus verbis datur intelligi quod episcopi  
50 potestatem habent deponendi papam de heresi accusatum, licet non debeant ipsum semper deponere quia aliquando non est dignus deponi. Causam tamen pape habent audire et ita potestatem obtinent super ipsum.

#### **Capitulum 14**

**Discipulus:** Allegationes prescripte me fere ad perplexitatem inducunt. Durum enim michi videtur asserere quod oves super pastorem, membra super caput, filii super  
5 patrem, discipuli super magistrum, subditi super prelatum, iurisdictionem aut potestatem vel auctoritatem obtineant, presertim cum iniqua et falsa infamia iurisdictionem non debeat nec possit tribuere. Et ideo grave apparet dicere quod papa de heresi mendaciter diffamatus propter talem infamiam  
10 cuiuscunque vel quorumcunque subdatur iudicio, maxime cum impossibile minime videatur quod tota fides catholica in papa solo remaneat, saltem pro aliquo tempore brevi. Ex alia parte zelus fidei christiane me subtiliter angit ne dicam nullam debere fieri inquisitionem aut iudicium de papa super  
15 crimine heresis diffamato, quia cum probabiliter teneam papam posse hereticam incurrere pravitatem, si de ipso nulla posset inquisitio fieri tota fides posset periclitari. Unde si aliqui istam perplexitatem nituntur dissolvere michi revela.

---

**43** glosa...autem] D. 21 c. 7 s.v. Marcellinus, col. 127 **45** dis...papa] D. 40 c. 6 col. 259 **47** 24...48 Apostolus] C. 24 q. 3 c. 29 col. 1885 **Capitulum 14,7** presertim...12 brevi] Possible PP\* | iniqua...8 tribuere] The point is also made by the Magister in lines 19-20\* and in lines 67-70\*.

---

**43** dis 21] 31 c. added Ly | Queritur] omitted Ly **44** episcopi] omitted Ww | deposuerunt] deposuerint We | papam] papa Bb | confessus] accusatus Fi An **45** 40] 60 Ly | Dicit] dicens Ly | Huguccio] Kn: Hugo 1582 ed. H. Bb omitted Fi An We Ly | quia] quod Ww **47** ut] et added Ly **48** debebant] We: debebat Bb Fi An Ly **Capitulum 14,1** ...2 me] In We the text copied by the next scribe of its project ( scriptor 7<sup>us</sup> ) begins with these words (at fo. 67r line 1) **11** impossibile] possibile We videatur] videtur Ly **13** subtiliter] fortiter We **14** debere] deberem We **15** quia] quare Ly

**Magister:** Est quedam assertio quod propter nullam infamiam falsam habet ecclesia iurisdictionem super papam. Si tamen papa fuerit de heresi taliter diffamatus quod sine scandalo ecclesie vel periculo fidei tolerari non posset, non solum universalis ecclesia aut concilium generale sed etiam episcopi habent potestatem inquirendi de ipso, quem si deprehenderint manifeste hereticum ipsum debent cohercere vel aliis denunciare pravitatem eiusdem.

**Discipulus:** Ista assertio contradictionem videtur includere. Una enim pars alteri apparet repugnare. Si enim nulla persona super papam de heresi diffamatum habet iurisdictionem, nulla persona de ipso valebit de iure inquirere, quia non ad inferiorem nec ad parem sed ad superiorem iurisdictionem habentem officium inquisitionis spectare dinoscitur.

**Magister:** Ad illam obiectionem respondetur quod sicut inquisitio ad superiorem spectat ita etiam citatio pertinet ad superiorem. Non enim par vel inferior potest regulariter suum superiorem citare, sed citare est iurisdictionem habentis. Et tamen hoc non obstante potest in casu quis iurisdictionem minime habens super alium citare eundem. Si enim probabiliter dubitatur an iudex habeat iurisdictionem super aliquem, ipsum debet et potest citare, et citatus ire tenetur et ostendere quod citatio non tenet. Quod si non fecerit poterit ipsum alius excommunicare, et propter contumaciam iudex qui nullam habuit iurisdictionem super ipsum incipit iurisdictionem super eum habere, quantum ad hoc quod ipsum potest excommunicationis sententia innodare (Extra, *De appellationibus, c. Si duobus*).

Sic est, ut dicunt, de inquisitione dicendum. Quod licet inquirere regulariter ad superiorem pertineat, si tamen probabiliter dubitatur de aliquo qui non potest ad superiorem recurrere an habeat super alium iurisdictionem et potestatem inquirendi, et non aliter nisi inquirendo ad veritatem poterit pervenire (an scilicet super alium habeat iurisdictionem),

---

46 Extra...47 duobus] X. 2. 28. 7 col. 910

---

20 ecclesia] ecclesiam Bb | iurisdictionem] iurisdictione We 21 papa] papam Bb 22 posset] possit We 28 includere] concludere Ly 30 de<sup>2</sup>] omitted Ly 39 eundem] eum Ly | enim] autem Ly 40 habeat] We: haberet Bb Fi An Ly 41 aliquem] tamen added Ly 43 alius] omitted Ly 44 habuit] habet Ly | incipit] We: omitted Bb Fi Ly gap An 45 habere] gap Fi haberet Ly 47 Si] omitted Ly 48 est] We Fib: omitted Bb Fi An Ly | ut] omitted Ly 53 habeat] habuerit Fi An

licebit sibi de ipso inquirere ut cognoscat an ille ad eius  
55 iurisdictionem pertineat.

Sic dicunt esse in proposito, quia eo ipso quod papa de  
heresi tam graviter diffamatur quod talis infamia, absque  
scandalo ecclesie et periculo fidei, dissimulari aut tolerari non  
possit, prelati possunt probabiliter dubitare an papa sit  
60 catholicus vel hereticus. Quia de diffamato dubitandum est  
ante inquisitionem et examinationem cause an fama veritati  
innitatur, et per consequens dubitandum est an diffamatus  
crimen super quo diffamatur commiserit. Si autem prelati  
probabiliter dubitant an papa de heresi diffamatus sit  
65 catholicus vel hereticus, sequitur quod probabiliter dubitant  
an papa sit de iurisdictione ipsorum effectus. Nam si fama est  
falsa non est de iurisdictione ipsorum, quia papa manens papa  
propter falsam infamiam non est de iurisdictione  
quorumcunque. Falsa enim infamia nullam iurisdictionem  
70 tribuit. Si autem fama continet veritatem, papa taliter  
diffamatus est vere hereticus. Si autem vere est hereticus est  
de iurisdictione catholicorum.

Sicut igitur prelati catholici probabiliter dubitant an  
papa de heresi diffamatus sit catholicus vel hereticus, ita  
75 dubitant probabiliter an sit de iurisdictione ipsorum effectus.  
Ex quo autem probabiliter dubitant an sit de iurisdictione  
ipsorum effectus, si ad veritatem (an papa sit de iurisdictione  
ipsorum effectus) aliter quam inquirendo nequeunt pervenire,  
ipsi tenentur de ipso inquirere an scilicet papa de heresi  
80 diffamatus sit eorum iurisdictioni subiectus. Hoc autem non  
possunt inquirere nisi inquirendo an papa de heresi  
diffamatus sit hereticus vel catholicus. Ergo in hoc casu  
prelati catholici habent potestatem inquirendi de papa super  
heresi mendaciter diffamato, licet in rei veritate  
85 iurisdictionem non habeant super ipsum. Sicut potest quis  
alium citare cuius tamen in rei veritate non est iudex.

---

56 esse] quod est Ly | de] *omitted* Bb 57 diffamatur] diffamatus Bb Fi  
An 59 possit] posset Ly | papa] taliter diffamatus ad iurisdictionem  
ipsorum pertineat quia propter talem infamiam probabiliter dubitent an  
papa *added* We Vc Ox Ba Va 61 inquisitionem et] *omitted* Ly  
veritati...62 innitatur] veritate nitatur We 65 probabiliter dubitant]  
probare habent Ly 70 taliter] talis Bb Ly 71 vere<sup>1</sup>] verus We | vere<sup>2</sup>]  
verus We | est<sup>2</sup>] *omitted* Ly 72 catholicorum] quia omnis hereticus est  
minor omni catholico et est de iurisdictione prelatorum catholicorum  
*added* We Vc Ox Ba Va 77 si...78 pervenire] *omitted* Ly | an] scilicet  
*added* We 79 heresi] sic *added* Ly 80 sit...82 diffamatus] *omitted* Ly  
81 nisi inquirendo] *omitted* Fi (*added* Fim) An 82 catholicus] catholico  
Bb 86 veritate] *omitted* Bb



**Capitulum 15**

**Discipulus:** Ex predictis michi est data occasio multa querendi. Ante omnia tamen expostulo ut ostendas quibus rationibus vel auctoritatibus possit assertio supradicta muniri.

**Magister:** Per rationes fundatas in scriptura divina et dictis sanctorum patrum predicta assertio videtur posse probari. Quam tamen primo exemplo patentissimo, ut nonnullis apparet, quidam demonstrare nituntur.

Nam sicut allegatum est supra, beato Marcellino papa de heresi diffamato, eo quod actum hereticalem (idolatrie videlicet) commisisset, plures episcopi convenerunt et inquisitionem de ipso fecerunt. Inquisitione autem facta, quia papam nonprehenderunt hereticum ipsum iudicare nolebant, sicut nec poterant. Ex quo datur intelligi quod de papa de heresi diffamato catholici potestatem habent inquirendi, et debent inquirere an fama contineat veritatem.

**Discipulus:** Notorium fuit quod beatus Marcellinus commiserat idolatriam, et per consequens quod esset hereticus, et ita non est simile de beato Marcellino et de papa mendaciter de heresi diffamato.

**Magister:** Istam responsionem excludunt, dicentes quod quamvis esset notorium apud infideles et etiam apud quosdam catholicos quod beatus Marcellinus sacrificasset idolis, tamen hoc non erat notorium apud episcopos qui ad concilium convenerunt, nec etiam erat notorium apud quoscunque quod ipse erat hereticus, et ideo dubitabant episcopi an esset hereticus, et forte magis credebant quod non esset hereticus, sicut nec fuit hereticus. Quia tamen nesciverunt veritatem, et ipse fuit de heresi diffamatus,

---

15,9 supra] 1 Dial. 6.10

---

15,2 data] dato We | multa] manifesta Ly 3 querendi] inquirendi Fi An | omnia] omitted Ly 7 primo] omitted Ly 8 demonstrare] demonstrare We monstrare Ly 9 supra] de added Ly 10 hereticalem] hereticale We 11 videlicet commisisset] videtur commisisse Ly 12 inquisitionem] inquisitione We | fecerunt] et added Ly | autem] omitted Ly 13 papam] papa We ipsum Ly 14 de] omitted We 16 inquirendi...debent] omitted Ly 17 Notorium] notum Ly | beatus] omitted Bb 18 idolatriam] idolatrie Bb 19 beato] papa Ly 21 responsionem] rationem Ly | excludunt] omitted Fi An 22 notorium] notum Ly | infideles] fideles Ly 25 etiam] omitted Fi An Ly 26 quoscunque] quosdam Ly | erat] esset Ly 27 non] omitted Ly 28 sicut...hereticus<sup>2</sup>] omitted Fi An Ly 29 nesciverunt] nescierunt We et] omitted Ly | fuit] omitted Bb | diffamatus] et added Ly

30 convenerunt catholici et inquisierunt sollicite veritatem. Si  
enim veritatem scivissent superfluo inquisivissent.  
Inquisierunt ergo de facto pape, et ita de papa infamato de  
heresi est inquisitio facienda.

**Discipulus:** Adhuc instatur contra dictum exemplum,  
35 quia beatus Marcellinus non fuit infamatus de heresi sed de  
idolatria tantummodo, et ita exemplum propositum  
nequaquam concludit intentum illorum.

**Magister:** Istam instantiam excludunt, dicentes quod eo  
ipso quod fuit diffamatus de idolatria fuit diffamatus de  
40 heresi, quia omnis idolatra de quo nescitur an timore mortis  
vel sponte immolatur idolis de heresi est suspectus, et ita  
diffamare aliquem de idolatria antequam constet ipsum  
idolatrare solummodo timore mortis est ipsum infamare de  
heresi. Cum ergo beatus Marcellinus commiserit idolatriam,  
45 antequam rediit et penitentiam egerit et confitebatur se  
idolatrasse timore mortis tantummodo, nesciebatur an  
pravitatem hereticam incurrisset. Et ita constat quod beatus  
Marcellinus fuit de heresi diffamatus.

Iterum, ut dicunt isti, esto quod beatus Marcellinus non  
50 fuerit de heresi diffamatus, habent intentum per dictum  
exemplum quod catholici potestatem habent inquirendi de  
papa de heresi diffamato. Nam non est maior ratio quod  
catholici habeant potestatem inquirendi de papa de crimine  
idolatrie diffamato quam de papa super crimine heresis  
55 diffamato. Cum ergo catholici habeant potestatem inquirendi  
de papa super crimine idolatrie diffamato sequitur quod  
habent potestatem inquirendi de papa super crimine heresis  
diffamato.

**Discipulus:** Dicerent aliqui quod certum fuit beatum  
60 Marcellinum idolatrasse, et ideo potuerunt catholici merito  
inquirere de facto eius. Sed si papa aliquis esset diffamatus de  
heresi non esset propter hoc certum ipsum sensisse hereticam

---

30 inquisierunt] inquisiverunt Bb Ly 31 enim] autem Ly | superfluo]  
superflue convenissent vel Ly | inquisivissent] inquisissent Bb We  
32 ergo] enim Fi An | infamato] diffamato Fi We 35 infamatus]  
diffamatus We 36 propositum] positum Ly 37 illorum] *omitted* Bb  
41 immolatur] immolat We immolaverit Ly 43 solummodo] solum Ly  
45 rediit] rediret Ly | egerit] egit We ageret Ly | confitebatur]  
confiteretur Ly 49 Iterum] Item Fi An Ly 50 fuerit] fuit Bb Fi An  
habent] tamen *added* Ly 51 quod] quia Ly 53 habeant] maiorem  
*added* Ly | de<sup>2</sup>] super We 54 diffamato] *omitted* Fi An 56 quod]  
etiam *added* We 59 certum] est vel *added* Ly 60 potuerunt] poterunt  
We 61 diffamatus...62 heresi] *omitted* Bb

pravitatem, et ita non est simile de beato Marcellino et de papa super crimine heresis diffamato.

**Magister:** Istam instantiam dicunt esse nullam, quia inquisitio non debet esse de certis sed de dubiis. Qui enim scit, certiorari non debet. Et per consequens superfluo inquit quis nisi inquirat propter sua vel aliorum dubia excludenda. Si ergo fuit certum et notorium episcopis qui convenerunt ad concilium beatum Marcellinum idolatrasse, de hoc non inquisierunt, sed inquisierunt quod erat eis ignotum, an scilicet solo timore mortis idolatrat. Ita si papa aliquem heresim predicaret et hoc esset notorium, de hoc non esset inquisitio facienda, sed esset inquisitio facienda an pertinaciam errori adiungeret, et ita de papa super crimine heresis diffamato est inquisitio per catholicos facienda.

Quam etiam assertionem pluribus rationibus isti confirmare nituntur. Quarum prima est talis. Ad unumquemque prelatum et pastorem spectat cognoscere que sunt oves sue et qui sunt sibi subiecti. Aliter enim exempli summi pastoris dicentis Ioh. 10 “*ego sum pastor bonus et cognosco meas*” erit nullatenus imitator, nec preceptum Salomonis implebit dicentis Prov. 27 “*diligenter agnosce vultum pecoris tui tuosque greges considera*”. Debet ergo prelatum cognoscere qui sint subiecti sui. Ergo quando dubitatur de aliquo an sit subiectus alicuius prelati idem prelatum astringitur, ne forte subditus suus per negligentiam pereat et secum alios pertrahat in interitum, diligenter inquirere et investigare an ad gregem suum pertineat. Sed si papa de heresi graviter diffamatus sit, prelati debent probabiliter dubitare an papa taliter diffamatus sit de

---

81 Ioh 10] John 10:14 83 Prov 27] Proverbs 27:23

---

64 crimine heresis] heresi Ly 65 nullam] malam Ly 67 certiorari] certificari Ly | superfluo] superflua Fi superflue Ly 68 nisi inquirat] omitted Ly 69 Si ergo] Sic igitur quia Ly | convenerunt] convenerant We Ly 71 inquisierunt<sup>1</sup>] quesierunt Ly 72 scilicet solo] omitted Ly idolatrat] idolatrataverit Fi Ly | Ita] Item Ly | aliquem] aliquam Ly 73 hoc<sup>1</sup>] omitted Ly | esset<sup>2</sup>] omitted Bb 74 sed...facienda<sup>2</sup>] omitted Fi An 75 errori] errore Bb Fi An | de] dum Ly 76 diffamato] diffamatur Ly 79 pastorem] pastores Ly | spectat] expectat We 80 subiecti] et added Bb | exempli] Ly: exemplum Bb Fi An omitted We 82 cognosco] oves added Ly Fi An 84 pecoris] pectoris We Bb greges] omitted Bb 85 cognoscere] agnoscere Fi An | sint] sunt Ly We 87 astringitur] constringitur Ly 88 secum] secus An | in] ad We 89 inquirere] inquirerere Ly | Sed] Si Bb 90 sit] omitted We

iurisdictione ipsorum effectus, quia dubitare habent an sit hereticus, licet non statim debeant credere ipsum esse hereticum. Ergo in hoc casu tenentur inquirere an papa taliter diffamatus sit de iurisdictione ipsorum. Hoc autem nequaquam facere possunt nisi inquirendo an sit effectus hereticus. Ergo tenentur inquirere an papa taliter diffamatus hereticam incurrerit pravitatem.

95  
100  
105  
110  
Secunda ratio est hec. Ad illum spectat scire qui sunt subditi sui ad quem spectat corrigere omnium subditorum suorum excessus. Sed ad prelatos catholicos spectat corrigere omnium subditorum suorum excessus, ut sacri canones protestantur aperte. Ergo ad ipsos spectat scire de omnibus qui sunt subditi sui. Ergo ad ipsos pertinet inquirere de illis de quibus dubitatur an sint sibi subiecti utrum in rei veritate sint subditi sui vel non. Si autem papa de heresi graviter diffamatur, probabiliter dubitatur an sit subiectus catholicorum, quia probabiliter dubitatur an sit hereticus. Ergo ad catholicos pertinet inquirere an papa de heresi diffamatus sit eis subiectus.

115  
120  
125  
Tertia ratio est hec. Prelati catholici tenentur ex officio suo oves suas contra luporum rabiem custodire. Ergo tenentur subditos suos contra hereticorum insidias conservare. Et per consequens quando nuntiatur prelatis catholicis per publicam famam quod aliquis nititur gregem suum invadere et corrumpere per hereticam pravitatem, debent diligenter inquirere veritatem, ipso Domino precipiente Deut. 13: “*Si audieris in una urbium tuarum quas Dominus Deus tuus dabit tibi ad habitandum dicentes aliquos egressi sunt filii Belial de medio tui et averterunt habitatores urbis tue atque dixerunt ‘eamus et serviamus diis alienis’ quos ignoratis, quere sollicite et diligenter, rei veritate perspecta, si inveneris certum esse quod dicitur et abominationem hanc opere perpetrata[m] statim percuties habitatores urbis illius in ore gladii*” etc. Ex quibus verbis datur intelligi quod si a providis

---

117 Deut 13] Deuteronomy 13:12-15

---

92 ipsorum] eorum Ly 96 effectus] factus Ly 97 tenentur] tenetur An  
98 incurrerit] incurrit Ly 99 hec] talis Fi An *omitted* Ly  
101 corrigere...102 excessus] *omitted* Bb 103 scire] *omitted* Bb  
104 Ergo] *omitted* An | ipsos] quos Fi An 110 sit...subiectus] *omitted*  
Bb 111 catholici] catholici Bb 112 suo] *omitted* We | Ergo] *omitted*  
Bb 117 13] 23 Ly | Si] Sed Bb 118 tuarum] *omitted* Ly 119 ad  
habitandum] habitandam Ly 120 de...tui] Ly: *omitted* Bb Fi An We  
averterunt] Ly: everterunt Bb Fi An We 122 quere] quero Bb | veritate]  
veritatem Bb 124 percuties] percutiens Bb Fi An 125 etc] *omitted* Ly

et honestis papa vel quicumque alius publice diffamatur quod velit catholicos a fide avertere orthodoxa, est veritas diligenter inquirenda. Ergo de papa super crimine heresis graviter diffamato est inquisitio facienda.

**Discipulus:** Prelati non habent inquirere nisi de illis quos constat esse subditos suos, et ita de papa non habent inquirere. 130

**Magister:** Respondetur tibi quod quilibet prelatus debet inquirere de omnibus qui gregem suum invadunt, sive sint subditi sive non, saltem ad resistendum eisdem, quemadmodum rex debet omnes repellere qui regnum suum invadunt quantumcunque sint de alio regno, et quilibet etiam nullam habens iurisdictionem debet pro patria omnes invadentes pro posse repellere quamvis nullam super eis iurisdictionem obtineat. 135 140

Et ex hoc quarta ratio sic formatur. Non minus sollicite debent prelati catholici gregem suum contra spirituales inimicos defendere et ea que ad defensionem pertinent exercere quam reges et principes et subditi eorum debent regna sua et principatus ac patriam contra hostes suos defendere ac tueri. Sed reges et principes et subditi eorum debent terras suas contra invadentes iniuste defendere, licet de eorum iurisdictione nequaquam existant. Ergo multo animosius debent prelati contra inimicos spirituales greges suos defendere et ea facere que ad defensionem spiritualem spectare noscuntur. Sed ad defensionem noscitur pertinere investigare sollicite qui sunt isti hostes spirituales qui gregem nituntur invadere, maxime si est publica fama per viros honestos et providos suscitata quod aliqui volunt dominicum gregem invadere. Si ergo papa per viros providos et honestos de heresi publice diffametur, catholici debent diligenter inquirere veritatem. 145 150 155

Quinta ratio talis est. Cui periculosum est renunciare iuri suo, ei periculosum est non inquirere ad quos extenduntur iura sua quando dubitatur de aliquibus an extendantur ad ipsos. Sed prelati catholicis est periculosum renunciare aut cedere iuri suo quod in causa Dei susceperunt a Deo, teste 160

---

129 graviter] *omitted* Fi An 137 quantumcunque] quamvis Ly 140 obtineat] obtinet Bb habeat Ly 144 et<sup>2</sup>] *omitted* Ly | subditi] subditos Ly 145 regna... 147 debent] *omitted* Ly 148 multo] fortius et *added* Ly 149 contra] *omitted* Bb 154 suscitata... 156 honestos] *omitted* Bb 156 diffamatur] diffamatur We Ly | debent] deberent Ly 159 ei] eidem We 160 an] ut Bb 161 catholicis] religiosis Ly

beato Cypriano qui, ut recitatur 7 q. 1 c. *Quam periculosum*,  
 ait: “*Quam periculosum sit in divinis rebus ut quis cedat iure*  
 165 *suo et potestate scriptura sancta declarat cum in Genesi*  
*Esau primatus suos inde perdiderit nec id recipere*  
*postmodum potuit quod semel cessit*”. Ergo periculosum est  
 prelati catholicis non querere sollicite ad quos extenduntur  
 iura eorum in causis Dei, quando de aliquibus dubitatur an  
 170 sint potestati catholicorum subiecti. Si autem papa publice  
 per viros providos et honestos de heresi diffamatur,  
 probabiliter dubitandum est an sit potestati catholicorum  
 subiectus. Ergo de hoc in hoc casu debent catholici diligenter  
 querere veritatem, et ita habent de papa taliter diffamato  
 175 inquisitionem facere diligentem.

### *Capitulum 16*

**Discipulus:** Audivi rationes quibus ostenditur quod  
 catholici potestatem habent inquirendi de papa super crimine  
 heresis diffamato, occasione quarum accedit michi voluntas  
 5 specialiter indagandi an propter appellationem aliquorum  
 contra papam pro causa heresis interiectam catholici habeant  
 potestatem inquirendi de summo pontifice. Cum enim talis  
 appellatio sit diffamatoria pape, videtur, quod si prelati  
 habent potestatem inquirendi de papa super crimine heresis  
 10 diffamato, quod etiam propter talem appellationem eandem  
 obtinent potestatem. Unde de hoc quid sentiant literati  
 indicare digneris.

**Magister:** Circa hoc sunt assertiones contrarie,  
 quibusdam dicentibus quod in nullo casu est appellationi  
 15 contra summum pontificem deferendum nec propter eam  
 aliquid est agendum, aliis dicentibus quod appellationi pro  
 causa heresis contra summum pontificem interiecte debent

---

163 7...periculosum] C. 7 q. 1 c. 8 col. 1082

---

163 7] 5 Ly | periculosum] sit added Ly 164 ut quis] omitted Bb  
 iure... 165 potestate] iuri suo et potestati We 165 sancta] We: divina Bb  
 Fi An Ly | in Genesi] omitted Ww 166 inde] omitted Ly | perdiderit]  
 Ly: perdidit Bb Fi An We | nec] inde added Ly | id] omitted Ww  
 recipere] We: percipere Bb Fi An Ly vel petere added Ww 167 cessit]  
 concessit Fi An Ly 168 querere] inquirere Ly 171 diffamatur]  
 diffametur Ly 174 querere] inquirere Fi An 175 diligentem]  
 didigentem Bb **Capitulum 16,4** heresis] heresi Bb | accedit] accidit Ly  
 6 habeant] habent Ly 7 talis] omitted Ly 8 diffamatoria] diffamatorias  
 Bb 9 habent] habeant Ly 10 eandem] e<sup>d</sup> Fi An 15 nec... 16 agendum]  
 omitted Ly

prelati deferre, et propter eam oportet eos de iure de tali appellatione cognoscere.

**Discipulus:** Motiva prime assertionis allega. 20

**Magister:** Prima assertio auctoritatibus et rationibus videtur posse probari. Prima auctoritas est Gelasii pape et ponitur 9 q. 3 c. *Ipsi*, qui ait: “*Ipsi sunt canones qui appellationes totius ecclesie ad huius sedis examen voluere deferre. Ab ipsa vero nusquam prorsus appellare debere sanxerunt*”. 25

Secunda est eiusdem c. sequenti, qui ait: “*Cuncta per mundum novit ecclesia quod sacrosancta romana ecclesia fas de omnibus habeat iudicandi, neque cuiquam de eius liceat iudicare iudicio. Siquidem ad illam de qualibet mundi parte appellandum est, ab illa autem nemo est appellare permissus*”. 30

Ex quibus colligitur quod in nullo casu a papa appellare licet, quia canones supradicti absolute sine omni distinctione affirmant quod a romana ecclesia appellare non licet. Ergo nec nos debemus distinguere. 35

**Discipulus:** Pro eadem assertionem rationes adducas.

**Magister:** Prima ratio talis est. Ab illo qui non habet superiorem in terris appellare non licet (2 q. 6 c. *Anteriorum*). Sed papa non habet superiorem in terris cum ipse sit caput et iudex omnium christianorum. Ergo a papa appellare non licet. 40

Secunda ratio est hec. Qui licite pro causa heresis appellat ab aliquo est totaliter a iurisdictione ipsius exemptus, quia omnis appellans in eo super quo appellat est exemptus a iurisdictione illius a quo appellat (Extra, *De appellationibus*, c. *Cum teneamur* et c. *Proposuit*). Qui autem appellat super causa heresis appellat super tota iurisdictione illius a quo 45

---

**Capitulum 16,23** 9...Ipsi<sup>1</sup>] C. 9 q. 3 c. 16 col. 1159 27 c sequenti] C. 9 q. 3 c. 17 col. 1159 39 2...Anteriorum] C. 2 q. 6 c. 28 col. 879 41 christianorum] The analyses of 1 Dial. 6.1 are not referenced in this possibly earlier and originally distinct (cf. 1 Dial. 6.68) composition. (PP\*) 45 Extra...46 teneamur] X. 2. 28. 17 col. 916 46 c Proposuit] X. 2. 28. 24 col. 921

---

18 propter eam] per consequens Ly 23 3] 1 Bb 25 ipsa] ipso Ly appellare] appellari Ly 30 iudicio] iudicare (sic) Fi An 31 nemo] non Fi An 32 permissus] permissum Fi An 33 quibus] verbis added Ly casu] omitted Ly 34 omni] discussione vel added Ly 36 nos] We: eos Bb Fi An Ly 37 eadem] eandem We | rationes] omitted Bb 39 2...41 licet] omitted Bb | 6] 8 Ly | Anteriorum] Anterior Fi An 41 appellare...licet] omitted Fi An 43 totaliter] vocaliter Fi 46 teneamur] teneamus Ly

appellat, quia si est hereticus nullam habet iurisdictionem  
 omnino. Ergo qui appellat ab aliquo super causa heresis a  
 50 iurisdictione ipsius est exemptus omnino. Sed nullus  
 christianus est exemptus omnino a iurisdictione pape. Ergo  
 nulli licet appellare ab ipso.

Tertia ratio est hec. Ab illo appellare non licet a cuius  
 obedientia non licet recedere, quia appellans recedit ab  
 55 obedientia illius a quo appellat. Sed nulli christiano licet  
 recedere ab obedientia pape (dis. 12 c. *Preceptis*). Ergo nulli  
 christiano licet a summo pontifice appellare.

Quarto sic. Ab illo appellare non licet ad quem est ab  
 omnibus qui oppressi fuerint appellandum, quia non licet  
 60 eidem in eadem causa appellare ab aliquo et ad ipsum. Sed  
 omni christiano in causa heresis, si oppressus fuerit, licet  
 appellare ad papam (2 q. 6 c. *Si quis* et c. *Omnis* et c. *Ad  
 romanam* 1 et c. *Ad romanam* 2). Ergo nulli christiano licet in  
 causa heresis appellare a papa.

Quinto sic. Sicut imperator primatum habet in  
 65 temporalibus, ita papa in spiritualibus primatum noscitur  
 obtinere. Sed nulli pro aliqua causa temporali licet appellare  
 ab imperatore secundum leges. Ergo nulli licet appellare pro  
 causa spirituali a papa, et per consequens pro causa heresis  
 70 non est a summo pontifice appellandum.

Sexto sic. Ab illo ad quem sunt omnes cause fidei  
 deferende non est pro causa fidei appellandum. Sed omnes  
 cause fidei sunt ad summum pontificem deferende (24 q. 1 c.  
 75 *Quotiens* et Extra, *De baptismo et eius effectu*, c. *Maiores* et  
 dis. 17 c. *Multis*). Ergo pro causa fidei non est a summo  
 pontifice appellandum.

Ex quo concluditur quod si contingeret aliquem contra  
 papam temere appellare tali appellationi esset minime

---

56 dis...Preceptis] D. 12 c. 2 col. 55 62 2...quis] C. 2 q. 6 c. 4 col.  
 865 | c Omnis] C. 2 q. 6 c. 3 col. 865 | c<sup>3</sup>...63 1] C. 2 q. 6 c. 6 col. 867  
 63 c...2] C. 2 q. 6 c. 8 col. 867 73 24...74 Quotiens] C. 24 q. 1 c.12  
 col. 1835 74 Extra...Maiores] X. 3. 42. 3 col. 1382 75 dis...Multis]  
 D. 17 c. 5 col. 89

---

49 ab aliquo] *omitted* We 51 omnino] *omitted* Ly 52 nulli] non Ly  
 53 ratio] eorum *added* Fi 56 12] 13 Ly 57 christiano] christiani Bb  
 59 qui] si Fi An Ly 60 eidem] eodem Fi | et] *omitted* Ly 61 causa]  
 causam Bb causis Ly 62 Si quis] Quisquis Ww | et<sup>1</sup>] *omitted* Ly  
 Omnis] Ly: Omnes Bb ōs Fi An ōms We 63 1...2] *omitted* Ly | et]  
*omitted* Bb An q Fi 70 non] *omitted* Bb | summo pontifice] papa Ly  
 74 et<sup>3</sup>] 2 Ly (*erroneous reading of "et" sign*) 77 contingeret] contingeret  
 Bb



deferendum, et propter eam non esset de papa aliquo aliter inquirendum nec aliquid aliud innovandum. 80

### *Capitulum 17*

**Discipulus:** Iste allegationes pro assertione predicta videntur fortes, quarum virtutes magis advertam si recitaveris quomodo respondetur ad illas et qualiter assertio contraria fulciatur. Unde primo assertionem contrariam munire nitaris, secundo narra quomodo ad rationes prescriptas respondetur. 5

**Magister:** Assertionem contrariam melius intelliges si tibi fuerit per particulas explicata.

**Discipulus:** Hoc peto ut facias.

**Magister:** Assertio contraria medullitus explicata tres continet conclusiones, quarum prima est quod a papa catholico, quamvis de heresi publice diffamato, pro causa heresis directe appellare non licet, nisi aliquis forte deceptus haberet iustam causam credendi papam esse hereticum. 10

Secunda conclusio est quod a papa heretico licet appellare. 15

Tertia conclusio est quod si aliquis de facto appellaret a papa catholico, antequam constaret appellationem huiusmodi non esse legitimam, esset eiusdem appellationi deferendum.

**Discipulus:** Istas tres conclusiones cupio per ordinem pertractari. Primam autem cupio explicari, quia plures partes continere videtur quas non bene intelligo. Ignoro etiam quare illud adverbium 'directe' adiungitur. 20

**Magister:** Bene dicis quod predicta conclusio tenet plures partes, quia tres continet explicite vel implicite. Quarum prima est quod qui non est deceptus de fidelitate pape, quia videlicet non habet probabilem causam credendi papam esse hereticum, non debet ab eo directe pro causa heresis appellare, sibi videlicet heresim imponendo vel ipsum de heresi accusando aut quomodolibet diffamando. 25 30

Secunda pars est quod in casu liceret non decepto de fidelitate pape indirecte contra ipsum pro causa heresis

---

**Capitulum 17,31** Secunda pars] This will be debated further at 1 Dial. 6.58ss.

---

79 deferendum] defendendum We | propter eam] gap Fi An omitted Ly eam] omitted Bb 80 aliud] aliter Ly **Capitulum 17,3** virtutes] virtutem We 4 illas] ipsas We 7 si] S then gap Bb 10 Assertio] In assertione Ly 11 continet] continentur Ly 18 huiusmodi] eius Ly 22 Ignoro] Imo Ly | quare] quem Bb 23 adiungitur] ponitur Ly 24 Bene] Deinde We | tenet] continet We 26 qui] omitted Bb 29 heresim] heresi Bb ipsum] eum We

appellare, puta si sciret papam de heresi mendaciter  
diffamatum nolle se purgando vel iudicio submittendo vel  
35 alio modo debito scandalum exortum de ipso sedare. Tunc  
enim talis posset pro causa heresis papam ad iudicium  
provocare, non sibi heresim imponendo sed allegando quod  
papa super crimine heresis mendaciter diffamatus exortum  
scandalum sedare tenetur.

40 Tertia pars est quod deceptus habens iustam causam  
credendi papam esse hereticum posset licite a papa catholico  
appellare.

**Discipulus:** Nova quidem et irrationabilia, ut michi  
videtur, infers auribus meis. Prima enim pars apparet michi  
45 vera, sed duas sequentes reputo falsas, et tamen pro omnibus  
allegationes audire desidero.

**Magister:** Pro prima sic arguitur. Appellans directe pro  
causa heresis ab aliquo heresim imponit eidem. Sed nulli non  
decepto licet imponere heresim pape catholico, ergo etc.

50 Pro secunda parte sic arguitur. Salus catholice fidei  
preferenda est summo pontifici quantumcunque sciatur  
catholicus. Si ergo papa catholicus super heresim  
diffamaretur, ex qua infamia periclitaretur fides, si nollet se  
catholicum declarare in favorem fidei christiane, liceret  
55 contra papam appellare, provocando eum ad iudicium, ut  
videlicet cogeret pro salute fidei suam innocentiam  
declarare. Et ita indirecte licet pro causa fidei a papa  
catholico appellare.

60 Pro tertia parte allegatur sic. Cui licet pro aliqua causa  
appellare si non est deceptus, eidem licet pro eadem causa  
appellare si absque culpa sua est deceptus, sicut iudex  
deceptus per falsos testes, vel falso instrumento, eandem  
potest licite proferre sententiam quam liceret sibi proferre si  
eadem causa esset per testes legitimos vel vera instrumenta  
65 probata. Propter quod ecclesia decepta falsam proferendo  
sententiam non peccat. Imo peccaret si, decepta, sententiam  
que est iniusta ex parte rei non ex parte ferentis non ferret.  
Sed qui scit papam esse hereticum potest contra eum licite

---

34 purgando] purgare Fi An Ly 35 exortum] omitted Ly 36 enim]  
omitted Ly | ad iudicium] iudicio Ly 39 sedare] secare Bb 41 posset]  
potest Ly 43 quidem] quidam Bb quedam We 46 desidero] omitted Bb  
51 est] omitted Bb | sciatur] esse added We 53 se] esse added We  
54 liceret] licet Ly 55 provocando] provocandum We 56 videlicet]  
omitted Ly 57 indirecte] directe Ly 62 falso instrumento] falsa  
instrumenta We 63 licite] omitted Fi An 64 eadem] eandem We  
legitimos] legitimo Bb 66 decepta] deceptam Bb

appellare. Ergo deceptus habens iustam causam credendi papam esse hereticum, quamvis non sit, potest contra eum pro causa heresis licite appellare. 70

Ad probandum autem quod aliquis potest habere iustam causam credendi aliquem esse hereticum quamvis in rei veritate non sit hereticus, quere argumenta libro primo c. quinto De optimo genere addiscendi. 75

### **Capitulum 18**

**Discipulus:** Non requiro pro nunc plures allegationes pro tribus assertionibus supradictis, quia de aliquibus earum postea occasionem habebō loquendi. Ideo ad secundam conclusionem principalem te converte, et ad probandum quod licet a papa heretico appellare allegare coneris. 5

**Magister:** Antequam adducantur allegationes quod a papa heretico liceat appellare expedit tibi, forte ut eas melius intelligas, modum ponendi explicite aperiri.

**Discipulus:** Hoc volo. 10

**Magister:** Ponentes licere a papa heretico appellare nolunt ad strictissimam significationem ‘appellationis’ artari.

**Discipulus:** Ergo appellatio habet plures significationes.

**Magister:** Quod nomen appellationis plures significationes habeat Alexander 3<sup>us</sup> (Extra, *De appellationibus*, c. *Cum sit romana*) aperte insinuat, dicens: “*Sacri canones etiam extra iudicium passim appellare permittunt, nec solent huiusmodi dici appellationes sed provocationes ad causam*”. Ubi dicit glosa: “*loquitur de appellationibus que fiunt extra iudicium ab adversario, ne faciat aliquid in preiudicium appellantis super eo pro quo appellat, et tales appellationes quasi provocationes sunt ad causam, et talibus appellationibus est deferendum (infra eodem, c. Bone) et tales appellationes faciunt clerici* 15 20

---

**Capitulum 18,15** Extra... 16 romana] X. 2. 28. 5 col. 908 **19** Ubi... glosa] X. 2. 28. 5 s.v. non solent col. 909 **23** infra... 24 Bone] X. 2. 28. 51 col. 941

---

**70** papam] aliquem Ly **74** primo... 75 quinto] Vg: 1<sup>o</sup> 5 **We** primo Ly Vd Fr Ax Es To Di .10.5<sup>o</sup> **Fi** 105 **Bb An** Na Ox Av Vc Vf Ba Lc 145 Vb Pa Pc Sa Lb La 45 Va 14 Ca Pb Ar 15 Ce quarto, quinto capitulo Sm **Capitulum 18,2** plures] *omitted* **Fi** **3** assertionibus] allegationibus Ly **6** allegare] *omitted* **Bb** **7** adducantur] **We**: advertantur **Bb Fi An Ly** **12** nolunt] nollent **Fi An Ly** **18** solent] solum **Fi Ly** | dici] *omitted* **Ly** **20** extra] êê **Bb** **21** faciat aliquid] aliquid fiat **Ww** | pro] super **Fi An** **23** infra... 24 eodem] 14 Ly

25 *frequenter inter se et in electionibus et pro aliis negotiis ecclesie, supra De electione c. Consideravimus, c. Bone, c. Auditis, infra, De hiis que fiunt a maiori parte capituli, c. 1<sup>o</sup>.*

Ex quibus verbis colligitur quod appellatio plures habet significationes. Aliqua enim appellatio est que continet querelam inique sententie et fit a iudice. Aliqua autem est  
30 appellatio que non continet querelam inique sententie, que quandoque non est a iudice, sed est provocatio quedam ad causam ne aliquid fiat illicite.

**Discipulus:** Applica ista ad propositum.

35 **Magister:** Dicunt assertores predicti quod largissime uti volunt nomine ‘appellationis’, ne videantur concedere quod appellans a papa heretico eo ipso quod appellat habet papam hereticum pro iudice. Quia eo ipso quod aliquis appellat a  
40 papa heretico habet ipsum pro non iudice, quem tamen ad causam provocare intendit, ne in preiudicium appellantis et omnium catholicorum papali utatur officio.

**Discipulus:** Hoc ultimo dictum contraria videtur includere. Nam si licet appellare a papa heretico, maxime  
45 liceret appellare ab ipso si aliquo litigante coram ipso super questione fidei papa contra fidem diffinitivam proferret sententiam. Puta si aliquis accusans alium quod teneret Christum non fuisse natum de virgine, si papa daret sententiam diffinitivam pro eo, diffiniendo quod Christus non fuit natus de virgine, liceret accusatori a sententia pape  
50 appellare. Talis autem appellatio esset appellatio propriissime dicta, quia esset provocatio inique sententie querelam continens. Ergo isti non tantum debent loqui de appellatione largissime sumpta, sed etiam de appellatione strictissime sumpta.

---

26 De... Consideravimus] X. 1. 6. 10 col. 119 | c Bone] X. 1. 6. 23 col. 138 | c<sup>3</sup>...27 Auditis] X. 1. 6. 29 col. 154 27 De... 1] X. 3. 11. 1 col. 1100

---

25 se] et added Bb An We Ly | et<sup>2</sup>] omitted Ww 26 electione] electis We electis et Ly | Consideravimus...27 Auditis] et added Ww considerationibus bone auditionis Ly 28 verbis] omitted We Ly 29 Aliqua] aliquid We 30 autem] omitted Fi An 31 non] omitted Ly | inique] alique Ly 32 est<sup>2</sup>] etiam added Ly 36 volunt] nolunt Ly 37 habet] habeat Ly 38 a...39 heretico] omitted Ly 40 provocare] non added Fi An 44 si] omitted Bb | litigante] licite Ly | ipso<sup>2</sup>] contendente added Ly 45 papa] omitted Ly 48 diffiniendo] omitted Ly 49 sententia] mia (sic) Ly (erroneous abbreviation i.o. snia) 52 non] omitted We 53 sumpta] qui added Bb

**Magister:** Ista obiectione, ut dicunt, est tam frivola quod  
 responsione non eget. Nam quamvis dicant se velle loqui de  
 appellatione largissime sumpta, non propter hoc dicunt se  
 nunquam velle loqui de appellatione stricte sumpta. Porro ex  
 obiectione predicta datur michi occasio explicandi modum  
 ponendi eorum. 55  
 60

**Discipulus:** Explica.

**Magister:** Duo dicunt. Primum est quod a papa heretico  
 in casu licet appellationem stricte sumptam emittit, illam  
 appellationem videlicet que est provocatio inique sententie  
 querelam continens, puta si aliquibus litigantibus coram ipso  
 super questione fidei, pro altero eorum, accusatore vel  
 accusato, diffinitivam contra fidem proferret sententiam. 65

Secundo dicunt quod si papa fiat hereticus ex causa  
 quacunque, etiam ille qui non litigat coram ipso potest  
 appellare contra ipsum, et ista appellatio erit provocatio et  
 non erit proprie dicta appellatio. 70

**Discipulus:** Probabilitatem videtur habere quod si papa  
 in preiudicium litigantis coram ipso super questione fidei  
 iniquam contra fidem catholicam diffinitivam proferret  
 sententiam, liceret eidem a tali iniqua sententia appellare. Sed  
 alii appellare non liceret, quia sua non interest cum contra  
 eum non sit prolata sententia. 75

Item, quamvis de crimine commisso extra iudicium  
 possit aliquis accusari, non est tamen contra eum  
 appellandum. Quamvis ergo papa extra iudicium factus  
 hereticus de heresi valeat accusari, non tamen est  
 appellandum ab ipso, sicut neque est appellandum a quolibet  
 criminoso, licet quilibet criminosus valeat accusari. 80

**Magister:** Ad primam istarum obiectionum respondetur  
 quod quia questio fidei est questio communis et ad omnes  
 pertinet christianos (dis. 96 c. *Ubinam*, ubi Nicholaus papa  
 ait: "*Ubinam legistis imperatores antecessores vestros  
 synodalibus conventibus interfuisse, nisi forsitan in quibus de  
 fide tractatum est, que universalis est, que omnium*" 85

---

86 dis... Ubinam] D. 96 c. 4 col. 617

---

56 velle] nolle Ly 66 eorum] istorum Ly 67 sententiam] omitted Bb  
 68 Secundo dicunt] Secundum est Ly | si] omitted Fi An 69 ille] We:  
 ipse Bb Fi An omitted Ly 70 erit] est Fi An Ly 71 erit] est Fi An  
 76 cum...77 eum] contra cum eum Ly 77 prolata] probata Ly 78 Item]  
 Iterum We | quamvis] nunc added Ly 83 valeat] valeret Bb Ly  
 85 quia] omitted Ly 86 Ubinam] Ubi iam Bb Unam Ly 87 Ubinam]  
 ubi nanque Ly | vestros] nostros Fi Ly 88 in quibus] de quibusdam ubi  
 Ww

90 *communis est, que non solum ad clericos verum etiam ad*  
*laicos et ad omnes omnino pertinet christianos”)*, ideo non  
 solum litigantis sed etiam cuiuslibet catholici interest contra  
 iniquam sententiam pape contra fidem prolatam appellare,  
 quia talis sententia cuiuslibet christiano preiudicium noscitur  
 95 generare.

Ad secundam respondetur quod nonnunquam ad alium  
 finem fit accusatio criminosa et appellatio ab aliquo  
 criminoso. Accusatur enim criminosa ut de commisso  
 crimine puniatur, sed appellatur ab aliquo ne aliquid in  
 100 futurum in preiudicium appellantis attemptet. Et ideo si papa  
 hereticus omnino cessaret a papali officio renuntiando  
 papatui, posset de heresi accusari sed non esset necesse  
 appellare ab ipso. Sed si papa hereticus a papali non cessaret  
 officio, cum hoc redundet in preiudicium cuiuslibet christiani,  
 105 quilibet christianus ab ipso vel contra ipsum poterit appellare,  
 ipsum ad causam et iudicium provocando.

**Discipulus:** Ad quid distinguitur inter appellationem  
 post sententiam diffinitivam et appellationem que fit extra  
 iudicium?

110 **Magister:** Ideo distinguitur quia in appellatione que fit  
 post diffinitivam sententiam non oportet in speciali allegare  
 causam, sed sufficit dicere sententiam esse iniquam. Unde si  
 duo litigarent coram papa super aliqua certa questione fidei  
 (puta si unus accusaret alium quod esset hereticus quia  
 115 pertinaciter asseruisset usuram non esse peccatum, vel  
 Christum non contingenter sed necessitate absoluta fuisse  
 passum et crucifixum, aut apostolos nunquam post  
 missionem Spiritus Sancti per unam diem integram duxisse  
 vitam communem cum aliis, aut legem christianam non esse  
 120 veram et sanctam, vel Christum falsum fuisse prophetam), et  
 papa diffinitivam daret sententiam pro eo quod non esset  
 hereticus quia assertio sua esset catholica, liceret accusatori  
 appellare a papa allegando solummodo quod sententia sua

---

114 puta] no added reference to the *visio beata* issue. Nor *infra* at lines  
 131ss.\*

---

90 est] *omitted* Ly 92 litigantis] licitum Ly | interest] interesse Bb  
 96 nonnunquam] nunquam Ly | alium] unum Ly 103 non] *omitted* Bb  
 Fi (*added* Fim) An | cessaret] cessat We 104 redundet] redundat Ly  
 in] *omitted* Bb 105 quilibet christianus] *omitted* Bb | poterit] ipsum  
*added* Fi 107 appellationem] que fit *added* Ly 108 appellationem]  
 pp<sup>hem</sup> We | extra] *omitted* Bb 112 esse] *omitted* Bb 119 communem]  
 communam An Ly 120 et<sup>1</sup>] vel Ly 123 appellare] ppellare Bb

esset iniqua et contra fidem catholicam, nec oporteret specialiter explicare in quo sua sententia fidei obviaret. 125

Si autem extra iudicium aut ante sententiam diffinitivam voluerit quis appellare, oportet quod causam talem in speciali alleget, que, si esset probata, deberet legitima reputari. Non enim sufficit in tali appellatione dicere, ad hoc ut legitima reputetur, quod papa est hereticus, sed oportet exprimere in quo est hereticus, puta quod est hereticus quia pertinaciter docet aut tenet fidem christianam non esse veram, aut Christum non descendisse de David, aut in Christo non fuisse duas substantias, aut aliquid huiusmodi quod fidei obviat orthodoxe. 130 135

### *Capitulum 19*

**Discipulus:** Modum ponendi illorum aliququaliter incipio advertere. Ut tamen eum magis intelligam primo probare coneris quod a papa heretico in aliquo casu liceat appellare, et postea plura de eadem materia interrogabo. 5

**Magister:** Quia manifestiora si aliqui de eis dubitaverint sunt primo probanda, ut per ipsa ad ignotorum perveniatur notitiam, ideo primo supposito casu apertissimo ostenditur quod a papa heretico liceat appellare.

**Discipulus:** Pone casum, tamen possibilem. 10

**Magister:** Ponatur quod aliquis accuset alium coram papa quod est hereticus eo quod tenet et asserit fidem christianam esse falsam et legem sarracenorum esse tenendam, et Christum falsum fuisse prophetam et esse dampnatum. Quo accusato et lite contestata, papa proferat diffinitivam sententiam quod accusatus non est hereticus, quia omnia predicta que dicit et asserit continent veritatem. 15

**Discipulus:** Quamvis iste casus nunquam contigerit et forte nunquam eveniet, tamen durum michi videtur asserere quod sit impossibilis. 20

Nam apparet quod neque ex scriptura divina neque ex doctrina ecclesie potest ostendi aperte quod nullus papa

---

19,6 Quia manifestiora] Cpre *infra* 1 Dial. 6.84

---

124 et] *omitted* We | nec] *omitted* Bb 133 David] Deo Fi An 19,4 in] de Bb 6 manifestiora] manifesta Ly | si] sed Ly | dubitaverint] dubitaverunt Ly 8 notitiam] noctitiam We | apertissimo] apperti<sup>na</sup> Bb 10 tamen] tuum Ly 11 Ponatur] ponitur Ly 13 esse<sup>1</sup>] *omitted* Fi An Ly 14 esse... 15 dampnatum] dampnandum Ly 15 lite] licite We | proferat] proferret Ly 16 diffinitivam] *omitted* Fi An 18 contigerit] contingeret We 19 eveniet] evenient Bb We

25 futurus erit Antichristus. Cum etiam de tribu Dan, de qua  
 nonnulli Antichristum estimant nasciturum, multi forte  
 christiani mediantibus conversis ad fidem traxerint iam  
 dudum originem, de quibus potest procreari Antichristus. Et  
 adhuc possit forte de illa tribu aliquis fidem christianam  
 30 suscipere de quo posset nasci filius qui primo valeret eligi in  
 summum pontificem, et postea posset se patenter ostendere  
 Antichristum. Et ita nescitur an aliquis christianus futurus  
 papa de tribu Dan tracturus originem erit Antichristus.  
 Constat autem quod Antichristus manifeste docebit quod lex  
 christianorum est falsa et quod Christus fuit falsus propheta.

35 Casus autem predictus non videtur impossibilis quia  
 nescitur quod nullus papa futurus sectam sarracenorum  
 accipiet. Posset enim accidere quod papa, etiam qui primo  
 fuisset catholicus, inciperet reputare sectam sarracenorum  
 esse meliorem lege christianorum. Qui tantam posset primo  
 40 contrahere amicitiam occultam cum sarracenis, quod, eorum  
 potentia ad se vocata, auderet patenter asserere legem  
 christianam esse falsam et iniquam et ad legem sarracenorum  
 sumendam cogere christianos. Cum enim constet multos  
 christianos, etiam clericos et religiosos, ad sectam  
 sarracenorum fuisse conversos, non videtur quin etiam papa  
 45 posset ad tantam insaniam devenire. Cum enim papa non sit  
 confirmatus in fide, sicut nec ceteri, idem quantum ad  
 possibilitatem convertendi se ad sarracenos de ipso et de aliis  
 videtur esse tenendum.

50 Posito ergo casu predicto, pro assertionem prefata satagas  
 allegare.

**Magister:** Quod a papa predicto modo heretico liceat  
 appellare multis modis ostenditur. Primo sic. A papa ipso iure

---

23 Cum...24 nasciturum] For a discussion of this tradition see David  
 Burr, *Olivi's Peaceable Kingdom*, Philadelphia 1993, p. 150. The theory  
 goes back to St. Irenaeus' *Adversus Hereses*, Bk. 5 ch. 30, sec. 2 (Cf. e.g.  
<http://www.newadvent.org/fathers/0103530.htm>)

---

23 Cum] Quod Ly 24 nasciturum] nasciturum We Ox 25 mediantibus]  
 parentibus added Ly | conversis] We Ox Sm Va Ba Es Fr: diversis Bb Fi  
 An Ly | traxerint] traxerunt Ly 26 potest] posset Bb Fi An 27 possit]  
 posset Ly 28 posset] possit Ly 32 autem] enim Ly 34 autem] ergo  
 We | impossibilis] possibilis Bb | quia...35 nescitur] omitted Fi  
 36 accipiet] accipiem Bb | etiam] omitted Ly 41 et<sup>2</sup>] omitted Fi | ad]  
 legem christianam esse falsam et iniquam et ad added dittography Bb  
 42 enim] autem Ly | multos] omitted Ly 43 etiam] omitted Ly  
 45 insaniam] infamiam Fi An Ly 46 idem] ideo Ly 47 aliis] idem  
 added Ly 48 tenendum] tenendus Bb 52 ipso] a Ly



deposito est licitum pro causa fidei appellare. Sed papa diffinitive pronuntians fidem christianam esse falsam et legem sarracenorum esse tenendam est ipso iure depositus. Ergo a tali licet appellare. 55

**Discipulus:** De isto modo, an scilicet papa hereticus sit ipso iure depositus post inquiram. Ideo aliam rationem adducas.

**Magister:** Secunda ratio talis est. Ab omni iudice vel pro iudice se gerente qui iudicem habet superiorem licet contra iniquam sententiam ipsius appellare. Sed papa diffinitive pronuntians legem christianam esse falsam habet iudicem superiorem. Ergo a tali papa licet appellare. Maior ostenditur auctoritate Iulii pape que ponitur 2 q. 6 c. *Placuit*, qui ait: “*Placuit ut a quibuscunque ecclesiasticis iudicibus ad alios iudices ecclesiasticos ubi est maior auctoritas provocatum fuerit audientia non negetur*”. Ex quibus verbis colligitur quod a minori auctoritate ad maiorem appellare licet. Minor probatur. Tum quia omnis hereticus habet iudicem superiorem cum sit minor omni catholico (24 q. 1 § *Si autem*). Tum quia universalis ecclesia est maior papa sicut orbis maior est urbe (dis. 93 c. *Legimus*). Tum quia concilium generale est supra papam, ut notatur in glosa dis. 19 c. *Anastasius*. 60 65 70 75

Tertio sic. Ab illo licet pro causa fidei appellare qui nec iudex nec testis nec accusator in causa fidei vel alia esse potest. Hoc patet, quia ab illo qui se gerit pro iudice et tamen iudex esse non potest licet appellare. Sed papa pronuntians legem christianam esse falsam non potest esse iudex nec testis nec accusator, quia est hereticus. Heretici autem iudices esse non possunt cum nil habeant potestatis aut iuris (24 q. 1 c. *Didicimus*), nec possunt esse testes (Extra, *De hereticis*, c. 80

---

58 post inquiram] 1 Dial. 6.68-75 65 2...Placuit] C. 2 q. 6 c. 9 col. 869  
71 24...72 autem] *Dictum Gratiani post* C. 24 q. 1 c. 4 col. 1829  
73 dis...Legimus] D. 93 c. 24 at col. 599 74 glosa...75 Anastasius] D.  
19 c. 9 s.v. concilio col. 111 82 24...83 Didicimus] C. 24 q. 1 c. 31 col.  
1849 83 Extra...84 1] X. 5. 7. 1 col. 1669

---

53 papa...54 diffinitive] propria diffinitione Ly 55 ipso] de Ly 56 tali] papa added We 57 modo] medio We Vc Ox Va Ba 59 adducas] inducas Ly 63 christianam] christianorum Ly 67 auctoritas] si added Ly 68 audientia] audientiam We 69 minori] maiori We 70 Minor] Maior We 71 §] omitted Ly 77 nec<sup>2</sup>] non Bb 78 Hoc] Hec We | gerit] gererit We 80 christianam] omitted Ly 82 nil habeant] nichil habent Ly 83 Didicimus] Dicimus Ly

1), nec possunt esse accusatores (2 q. 7 c. *Alieni* et c. *Pagani*  
85 et c. *Non potest*). Ergo a papa pronuntiante legem christianam  
esse falsam appellare licet.

Quarto sic. Ab omni apostata qui se pro iudice in causa  
fidei gerit licet appellare, saltem si aliter causa fidei vitata  
sublevari non potest. Sed papa diffinitive pronuntians fidem  
90 christianam esse falsam est manifestus apostata a fide  
christiana. Igitur si gerit se pro iudice in causa fidei licet  
appellare ab ipso.

Quinto sic. Omnis causa vitata est per appellationis  
remedium sublevanda, teste Fabiano papa qui, ut habetur 2 q.  
95 6 c. 1, ait: "*Liceat appellatori vitatam causam appellationis  
remedio sublevare*". Et c. *Liceat* ait: "*Liceat etiam in  
criminalibus causis appellare, nec vox appellandi denegetur  
ei quem in supplicio sententia destinaverit*". Sed papa  
diffinitive pronuntiante pro reo legem christianam esse  
100 falsam, causa fidei est apertissime vitata. Ergo licet  
accusatori a tali iniqua sententia lata contra fidem catholicam  
appellare.

**Discipulus:** Per istam rationem liceret a papa pro  
quacunque iniqua sententia in aliis causis quam in causa fidei  
105 appellare, si omnis causa vitata per appellationis remedium  
poterit sublevari.

**Magister:** Respondetur quod omnis causa vitata per  
appellationis remedium poterit sublevari quando ferens  
iniquam sententiam habet iudicem superiorem. Papa autem  
110 hereticus habet iudicem superiorem, ergo etc.

**Discipulus:** Video quod hec ratio fundatur in aliis  
rationibus, unde alias rationes adducas.

**Magister:** Sexta ratio talis est. Ab illo est licitum pro  
causa heresis appellare qui potest de heresi accusari. Sed  
115 papa potest de heresi accusari. Ergo licet a papa pro heresi  
appellare.

---

84 2...Alieni] C. 2 q. 7 c. 23 col. 913 | c Pagani] C. 2 q. 7 c. 25 col.  
913 85 c...potest] C. 2 q. 7 c. 24 col. 913 94 2...95 1] C. 2 q. 6 c. 1  
col. 865 96 c Liceat] C. 2 q. 6 c. 20 col. 875

---

87 apostata] apostotata Ly 89 fide] legem We Vc Ox 90 fide] fidem  
Bb 95 1] We: omitted Bb Fi An Ly | Liceat] We: Licet Bb Fi An Ly  
appellatori] appellare et Ly 96 Liceat<sup>1</sup>] Licet Ww | Liceat<sup>2</sup>] Licet  
Ww | etiam] We: omitted Bb Fi An Ly 99 pronuntiante] pronuntiate  
Bb 101 accusatori] Kn: actori Ww | a<sup>1</sup>] We Vc Ox Ba: in Bb Fi An Ly  
104 quacun] omni We | iniqua] omitted Ly 105 si] sed Fi An  
109 Papa...110 superiorem] omitted Ly 110 ergo] ideo We 113 illo]  
eo Ly 114 potest] omitted Bb 115 de] pro We

**Discipulus:** Ista ratio equaliter probat quod a papa licet pro omni heresi appellare, et non solum in casu predicto.

**Magister:** Omnes rationes allegatae et allegatae secundum rei veritatem concludunt quod a papa heretico licet appellare qualicumque heresi fuerit maculatus. Unde ille casus non est positus nisi ut rationes patentiores et probabiliores videantur. 120

**Discipulus:** Alias rationes adducas.

**Magister:** Septima ratio est talis. Ab illo licet appellare a cuius obedientia et communione licet recedere. Sed a communione et obedientia pape heretici pronuntiantis legem christianam esse falsam licet recedere, exemplo illorum Romanorum qui pro minori excessu (quia pro fautoria hereticorum dampnatorum) a communione et obedientia Anastasii 2<sup>i</sup> laudabiliter se abegerunt, ut habetur dis. 19 c. Anastasius. Ergo a papa pronuntiante diffinitive legem christianam esse falsam licet appellare. 125 130

Octavo sic. Ab illa sententia licet appellare quam licet publice impugnare, quia appellare videtur esse quidam modus specialis impugnandi iniquam sententiam. Sed sententiam pape pronuntiantis fidem christianam esse falsam et Christum falsum fuisse prophetam licet illi contra quem lata est sententia (sicut et omnibus christianis) publice impugnare. Sicut enim omnibus licet publice confiteri Christum (ipso dicente Matth. 10 “*Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus confitebor et ego eum coram patre meo qui est in celis*”), sic licet omnes blasphemos Christi impugnare. Papa autem pronuntians legem christianam esse falsam et Christum falsum fuisse prophetam est blasphemus Christi. Ergo licet cuilibet ipsum impugnare, et per consequens licet ab ipso appellare. 135 140 145

Nono sic. Ab illo appellare licet (si in causa fidei se pro iudice gesserit) qui in causa fidei iudex esse non debet. Sed

---

131 dis...132 Anastasius] D. 19 c. 9 col. 111 141 Matth 10] Matthew 10: 32-33

---

121 qualicumque] quodocumque We 122 patentiores] potentiores Ly 126 et communione] omitted Ly 127 et] ab added Ly 128 illorum] malorum added Fi 129 quia] quam Ly 130 et] ab added Ly 131 2i] etiam Ly | se] sese Ly 139 et] in added We 141 coram] omnibus added Ly 143 omnes] omnibus We 144 christianam] Christi Ly 146 ipsum] publice added We 148 si] sed Bb 149 gesserit] processerit Bb Fi An

150 papa diffinitive pronuntians Christum fuisse falsum  
 prophetam nullam debet exercere potestatem in christianos,  
 ergo ab eo licet appellare. Maior videtur certa. Minor  
 probatur. Quia nullus blasphemus Christi debet exercere  
 potestatem in christianos, teste Innocentio 3<sup>o</sup> qui in concilio  
 155 generali, ut habetur Extra, *De iudeis*, c. *Cum sit*, ait: “*Cum sit  
 nimis absurdum ut blasphemus Christi in christianos vim  
 potestatis exerceat*” etc. Sed papa diffinitive pronuntians  
 Christum falsum fuisse prophetam est blasphemus Christi.  
 Ergo in christianos vim potestatis exercere non debet.

160 **Discipulus:** Ista ratio non videtur concludere, quia  
 Innocentius in illo capitulo loquitur de iudeis. Papa autem  
 licet pronuntiaret Christum falsum fuisse prophetam non  
 esset propter hoc iudeus. Ergo per dictum capitulum non  
 potest probari quod non possit in christianos vim potestatis  
 165 exercere, quamdiu ab ecclesia toleratur.

**Magister:** Hec tua responsio per hoc excluditur quod  
 licet Innocentius loquatur in illo capitulo de iudeis, statuens  
 quod eis officia publica nullatenus committantur, statuti  
 tamen sui rationem assignans asserit manifeste quod nullus  
 170 blasphemus Christi debet in christianos vim potestatis  
 exercere, et quod ideo iudeis non sunt officia publica  
 committenda. Ubi autem est eadem ratio debet esse idem ius.  
 Cum ergo papa diffinitive pronuntians Christum falsum fuisse  
 prophetam sit manifeste blasphemus Christi, sequitur  
 175 evidenter quod sicut iudei propter hoc quod sunt blasphemi  
 Christi non debent in christianos vim potestatis exercere, ita  
 papa diffinitive pronuntians Christum falsum fuisse

---

155 Extra...sit!] X. 5. 6. 16 col. 1665

---

150 pronuntians] legem (fidem Vc Ox) christianam esse falsam non debet  
 esse (om. Ox) iudex in causa fidei, cum sit inimicus fidei manifestus, (\*)  
 ergo ab eo appellare licet. **Decimo** sic. Ab illo (eo Vc Ox) licet appellare  
 qui nullam debet exercere potestatem in christianos. Sed papa diffinitive  
 pronuntians (qui diffinitive pronuntiat Ba) *added We Vc Ox Ba (\*)* *The  
 point was possibly borrowed from ratio 13 infra ll. 209ss. Cf. infra for the  
 Va repositioning of the same “improvement”.* 151 potestatem] potentiam  
 Ly 152 appellare] **Decimo** sic. Ab eo licet appellare qui nullam debet  
 exercere potestatem in christianos. Sed papa diffinitive pronuntians  
 Christum fuisse falsum prophetam nullam debet exercere potestatem in  
 christianos. Ergo ab eo licet appellare *added Va* 153 blasphemus]  
 blasphemus Bb (“p” for “b” is frequent in Bb for this word) 158 falsum]  
 omitted Fi (*added Fim*) An 161 Innocentius] 3<sup>us</sup> *added Ly* | in...  
 capitulo] *omitted Ly* 163 esset] esse We 170 blasphemus] Dei seu  
*added Ly*

prophetam propter hoc quod est blasphemus Christi non debet in christianos vim potestatis exercere.

Decimo sic. Ab illo pro causa heresis licite appellatur, si se gerit pro iudice et iniquam contra fidem profert sententiam, ad quem in causa fidei non licet provocare. Quia ad illum se gerentem pro iudice licite provocatur a quo appellare non licet, sicut ad imperatorem pro temporalibus licite provocatur quia ab illo appellare non licet. Sed ad papam diffinitive pronuntiantem legem christianam esse falsam et legem sarracenorum esse tenendam nequaquam licite provocatur, cum sit alterius fidei quam catholici. Ad iudicium autem hominis alterius fidei catholicis provocare non licet, testante concilio Carthaginensi quod, ut habetur 2 q. 6 c. *Catholicus*, ait: “*Catholicus qui causam suam sive iustam sive iniustam ad iudicium alterius fidei iudicis provocat, excommunicetur*”. Ergo ad papam pronuntiantem diffinitive legem sarracenorum esse tenendam provocare non licet, et per consequens licet appellare ab ipso.

Undecimo sic. Ab excommunicato pro iudice se gerente licet appellare. Sed papa pronuntians diffinitive legem christianam esse falsam est excommunicatus sicut et ille qui incidit in heresim iam dampnatam, teste glosa 24 q. 1 c. 1 que ait: “*Hic est casus in quo papa papam potest ligare in quo papa in canonem late sententie incidit*”. Ergo ab ipso appellare licet.

Duodecimo sic. Contra illam sententiam appellare licet que nec est tenenda nec servanda nec timenda, quia illa sententia a qua appellare non licet est timenda. Sed sententia diffinitiva qua papa pronuntiat legem christianam esse falsam nec est tenenda nec servanda nec timenda, quia sententia

**190** 2...Catholicus] C. 2 q. 6 c. 32 col. 889 **199** 24...<sup>12</sup>] C. 24 q. 1 c. 1 s.v. in heresim col. 1828

**180** Decimo] Undecimo We Vc Ox Va Ba | pro] in Ly | si] qui Fi An **183** a quo] quod ab aliquo Ly **184** sicut... 185 licet] *omitted* Ly | licite] appellatur *added* Fi **185** illo] eo We **186** christianam] Christi Ly **188** sit] sint Ly **189** testante] teste Fi **190** quod] *omitted* Ly **191** ait] *omitted* Ly **192** fidei] *omitted* Ly **195** ipso] i<sup>o</sup> Bb Fi illo An **196** Undecimo] Duodecimo We Vc Ox Ba Va **197** legem] fidem Ly **198** et] *omitted* Fi An **199** c 1] *omitted* We Ly **200** que] We: qui Bb Fi An Ly | in<sup>1</sup>...ligare] *omitted* Ww **201** ipso] illo We **203** Duodecimo] Tertio decimo We Vc Ox Ba Va **204** nec<sup>2</sup>] est *added* Ly **207** tenenda] servanda Ly | tenenda...nec<sup>3</sup>] *omitted* Bb | nec<sup>2</sup>] est *added* Ly servanda] timenda Ly | timenda] tenenda Ly | quia] nulla *added* We

210 contra legem divinam prolata non est timenda, sicut nec  
aliquod preceptum contra legem Dei est timendum. Ergo a  
tali sententia appellare licet.

215 Tertio decimo sic. Ab illo est licitum appellare qui potest  
licite recusari. Sed papa pronuntians legem christianam esse  
falsam in omni causa fidei potest licite recusari, quia inimicus  
potest licite recusari. Talis autem papa esset omnium  
christianorum et totius legis christiane inimicus manifestus.  
Ergo a tali papa licet in causa fidei appellare.

### *Capitulum 20*

5 **Discipulus:** Videtur quod argumentis abundas pro  
assertione predicta. Ideo non multiplices amplius argumenta,  
sed quomodo ad quandam instantiam quam faciam contra  
predicta secundum assertionem predictam debeat responderi  
indagare digneris.

10 Videtur itaque quod omnia argumenta predicta nichil  
concludant, quia papa pronuntians diffinitive legem  
christianam esse falsam est inter infideles indubie  
numerandus. Ab infideli autem fideles appellare non debent.  
Nusquam enim legitur quod sancti martyres, cum cogentur  
negare fidem, ab iudicibus infidelibus appellasset. Nec  
etiam apostoli contra principes sacerdotum, cum protulissent  
contra fidem sententiam, appellaverunt. Ergo a papa  
15 pronuntiante diffinitive legem christianam esse falsam non  
debent catholici appellare.

20 **Magister:** Ad istam instantiam potest dari duplex  
responsio. Prima est quod non est necessarium absolute  
appellare a papa iniquam contra fidem proferente sententiam,  
propter quod multi fideles contra infideles et hereticos  
inveniuntur minime appellasse. Sed sufficit in multis casibus  
sententiam pape vel alterius contra fidem simpliciter  
impugnare, detestari, et horrere, quemadmodum sancti patres,

---

208 contra...210 sententia] *omitted* Bb | non] *omitted* We  
209 preceptum] pactum Ly | legem] leges Ly | timendum] tenendum  
Ly 211 Tertio decimo] Quarto decimo We Vc Ox Ba Va 212 papa]  
*omitted* Fi An Ly | christianam] christianorum Ly 213 quia...214  
recusari] *omitted* Ly 214 potest] *omitted* We 216 papa] *omitted* Ly  
20,2 quod] *omitted* We hic *added* Ly | abundas] habundas We  
5 predictam] prescriptam We Ly prescriptam *added* Bb 6 indagare]  
indicare We Ly 7 itaque] namque Ly | predicta] *omitted* Ly  
8 concludant] concludunt Ly 10 autem] ad Fi 12 fidem] Deum Fi An  
ab] Ly: a Bb Fi An We 16 debent] debet An 17 instantiam]  
obiectionem We 19 proferente] proferentem Fi An We

absque appellatione, hereticorum assertiones iniquas per  
sacras litteras impugnarunt. Verumptamen aliquando expedit  
appellare, exemplo beati Pauli qui ad Cesarem appellavit. 25

**Discipulus:** Non videtur quod beatus Paulus  
appellaverit pro causa fidei, sed pro aliis criminibus que sibi  
imponebantur mendaciter a iudeis. Ergo per exemplum beati  
Pauli probari non potest quod expediat pro causa fidei a papa  
heretico appellare. 30

**Magister:** Nonnullis apparet quod beatus Paulus pro  
causa fidei appellaverit, quod ex serie Actuum Apostolorum  
videtur posse probari. Nam 23 c. Actuum Apostolorum sic  
legitur scripsisse tribunus Claudius presidi Felici de Paulo:  
*“Virum hunc comprehensum a iudeis et incipientem interfici  
ab eis superveniens cum exercitu eripui cognito quia  
Romanus est, volensque scire causam quam obiciebant illi,  
deduxi eum in concilium eorum, quem inveni accusari de  
questionibus legis ipsorum nichil vero dignum morte aut  
vinculis habentem crimen”*. Ex quibus verbis colligitur quod  
super causa fidei inter iudeos et Paulum questio vertebatur.  
Pro ista autem causa Paulus postea appellavit. Ergo super  
causa fidei appellavit ad Cesarem. 35 40

Rursus, 24 c. habetur expresse quod Paulus de causa  
fidei accusabatur a iudeis, unde et orator eorum accusans  
Paulum dixit: *“Invenimus hunc hominem pestiferum et  
concitantem seditiones omnibus iudeis in universo orbe et  
auctorem seditionis secte Nazarenorum qui etiam templum  
violare conatus est”*. Ex quibus verbis apparet quod Paulus  
accusabatur de fide. Et quod pro illa causa appellaverit patet  
cum 25 c. sic legatur: *“Paulo autem reddente rationem  
quoniam neque in legem iudeorum neque in templum neque  
in Cesarem quicquam peccavi. Festus autem volens iudeis  
gratiam prestare, respondens Paulo dixit ‘vis Hierosolymam* 45 50 55

---

20,34 23... Apostolorum] Acts 23:27-29 45 24 c] Acts 24:5-6 52 25 c]  
Acts 25:8-11

---

28 appellaverit] appellavit Ly 29 exemplum] exempla Ly | beati]  
omitted We 33 appellaverit] appellavit Ly | Apostolorum] We:  
apostolicorum Bb Fi An We 34 23] Ly: 22 Bb Fi An We 40 ipsorum]  
i<sup>orum</sup> Bb eorum Fi An Ly 43 appellavit] appellaverit Bb 44 ad] a We  
45 24] 34 Fi An 46 accusabatur] accusabatur Bb 47 dixit] dicit Ly  
pestiferum] Ly: omitted Bb Fi An We 48 seditiones] seditionem Ww  
49 Nazarenorum] Nazarenorum Ww 51 accusabatur] accusabantur Bb  
appellaverit] appellavit Ly 52 cum] omitted Ly | autem] omnibus  
added Ly 53 legem] lege We 54 quicquam] omitted Fi An 55 dixit]  
dicit Ly

ascendere et ibi de hiis iudicari apud me', dixit autem Paulus  
 'ad tribunal Cesaris sto, ubi me oportet iudicari. Iudeis non  
 nocui sicut tu melius nosti. Si enim nocui aut dignum morte  
 aliquid feci non recuso mori, si vero nichil est eorum que hii  
 60 accusant me nemo potest me illis donare. Cesarem appello".  
 Et post Festus loquens de iudeis accusantibus Paulum ait:  
 "Cum ergo huc convenissent sine ulla dilatione sequenti die  
 sedens pro tribunali iussi adduci virum de quo cum stetissent  
 accusatores nullam causam deferebant de quibus ego  
 65 suspicabar malum. Questiones vero quasdam de sua  
 superstitione habebant adversus eum et de quodam Iesu  
 defuncto quem affirmabat Paulus vivere. Hesitans autem ego  
 de huiusmodi questione dicebam si vellet ire Hierosolymam  
 et ibi iudicari de istis. Paulo autem appellante ut servaretur  
 70 Augusti cognitioni iussi servari eum donec mittam eum ad  
 Cesarem".

Ex hiis colliguntur duo. Primum est quod pro illa  
 questione que vertebatur inter iudeos et Paulum Paulus  
 Cesarem appellavit. Secundum est quod super fide Christi  
 75 inter ipsos questio vertebatur. Ex quibus sequitur quod pro  
 causa fidei Paulus Cesarem appellavit.

### *Capitulum 21*

**Discipulus:** Stuporem michi predicta ingerunt  
 vehementem, quia pene incredibile michi videtur quod pro  
 causa fidei in quocunque casu ad hominem contrarie secte  
 5 liceat appellare. Et tamen apparenter ostenditur quod Paulus  
 pro causa fidei Cesarem, qui erat secte contrarie, appellavit.  
 Ex quo sequi videtur quod non esset inconveniens ad papam  
 hereticum appellare, et per consequens ab eo appellare non  
 licet, quia pro eadem causa non est ab eodem et ad eundem  
 10 appellandum. Et ita predictae assertioni que dicit quod licet a

---

61 ait] Acts 25:17-21

---

56 ibi] *omitted* Bb Fi An 57 ubi] Ly: ibi Bb Fi An We 59 eorum] We:  
 horum Bb Fi An Ly | que] de quibus Ww 60 me<sup>1</sup>] mei Bb | me<sup>2</sup>]  
*omitted* Fi | donare] Ly: dare Bb Fi An We 62 huc] Ly: hii Bb Fi An  
 We 63 iussi] iussit Ly 65 malum] Ly: mala Bb Fi An malam We  
 68 dicebam] decebam Bb 70 cognitioni] cognitione We | servari]  
 reservari Bb Fi An 71 Cesarem] Cessarem We 72 hiis] quibus We  
 quibus verbis Ly | est] *omitted* Ly 74 fide] fidem We 21,1 ] 12 Fi  
 6 Cesarem] Cessarem Bb | contrarie] *omitted* Bb 7 esset] *omitted* Bb  
 est Ly 9 eadem] eadam Ly 10 predictae] predicti We



papa heretico appellare contrariari videtur. Unde quomodo ad istam contrarietatem respondere contingat enarra.

**Magister:** Pro dissolvenda contrarietate prefata dicunt quidam esse notandum quod dupliciter contingit ad aliquem pro causa fidei appellare. Uno modo quidem tanquam ad illum qui habet questiones motas de fide iuxta sanam doctrinam ex officio terminare, et isto modo ad nullum hominem alterius secte sive fuerit paganus sive hereticus est pro causa fidei appellandum, quia ad solos summos pontifices catholicos et fideles ac generale concilium catholicorum spectat questiones fidei terminare, sicut ex sacris canonibus patenter apparet.

Aliter contingit aliquem ad alium pro causa fidei appellare, non quidem sicut ad illum qui habet causas fidei terminare, sed tanquam ad illum qui ex officio vel ex electione appellantis aut alio quovis modo potest cognoscere an appellans debeat pro causa huiusmodi ab emulis accusari vel in iudicio a quo appellerat conveniri. Sic dicunt quod si aliquis super aliquo dubio fidei quod non est certum esse heresis nec est heresis dampnata explicite, licet sit heresis dampnata implicite, accusaretur coram episcopo, talis pro questione huiusmodi posset ad metropolitanum appellare. Non quidem tanquam ad illum qui habet tale dubium diffinire, sed tanquam ad illum ad quem spectat scire et iudicare quod talis questio nec per episcopum nec per ipsum metropolitanum debeat terminari, sed quod est summo pontifici vel generali concilio reservanda.

Per predicta superscripta contrarietas dissolvitur, quia pro causa fidei in nullo casu est ad hominem secte contrarie appellandum tanquam ad illum qui questionem fidei habeat diffinire. Nec isto modo Paulus Cesarem appellavit. Sciebat enim quod Cesar fidem Pauli falsissimam reputabat. Aliquando tamen licuit pro causa fidei ad hominem secte alterius appellare tanquam ad illum qui ex officio vel electione appellantis vel alio quovis modo cognoscere potuit

---

11 videtur] videntur Bb Fi We 15 pro] aliqua added Ly | tanquam] ut Ly 16 illum] eum Ly 21 fidei] omitted We | ex] in Ly 24 illum] alium We 25 illum] alium We | qui] omitted Bb | ex<sup>2</sup>] omitted Ly 26 electione] lectione We 28 a quo] aliquo Ly | appellerat] app<sup>at</sup> Fi We appellatus Ly 30 heresis<sup>1</sup>] omitted Bb 33 habet] habeat We 34 spectat] expectat We 35 nec<sup>1</sup>] non Ly | ipsum] We: i<sup>m</sup> Bb Fi An omitted Ly 36 debeat terminari] debet determinari Ly 37 pontifici] pontifice Bb 38 superscripta] superscripta Bb supradicta Ly 41 Cesarem] Cessarem Bb 42 reputabat] reputaret We

quod iudices sui de questione fidei se intromittere minime debuerunt, et hoc modo Paulus Cesarem appellavit. Sciebat enim Paulus quod nulla persecutio adhuc per romanos aut Cesarem contra christianos fuerat excitata, et ideo sciebat quod iudices Caesaris de tali questione secundum leges Caesaris se intromittere non debebant.

Propter quod, ut habetur Act. 18, Gallio proconsul Achaie, cum Paulus sibi accusaretur a iudeis quod contra legem persuaderet colere Deum, accusationem huiusmodi audire nolebat dicens: “*Si quidem esset iniquum aliquid aut facinus pessimum, o viri iudei, recte vos sustinerem, si vero questiones sunt de verbo et nominibus legis vestre vos ipsi videritis, iudex ergo horum nolo esse, et minavit eos a tribunali*”. Ex quibus verbis colligitur quod iudices missi a Cesare de hiis que pertinebant ad legem iudicandi potestatem minime habuerunt. Unde et Pilatus, sicut evangelica patefacit historia, propter nullam accusationem que de lege asserebatur contra Christum reputavit se debere iudicare Christum, sicut etiam ex Actibus Apostolorum c. 23 et 24 et 25 et 26 tribunus Lysias, Felix preses, Festus preses, et rex Agrippa propter illa que obiebantur contra Paulum de lege et de doctrina Pauli iudicabant ipsum minime puniendum.

Paulus igitur, sciens quod talis questio etiam secundum leges et consuetudines Romanorum ad iudices et publicas potestates inferiores Cesare nullatenus pertinebat, Cesarem appellavit, tanquam ad illum qui iudicaret talem questionem ad iudices coram quibus Paulus fuerat accusatus minime pertinere.

## *Capitulum 22*

---

**21,52** Act 18] Acts 18:14-16 **64** c 23] Acts 23:29 | 24] Acts 24:25  
25] Acts 25:25 | 26] Acts 26:31

---

**47** Paulus] ad *added* Ly **48** Paulus] *omitted* Fi | adhuc] adhuc Bb  
**49** fuerat] fuerit We **50** leges] legem We **51** Cesaris] *omitted* Fi An  
**53** quod] *omitted* Bb **54** huiusmodi] eius Ly **55** quidem] quid Bb Fi  
An | esset] *omitted* Ly **58** videritis] videbitis Bb An | ergo] ego We  
*omitted* Ly | ergo horum] verborum *added* Ly | nolo] noli An  
**59** verbis] *omitted* We | a...60 Cesare] ad Cesarem Ly **61** patefacit]  
patefit Fi An **62** asserebatur] deferebatur Ly **63** Christum<sup>1</sup>] ipsum Ly  
**64** et 24] *omitted* Ly | et<sup>2</sup>] *omitted* Fi An Ly | tribunus] tribunus Ly  
**66** de<sup>2</sup>] *omitted* We **67** ipsum] illum Ly **70** Cesare] Cesaris Ly  
pertinebat] Ly: pertinebant Bb Fi An We **71** ad] *omitted* Bb | iudicaret]  
iudicarent Fi An

**Discipulus:** Contra predicta quattuor michi obiectiones occurrunt. Primo quidem videtur quod ex quo preses Festus sciebat quod talis questio ad illum non spectabat, non oportuit Paulum propter hoc appellare ab ipso, quia appellatio vel est a gravamine vel est a sententia. Paulus autem non appellavit a sententia Festi, quia nullam tulit, nec a gravamine, quia nullum volebat inferre, nam si Paulus non appellasset volebat ipsum dimittere. 5

Secundo, videtur quod Paulus non debuit Cesarem appellare, quia sciebat eum inimicum fidei sue et quod sententiam daret contra Paulum. 10

Tertio, apparet quod Paulus facto mentiebatur recognoscendo Cesarem iudicem suum, cum tamen, presertim in causa fidei, non fuerit iudex suus nec superior. 15

Quarto, videtur quod ad hominem alterius secte liceat appellare tanquam ad illum qui possit questionem fidei terminare et diffinire. Nam ad illum licet pro causa fidei illo modo appellare qui potest esse iudex in causa fidei, habens potestatem diffiniendi quid pertinet ad veritatem fidei orthodoxe. Sed hoc potest homo alterius secte. Nam sicut patet in libro De altercatione Athanasii contra Arium, Athanasius et emuli sui hominem paganum in iudicem pro causa fidei elegerunt. Ergo et ad hominem alterius secte est licitum pro causa fidei appellare. 20 25

Hec sunt que movent me contra predicta. Tu autem aperi quomodo responderetur ad illa.

**Magister:** Ad primam obiectionem responderetur quod Paulus appellavit a Festo ad Cesarem propter gravamina que timebat. Timuit enim quod quemadmodum Pilatus, quamvis nullam causam mortis reputaret in Christo, tamen tradidit Christum iudeis crucifigendum, ita Festus traderet Paulum iudeis accusantibus occidendum, quamvis putaret ipsum Paulum crimen dignum morte nullatenus commisisse. Quod beatus Paulus aperte insinuat cum dicit Festo: “*Si vero nichil* 30 35

---

22,22 in... Arium] Vigilius Tapsensis, *Altercatio Athanasii contra Arium coram Probo iudice*, PL 62, cols. 179-238 35 dicit Festo] Acts 25:11

---

22,2 predicta] dicta Fi An 3 quidem] quibusdam Ly | quod] omitted Bb 4 illum] ipsum We 6 est] omitted Fi An 11 eum] ipsum Ly 13 Paulus] de added Fi An | mentiebatur] in added Fi 16 liceat] licet We 18 terminare et] omitted We | et] distinguere vel added Ly 21 orthodoxe] ortho<sup>xa</sup> An 23 hominem] omitted Ly 27 illa] ipsa We 32 Christum] omitted Ly 35 beatus] omitted Ly | insinuat] insinuavit We | cum dicit] dicens Ly | dicit] dixit We

*est horum de quibus hii accusant me, nemo potest me illis dare. Cesare[m] appello*".

**Discipulus:** Unde timuit Paulus quod Festus volebat eum tradere iudeis?

40 **Magister:** Ex hoc quod interrogavit Paulum an vellet ascendere Hierosolimam et iudicari apud ipsum de impositis, et ex hoc quod favorabilis esset iudeis accusatoribus Pauli. Ex hoc enim ipso quod volebat Festus se intromittere de questione que ad ipsum, etiam secundum leges et  
45 consuetudines Romanorum, minime pertinebat, ipsum suspectum habebat. Et ideo appellavit, quamvis etiam aliud motivum habuerit appellandi, ut, scilicet, per appellationem liberatus a persecutione iudeorum in Iudea, deduceretur Romam ut ibi evangelium predicaret iuxta preceptum Christi  
50 (ut apparet Act. 23) demandantis et dicentis: "*Constans esto Paule, sicut enim testificatus es de me in Hierusalem, sic oportet te etiam Rome testificari*".

Ad secundam dicitur quod Paulus nescivit Cesare[m] manifestum inimicum doctrine sue, quia nondum Cesar persecutus fuerat christianos. Esto etiam quod scivisset eum  
55 inimicum, potuisset Cesare[m] appellare, quia ex causa rationabili licet ad inimicum appellare, sicut etiam licet alicui ex causa se iudicio inimici submittere. Paulus igitur volens a iudeis liberari et Romam ad evangelium predicandum adduci,  
60 appellavit, et licet scivisset Cesare[m] fidei inimicum, appellasset.

Ad tertiam respondetur dupliciter. Uno modo, quod Paulus erat inferior Cesare et Cesar erat iudex suus ordinarius. Aliter dicitur quod licet Cesar non fuerit iudex  
65 ordinarius Pauli, tamen Paulus potuit se submittere iudicio Cesaris, quemadmodum papa potest se submittere iudicio subditi sui (2 q. 7 c. *Nos*). Et ideo Paulus appellando Cesare[m] submitit se iudicio Cesaris infidelis, quod sibi licitum erat ex causa rationabili.

---

50 apparet...23] Acts 23:11 67 2...Nos] C. 2 q. 7 c. 41 col. 928

---

36 horum] eorum Ly | me<sup>2</sup>] omitted We 37 dare] donare We 39 eum] ipsum We 40 Paulum] Paulus Bb 41 iudicari] iudicium subire Ly 42 esset] erat We | accusatoribus Pauli] accusantibus Paulum Ly 44 etiam] omitted Fi An 46 aliud] ad illud We 47 habuerit] habuit Ly 49 ibi] ib We 50 23] 13 Fi An | demandantis] Ly: de mandatis Bb Fi An We | et] omitted Fi An 51 testificatus es] testificatum ea Bb | es] ea Bb 52 etiam] Ly: omitted Bb Fi An We 53 secundam] objectionem added Ly 54 sue] omitted Bb 68 infidelis] Bb: omitted Fi An We Ly

**Discipulus:** Quomodo licuit Paulo se submittere iudicio Cesaris infidelis, cum non liceat clericis se submittere iudicio secularium potestatum fidelium? 70

**Magister:** Respondetur quod hoc quod clericis non liceat se in multis causis submittere iudicio secularium potestatum non est ex lege divina, nec ex ordinatione Christi, nec ex lege nature, sed ex iure positivo humano, ad quod ius Paulus minime tenebatur quia nec tunc extitit introductum. Et ideo sibi licuit se iudicio Cesaris submittere, quod fecit facto Cesarem appellando. 75

Ad quartam respondetur quod dupliciter potest aliquis esse iudex in causa fidei. Uno modo est aliquis ordinarius iudex in causa fidei, habens ex officio potestatem questiones fidei terminandi, et ad talem iudicem licet pro causa fidei appellare, sed talis iudex in causa fidei non potest esse aliquis alterius secte. Alio modo potest aliquis esse iudex quasi arbiter electus, et hoc contingit dupliciter. Quia dupliciter contingit compromittere in aliquem super causa fidei, vel scilicet promittendo quod illud tenebitur quod ipse secundum conscientiam suam reputaverit esse firmiter tenendum, vel quod illud tenebitur quod ipse iudicaverit esse consonum fidei christiane. Primo modo liceret compromittere in fidelem, si nulla humana constitutio obviaret. Secundo modo licuit aliquando compromittere in aliquem infidelem. 80 85 90

Sic Athanasius et heretici sui emuli in quemdam paganum industrium et literatum compromiserunt, promittendo scilicet quod illud tenerent quod ipse iudicaret esse consonum fidei christiane. Qui, auditis allegationibus utriusque partis, pro Athanasio tulit sententiam, diffiniendo videlicet quod assertio Athanasii erat consona et necessario sequebatur ex libris christianorum, quos tam Athanasius quam sui adversarii receperunt, quamvis ipse iudex ipsos nullo modo susciperet. 95 100

---

71 clericis] clericos Ly | se submittere] *omitted* Fi 72 fidelium] *omitted* Fi An 73 quod<sup>1</sup>] quamvis *added* Ly | quod<sup>2</sup>] *omitted* Bb Fi Ly 75 non] tamen *added* Ly 77 Paulus] tunc *added* Fi An | tenebatur] respondere *added* Ly 78 fecit] de *added* Ly 82 habens] *omitted* We 84 aliquis] *omitted* Fi An Ly 85 aliquis] alius Ly 87 compromittere] committere Ly | in] *omitted* We 89 suam] sua We | reputaverit] reputavit Ly 90 iudicaverit] iudicavit Ly 91 in] aliquem *added* Ly 92 fidelem] infidelem Ly 94 Sic] Sicut Ly 95 industrium] industrem Ly | compromiserunt] promiserunt Ly 96 ipse] ille We 100 quos] quod Ly

**Discipulus:** Videtur quod Athanasius, compromittendo in paganum, peccavit mortaliter, se videlicet obligando ad heresim sustinendam si ipse paganus dedisset sententiam quod assertio hereticorum erat consona fidei christiane.

**Magister:** Respondetur quod Athanasius non peccavit, quia licet promitteret stare sententiae pagani predicti, non tamen promisit stare inique sententiae eius. Et ideo non se obligavit ad heresim sustinendam si diffinisset assertionem hereticorum fuisse consonam fidei christiane, quia iniquum arbitrium nullatenus est servandum (Extra, *De arbitris*, c. *Non sine* et c. *Exposita*). In tali enim compromisso subintelligenda est talis conditio licet non exprimatur: ‘si arbiter non fuerit arbitratus inique’.

**Discipulus:** Videtur quod Athanasius non debuit compromittere in paganum super questione fidei, cum secundum iura canonica etiam super rebus spiritualibus non liceat compromittere in laicum (Extra, *De arbitris*, c. *Contingit*).

**Magister:** Respondetur quod ‘de rebus spiritualibus non potest compromitti in laicum’ est ex ordinatione ecclesiae et non ex lege divina. Et ideo Athanasius licite compromisit in paganum, quia tunc non erat prohibitum.

**Discipulus:** Miror quod Athanasius voluit compromittere in paganum, cum pagani etiam testes nequeant esse contra christianos.

**Magister:** Respondetur quod ecclesia, postquam habuit favorem imperatorum et regum, multa statuit contra paganos que nec ex lege divina nec ex ordinatione Christi erant antea constituta, et ideo multa sunt modo illicita que tunc licita erant. Tunc enim licitum erat sub imperatore apostata militare. Unde et multi sancti martyres et alii christiani sub Iuliano apostata militabant, et sibi in hiis que non erant contra legem divinam obedierunt sine peccato. Nunc tamen nulli christiano liceret sub imperatore apostata militare. Sic nunc esset illicitum de fide compromittere in paganum. Tempore autem Athanasii non erat illicitum.

---

**112** Extra... 113 sine] X. 1. 43. 2 col. 506 **113** c Exposita] X. 1. 43. 11 col. 516 **119** Extra... 120 Contingit] X. 1. 43. 8 col. 512

---

**105** ipse] ille We **113** sine] sum Fi An Ly | compromisso] promisso Ly **114** conditio] ordinatio Ly | exprimatur] exprimat We | si] nisi Ly **115** non] omitted Ly **122** est] omitted Ly **123** ideo] omitted Ly **126** etiam] omitted Ly **130** divina] omitted We **132** erat] omitted Fi An **136** liceret] licet Ly **137** esset illicitum] non esset licitum Fi An

**Discipulus:** Que utilitas fuit quod Athanasius  
compromisit in paganum? 140

**Magister:** Respondetur quod multiplex fuit utilitas.  
Quia catholici post sententiam pagani pro Athanasio fidem  
poterant liberius predicare, et heretici multorum amiserunt  
favorem. Unde autem hoc accidit gesta illorum temporum te  
poterunt edocere. 145

**Discipulus:** Videtur quod Athanasius, compromittendo  
in paganum, se et fidem catholicam magno periculo  
exponebat, quod tamen debuit evitare.

**Magister:** Respondetur quod Athanasius periculo  
probabili se minime exponebat. Sciebat enim paganum illum  
virum esse magne fidelitatis et constantie ac eximie  
intelligentie, qua ordinem assertionum quarum una sequitur  
ex alia vel aliis, et etiam repugnantiam assertionum quarum  
una alteri adversatur sciebat advertere. Et ideo Athanasius,  
sciens predictum paganum virtutibus politicis et rationali  
scientia illustratum, ipsius iudicio modo predicto absque  
periculo probabili se commisit, licet non absque omni  
periculo qualitercunque possibili. Periculum autem  
qualitercunque possibile nullus vitare tenetur, quia per hoc a  
bonis impediretur permaximis. Esset enim similis illi de quo  
dicit Salomon Ecclesiasti 11: “*Qui observat ventum non  
seminat, et qui considerat nubes nunquam metet*”. 150  
155  
160

### **Capitulum 23**

**Discipulus:** Ad principalem responsionem quam dedisti  
ad instantiam meam quod non est appellandum a papa  
pronuntiante diffinitive legem christianam esse falsam volo  
redire, et eam magis discutere. Cupio igitur audire quare  
assertores predicti asserunt expedire quod a tali sententia  
pape heretici appelletur. 5

---

161 Ecclesiasti 11] Ecclesiastes 11:4 23,5 quare...7 appelletur] 1 Dial.  
6.20.25-26

---

141 Magister] omitted Fi (added Fim) gap An 143 multorum] omitted Fi  
An 146 compromittendo] se added Ly 147 se et] omitted Ly  
catholicam] chatholicam We 151 ac] omitted Bb | ac eximie] eximie  
ac Fi An 152 qua] contra Ly | una] unam Fi 153 vel aliis] omitted Ly  
154 adversatur] adversabatur Ly 156 scientia] omitted Bb 159 vitare]  
evitare Fi An 161 Salomon] Salamon We Sapiens Ly | Ecclesiasti]  
Ecc<sup>o</sup> We | 11] 1 Fi An Ly 162 metet] etc. added Ly 23,3 instantiam]  
instan Bb 4 volo] nolo Ly 5 et] nec Ly | igitur] enim We 7 heretici]  
omitted We | appelletur] appellentur Fi

**Magister:** Huius dicti inter alias rationes tres assignantur. Prima est ut contra sententiam iniquam in causa fidei adhibeatur remedium quod consuevit contra alias iniquas sententias adhiberi. Secunda est ut cum maiori solemnitate iniqua sententia contra fidem prolata catholicam impugnetur. Tertia est ut satisfiat simplicibus et iuristis qui forte non crederent aliquem posse licite impugnare sententiam iniquam contra fidem, et huiusmodi impugnantem esse a catholicis defendendum, nisi contra eandem appellaret.

#### *Capitulum 24*

**Discipulus:** Intellego rationes quare isti dicunt quod nonnunquam expedit a tali sententia appellare, sed nescio motiva eorum, quare dicunt quod non est absolute necessarium a tali sententia appellare. Ideo qua ratione moventur enarra.

**Magister:** Quod non sit absolute necessarium a tali sententia appellare, servando scilicet formam et puncta que in appellationibus secundum iura humana oportet servare, sic ostendunt. Non magis est necessarium appellare a sententia prolata contra legem Dei et fidem christianam quam a sententia prolata contra canones et leges humanas. Sed a sententia prolata contra canones et leges humanas non est necessarium appellare, teste Gregorio 9<sup>o</sup> qui, ut habetur Extra, *De sententia et re iudicata*, c. 1, ait: “*Sententia contra leges canonesve prolata licet non sit appellatione suspensa non potest tamen subsistere ipso iure*”. Ubi dicit glosa: “*Sententia lata contra leges, id est ius constitutionis, ita quod hoc in sententia exprimat, nulla est ipso iure et citra appellationem rescinditur*”. Ergo multo magis sententia lata contra fidem nulla est ipso iure absque omni appellatione. Ergo non est necesse absolute appellare a sententia lata contra catholicam fidem.

Secundo sic. A sententia que non potest transire in rem iudicatam, nec valet firmitatem sententie obtinere, non est

**24,4** quare dicunt] 1 Dial. 6.20.18-25\* **15** Extra... 1] X. 2. 27. 1 col. 876 **17** dicit glosa] X. 2. 27. 1 s.v. contra leges col. 876

**9** ut] *omitted* We **11** sententias] sententiam Fi | adhiberi] exhiberi We maiori] manifesta Ly **13** satisfiat] satisfaciat Fi Ly **15** impugnantem] impugnatore We **16** eandem] eam Fi eadem Bb Ly **24,2** quare] We: quas Bb Fi An Ly **3** nonnunquam] nunquam We **8** sententia] iniqua *added* Ly **9** servare] observare Ly **13** prolata] lata We **14** 9o] 14<sup>o</sup> Fi **17** tamen] *omitted* Ww | Ubi] Ut Ly **18** lata] *omitted* Fi An **19** hoc in] *omitted* Ly **20** multo] multo *added* Bb **25** nec] non Fi



absolute necessarium appellare. Hec enim ratio assignatur in decretis (2 q. 6 § *Diffinitiva quoque*) quare a pluribus sententiis non est necesse appellare, ubi sic habetur: “*Si sententia lata fuerit contra res prius iudicatas, a quibus provocatum non est, sententia auctoritatem non obtinebit, et ideo appellare non est necesse*”. Et infra: “*Si plures iudices dati sunt et unus tantum ex eis pronuntiasse proponitur, non videtur appellandi necessitas fuisse, cum sententia firmitatem iure non contineat*”. Ex quibus colligitur quod a sententia que non potest transire in rem iudicatam nec firmitatem sententie obtinere non est necesse appellare. Sed sententia lata contra fidem non potest transire in rem iudicatam, nec valet auctoritatem seu firmitatem sententie obtinere. Ergo ab illa non est necessarium appellare.

Tertio sic. In nulla causa contra quam nulla prescriptio currere potest est necesse appellare ab iniqua sententia. Sed contra fidem nulla prescriptio currere potest quin sententia lata contra fidem catholicam revocetur quandocumque veritas fuerit manifesta, quia omne quod est fidei contrarium orthodoxe vanum et irritum est habendum. Ergo a sententia lata contra fidem non est necesse appellare.

Quarto sic. Iniqua sententia lata contra matrimonium non potest esse magis privilegiata quam sententia lata contra fidem. Sed sententia lata contra matrimonium tale privilegium obtinet ut ab ea appellare non sit necesse. Quia licet a sententia lata contra matrimonium non sit appellatum, ipsa tamen revocanda est quandocumque fuerit ostensum fuisse iniquam, secundum quod colligitur manifeste ex sacris canonibus Extra, *De sententia et re iudicata*, c. *Lator* et c.

27 2...quoque] *Dictum Gratiani post C. 2 q. 6 c. 41 col. 899* 31 Et infra] *ibid.* 54 Extra...Lator] X. 2. 27. 7 col. 878 | c<sup>2</sup>...55 Consanguinei] X. 2. 27. 11 col. 882

27 6] c. Si quis added Ly | §] c. Fi | Diffinitiva quoque] We: Diffinitivas Bb Ly Diffinitivasque Fi An 29 fuerit] omitted Fi An iudicatas] inductas Ly 30 sententia] sententie Ww 31 ideo] ab ea added Ww | appellare non] omitted Ly | infra] ita An Ly 32 sunt] fuerint Bb Fi An We fuerunt Ly | eis] Ly: hiis Bb Fi An We 34 iure] iuris Ww | contineat] continet Bb Fi An | quibus] verbis added Ly 35 nec] valet added Ly 38 sententie] sententia We | ab illa] a sententia lata contra fidem We 39 necessarium] necesse We 40 nulla<sup>1</sup>] illa We 41 potest] non added We | necessare] necesse Bb Fi An 43 catholicam] omitted Fi 44 manifesta] manifestata Ly 47 matrimonium] Kn: fidem Ww 49 fidem] Kn: matrimonium Ww | Sed...matrimonium] omitted Bb 50 privilegium] non added Bb Fi An We | non] omitted Bb Fi An 52 ostensum] ostensa We 53 iniquam] iniqua We

55 *Consanguinei* et quampluribus aliis. Hinc glosa predicto  
 capitulo *Lator* notat dicens: “*Contra matrimonium non currit*  
*prescriptio (33 q. 5 c. Quod Deo) etiam si ab illa sententia*  
 60 *non fuit appellatum, quia sententia lata contra matrimonium*  
*non transit in rem iudicatam quin revocetur sententia*  
*quandocunque error sententie fuerit detectus*”. Ergo multo  
 magis a sententia lata contra catholicam fidem non est  
 necesse appellare.

Quinto sic. Causa fidei est magis favorabilis et per  
 consequens privilegiis debet gaudere maioribus quam causa  
 65 matrimonii vel quecunque causa civilis. Sed causa  
 matrimonii et nonnullae cause civiles tali privilegio gaudent  
 quod non est necesse ab iniqua sententia appellare. Ergo  
 multo magis causa fidei tali debet gaudere privilegio ut ab  
 iniqua sententia contra fidem non sit appellare necesse.

70

### *Capitulum 25*

**Discipulus:** Rationes adverte quare dicitur quod non est  
 absolute necessarium appellare a sententia lata contra fidem.  
 Sed ignoro quare ista assertio taliter modificatur: ‘non est  
 5 necesse appellare servando formam et puncta que in  
 appellationibus secundum iura humana oportet servare’.  
 Unde rationem istius modificationis assigna.

**Magister:** Ad intelligendum illud quod queris,  
 distinguitur, quia appellatio a sententia lata contra fidem  
 10 quadrupliciter accipi potest. Uno modo pro libello continente  
 formam appellationis que communiter consuevit in aliis  
 appellationibus observari, notante videlicet personam  
 appellantem, et contra quam appellat, et causam pro qua  
 appellatur vel sententiam a qua appellatur, et tempus quo  
 15 appellatur, et alias circumstantias que ad appellationis  
 formam debitam requiruntur.

---

55 glosa...56 Lator] X. 2. 27. 7 s.v. permanere col. 879 57 33...Deo]  
 C. 33 q. 5 c. 4 col. 2387 25,4 taliter modificatur] 1 Dial. 6.24.8-9\*

---

55 quampluribus] quamplurimis We Ly 57 Quod Deo] Quando Ly Patri  
 added Ww | illa] ipsa We 58 fuit] fuerit Ww 59 sententia] omitted  
 Ww 60 sententie] omitted Ww 64 causa] cause Ly 65 vel...66  
 matrimonii] We Vc Ox Ba Va: omitted Bb Fi An Ly 66 nonnullae]  
 civiles sed nonnullae added Ly | civiles] civilis We 67 iniqua] inqua Bb  
 69 iniqua] inqua Bb | sententia] lata added We 25,4 modificatur] quod  
 added Fi An 5 que] omitted Bb 9 a sententia] omitted Ly 10 accipi...  
 modo] accipitur. Primo accipitur Ly 13 quam] quem Bb Fi An  
 14 sententiam] sententia Bb Fi An 15 et] etiam Ly | appellationis]  
 ppe<sup>nis</sup> We

Aliter accipitur appellatio pro voce qua quis absolute in presentia iudicis dicit ‘appello’. Unde glosa 2 q. 6 § *Forma apostolorum* dicit: “*Si coram iudice appellat sufficit si dicat ‘appello’*”.

Tertio accipitur appellatio pro impugnatione inique sententiae late contra fidem, et sic quicumque impugnaret sententiam pape latam contra fidem intellexeretur appellare ab eodem, licet non diceret ‘appello’.

Quarto potest dici appellatio a sententia pape lata contra fidem omne factum quo faciens se ostendit pape sententiam reprobare, detestari, seu horrere. Et isto modo clerici Romani qui se a communione Anastasii secundi (de quo habetur dis. 19 c. *Anastasius*) abegerunt, dici poterant appellatores, quia facto ipsum tanquam hereticum reprobaverunt.

**Discipulus:** Duo prima membra istius distinctionis intelligo, sed alia duo non videntur convenienter assignari. Quia secundum tertium membrum omnis impugnans verbo alicuius iudicis sententiam diceretur appellare ab eodem, quod nullam verisimilitudinem habet. Secundum quartum vero membrum, inobediens sententiae iudicis absque omni verbo appellandi diceretur appellans.

**Magister:** Ad hec solvenda dicitur esse notandum quod secundum iura dupliciter appellare contingit, scilicet verbo et facto. Quod verbo appellare contingat tu concedis. Quod etiam facto valeat quis appellare asserit Innocentius 3<sup>us</sup> manifeste, qui, ut habetur Extra, *De appellationibus*, c. *Dilecti*, ait: “*Cum autem plus sit ad sedem apostolicam facto provocare quam verbo*” etc. Ubi dicit glosa: “*Plus est factis demonstrare quam verbis dicere*”. Et glosa 11 q. 3 c. *Existimant* ait: “*ipso facto appellamus*”.

---

18 glosa...19 apostolorum] *Dictum Gratiani post C. 2 q. 6 c. 31 § Forma apostolorum* s.v. in scriptis col. 889 28 dis...29 Anastasius] D. 19 c. 9 col. 111 42 Extra...43 Dilecti] X. 2. 28. 52 col. 947 44 Ubi...glosa] *Ibid.*, s.v. facto provocare col. 947 45 glosa...46 Existimant] C. 11 q. 3 c. 84 s.v. factis col. 1258

---

17 Aliter] Secundo modo Ly 18 6] c. *Potest appellationem added* Ly Forma] We: Formam Bb Fi An Ly 19 apostolorum] appellationis Ww dicit] dicens Ly 21 Tertio] modo *added* Ly 23 latam] *omitted* We intellexeretur] intelligitur Ly 24 diceret] diceretur Ly 25 Quarto] modo *added* Ly 26 quo] quod We | faciens] patiens Ly 28 secundi] etiam Ly 32 convenienter] congrue We 37 appellans] appellandi Bb 38 hec solvenda] hoc solvendum Ly 40 contingat] contingit Ly 41 valeat] valeret (?) An 45 demonstrare] demonstrare We | 11] 5 Fi An Ly 46 Existimant] Estimant Ww

Ex quibus verbis patet quod quartum membrum congrue assignatur, quia scilicet facto contingit appellare a sententia pape lata contra fidem. Non autem aliter contingit appellare facto a sententia pape lata contra fidem nisi facto ostendendo quod talis sententia est tanquam heretica reprobanda. Ergo ille quartus modus appellandi congrue assignatur.

Et ex isto modo patet quod etiam tertius modus congrue assignatur. Quia vel plus vel non minus est manifeste et constanter asserere viva voce vel scripto sententiam pape esse hereticam, quam facto innuere eandem sententiam pape esse hereticam. Sed, sicut ostensum est, qui facto insinuat sententiam pape esse hereticam facto intelligitur appellare. Ergo et qui verbo vel scripto sententiam pape tanquam hereticam constanter impugnat intelligitur appellare, licet verbum appellandi non scribat nec proferat.

**Discipulus:** Dic quomodo secundum ista ad inconvenientia que intuli respondetur.

**Magister:** Ut responsiones ad illa percipias, duo dicuntur esse notanda. Primum est quod sicut cuilibet christiano interest sententiam pape latam contra fidem catholicam detestari, impugnare, reprobare, et horrere, ita cuilibet christiano licet, si voluerit, ab iniqua sententia pape contra fidem catholicam lata appellare, primo et secundo modo accepta appellatione, quia ab iniqua sententia potest quilibet cuius interest appellare.

Secundo dicitur esse notandum quod, quia papale officium est supremum in ecclesia Dei, nec est aliquis qui ex officio sit vero papa superior in spiritualibus, ideo, quando papa profert sententiam contra fidem, subtilitates iuris que contra prelatos inferiores proferentes sententiam contra fidem servantur, non sunt stricte servande, nec etiam littera legum civilium et canonicarum in hoc casu est omnino servanda. Sed oportet ad legem divinam et rationem naturalem, ac

---

47 verbis] *omitted* We | congrue...48 assignatur] est congrue assignatum Ly 50 facto<sup>1</sup>] *omitted* Ly | a...facto<sup>2</sup>] *omitted* Bb 51 quod] quia Bb Fi An | reprobanda] computanda Ly 53 Et] *omitted* Ly modus] etiam *added* Ly 56 quam...57 hereticam] *omitted* Ly 58 pape] *omitted* Ly 61 verbum] verba Ly | nec] We Vc Ox: vel Bb Fi An Ly proferat] profereat Bb 62 secundum...ad] ad ista Ly 64 illa] illas Fi An 66 christiano] christiani We 67 reprobare] *omitted* Bb | ita] et *added* Ly 68 pape] *omitted* Bb 69 lata] latam Bb Fi An 70 sententia] pape *added* Ly 73 est<sup>1</sup>] dicitur esse Ly | Dei] *omitted* Ly 76 sententiam] sententias We 77 sunt] *omitted* Bb 78 canonicarum] canonicorum Ly

intentionem legislatoris et ad legem quam instituisset si  
legem specialem de papa proferente sententiam contra fidem  
constituisset, recurrere. 80

Per hoc respondent ad primum inconueniens. Quia non  
omnis impugnans verbo alicuius iudicis sententiam dici debet  
appellans, tum quia non omnis interest appellare a sententia 85  
iudicis vel etiam reprobare, tum quia de modo appellandi a  
sententia iudicum inferiorum sunt posite leges expresse, et  
ideo qui in talibus non servat huiusmodi leges non intelligitur  
appellare. Sed secus est de omni christiano impugnante  
absque verbo appellandi sententiam pape contra fidem, tum 90  
quia cuilibet christiano licet si voluerit a tali sententia  
appellare, quia talis sententia est preiudicialis omni catholico,  
et ideo sua interest talem sententiam impugnare, et per  
consequens sibi licet si voluerit a tali sententia appellare,  
exprimendo vocabulum appellandi. Tum quia de modo 95  
appellandi a sententia pape contra fidem non sunt leges  
speciales institute, imo secundum leges a tali sententia, cum  
in rem iudicatam transire non valeat, non est necesse  
appellare, et ideo quicumque sententiam pape contra fidem  
latam verbo vel scripto constanter impugnat absque verbo 100  
appellandi intelligitur appellare tertio modo, et tantum valet  
secundum rem acsi verbum appellandi proferret.

Per predicta etiam patet ad secundum inconueniens  
quod intulisti, quia inobediens sententie iudicis inferioris,  
verbum appellandi nequaquam emittens, non intelligitur facto 105  
appellare, quia cautum est in iure quod in hoc casu ad hoc ut  
aliquis intelligatur appellans oportet quod infra certum  
tempus viva voce vel scripto, cum debitis circumstantiis,  
vocem appellationis exhibeat. Sed de modo appellandi a  
sententia hereticali pape nichil est in iure statutum. Ideo eo 110  
ipso quod quis facto ostendit se reprobare sententiam pape  
tanquam hereticam, facto intelligitur appellare.

---

81 legem] lege We 83 Per] Propter Ly | hoc] hec We | respondent]  
respondendum Ly 84 impugnans] impugnas We | dici] dicere Ly  
debet] oportet Bb 85 appellans] appello Ly | omnis] cuiuslibet Ly  
86 tum] *omitted* Ly 87 sententia] sententiis We | iudicum inferiorum]  
iudicis inferioris Ly 88 intelligitur] *ētl'r* Bb 89 Sed] *omitted* Ly  
91 voluerit] noluerit We | sententia] pape *added* We 92 preiudicialis]  
preiudicibilis An preiudicalis We 100 latam] lata An 103 Per] *omitted*  
Bb 105 emittens] *omittens* Ly 106 ut] quod Ly 107 intelligatur]  
intelligitur Ly 109 exhibeat] *adhibeat* Ly 110 statutum] *statum* Fi An  
Et *added* Ly 112 appellare] *omitted* Bb

**Capitulum 26**

**Discipulus:** Quare non est aliquod speciale statutum in iure de modo appellandi a sententia hereticali pape?

5 **Magister:** Huius due cause assignantur. Prima est quia non est necesse a tali sententia appellare primo modo vel secundo accepto vocabulo ‘appellationis’, eo quod talis sententia in rem iudicatam transire non potest. Secunda est quia leges fiunt de hiis que sepius accidunt. Raro autem accidit papam ferre sententiam hereticalem. Ideo non est  
10 necesse de hoc legem statuere.

**Discipulus:** Leges generaliter facte sunt de modo appellandi. Quare ergo non sunt leges ille servande cum quis vult a sententia pape heretica appellare?

15 **Magister:** Ad hoc responsum est prius. Dictum est enim quod quia papa verus non habet superiorem, ideo cum sententiat contra fidem non est necesse regulas generales de appellationibus datas servare. Hoc enim posset in periculum fidei redundare.

20 **Discipulus:** Videtur quod regule date de appellationibus strictius sunt servande cum quis vult a papa appellare quam si vult ab alio appellare, quia maior reverentia exhibenda est pape quam aliis inferioribus. Ergo regule que possunt derogare honori pape strictissime sunt servande, eo quod nullus debet gaudere maiori privilegio quam papa.

25 **Magister:** Respondetur quod leges canonice et civiles secundum diversitates causarum, personarum, temporum, et periculi quod imminet, ac etiam circa alias circumstantias, sunt magis stricte vel minus stricte servande vel penitus non servande. Et ideo quia papa ferens sententiam contra fidem  
30 gravius peccat quam alius (quia peccatum ex dignitate augetur), facilius est etiam habere iustitiam de inferiori papa si tulerit contra fidem sententiam. Maius etiam periculum imminet omnibus christianis ex sententia hereticali pape. Ideo si quis voluerit in communi forma a tali pape sententia  
35 appellare in favorem fidei (cui magis favendum est quam pape), minus artandus est ad formam appellationis quam si ab alia sententia iudicis inferioris duxerit appellandum.

---

26,14 prius] 1 Dial. 6.25.72-82\*

---

26,2 aliquod] *omitted* We 7 est] *omitted* Ly 8 de] ex Ly 13 heretica] heretici Ly 15 superiorem] in terris *added* Ly 21 exhibenda] adhibenda Ly 23 derogare] derogari Ly 26 diversitates] diversitatem Ly 27 circa] iuxta We 28 vel<sup>1</sup>...stricte<sup>2</sup>] *omitted* We 31 inferiori] quam de *added* Ly 36 ab...37 alia] a Ly

Unde et in hoc casu in favorem fidei quantum ad multa minor est reverentia exhibenda pape, et minori debet privilegio gaudere, quemadmodum, si accusetur, minori privilegio gaudet quam nonnulli alii presules qui, ut habetur 2 q. 4 c. *Presul*, nonnisi cum 72 testibus debent dampnari. Papa autem tali privilegio minime gaudet, teste glosa ibidem, que ait: “*Numquid contra papam duplicabuntur testes? Non. Imo duo sufficiunt et in hoc est deterioris conditionis quia ipse sine comparatione aliorum creatus est maior et ideo sine spe venie condemnandus est ut diabolus*”. Ex quibus verbis patet quod nonnunquam papa propter crimen ipsius minori privilegio gaudet quam inferiores episcopi. Quod precipue servandum est quando ex crimine pape maius periculum imminet christianitati, quod accidit quando papa contra fidem profert sententiam.

### **Capitulum 27**

**Discipulus:** Applica supradicta ad interrogationem meam. Quare, scilicet, dicitur quod a sententia pape heretica non est necesse appellare servando formam et puncta etc. ?

**Magister:** Ad interrogationem propositam taliter applicantur. Quod, videlicet, non est necesse appellare a tali sententia pape primo modo et secundo accepto vocabulo ‘appellationis’, et propter hoc in assertionem predicta est addita modificatio memorata. Necesse est tamen appellare tertio modo vel quarto a sententia pape heretica quando scitur esse heretica, quia talis sententia est impugnanda, et qui scit eam esse hereticam facto debet ostendere quod reputat eam hereticam.

**Discipulus:** Nunquid solus ille contra quem lata est talis sententia tenetur appellare taliter ab eadem?

---

41 2...42 Presul] C. 2 q. 4 c. 2 col. 863 43 teste...ibidem] s.v. presul col. 863

---

38 et] omitted Ly 41 qui] quia Ly 42 Presul] presul added to “Presul” Ly | cum] omitted Ly | debent] We: debet Bb Fi An Ly 44 contra] circa Fi We | Non Imo] Quinimo Ly 45 conditionis] et added We 46 aliorum] illorum We | maior] omitted Ww 47 condemnandus] dampnandus Ly 48 nonnunquam] nunquam We 27,3 Quare] quia Bb scilicet] supra Ly | heretica] heretici Ly 5 propositam] prepositam Ly 7 et secundo] omitted Bb | secundo] modo added We Ly 9 est tamen] ño (garbled “vero”?) Bb 10 quarto] modo added Ly 12 eam] ipsam We esse added Ly 15 eadem] eodem Ly

**Magister:** Respondetur quod non solus ille sed quilibet catholicus sciens talem sententiam esse hereticam appellare debet, quia aliter esset fautor pape heretici.

20 **Discipulus:** Nunquid tenetur infra certum tempus taliter appellare?

**Magister:** Respondetur quod non est tempus sibi determinatum, quia non oportet taliter appellare ne sententia transeat in rem iudicatam, sed ne appellans favere heretico videatur.

25

### *Capitulum 28*

**Discipulus:** Ex his convinco quod talis modus appellandi tractari habet cum de fautoribus hereticorum exquisite inquiretur. Ideo de hoc supersedeas, et indica quomodo aliter respondetur ad instantiam qua probavi quod a papa pronuntiante fidem catholicam esse falsam non est aliquatenus appellandum. Dixisti enim quod ad illam instantiam duplex datur responsio. Cum ergo tractaverimus unam, dic aliam.

10 **Magister:** Dicitur quod a tali sententia necesse est appellare in forma communi appellandi infra tempus statutum a iure, quia aliter non audiretur quis contra sententiam pape si ipsam postea satageret impugnare. Pro hac autem assertione potest taliter allegari. Qui a sententia iniqua infra tempus  
15 statutum a iure negligit appellare, per interpretationem iuris late sententie parere videtur (Extra, *De sententia et re iudicata*, c. *Quod ad consultationem*). Qui autem sententie paret ipsam impugnare non potest, quia quod semel approbatum est postea reprobari non potest (dis. 4 c. *In istis*

---

**28,4** exquisite inquiretur] Cf. 1 Dial. 7.27-64, 69 (OP VII). The term 'appellatio' is never used there, except briefly in 1 Dial. 7.38, where it refers to a paradoxically illegal utilization of what Ockham had described as 'appellatio' in the first and second sense (at 1 Dial. 6.25.10-20\*). The otherwise exclusive term for 'appeals' in the *fautoria* analyses of 1 Dial. 7.27ss. (and thus 'appeals' in the 3<sup>rd</sup> and 4<sup>th</sup> senses as explained in 1 Dial. 6.25.21-30\*) is 'impugnatio'. **7** Dixisti enim] 1 Dial. 6.20.17-18\* **16** Extra... 17 consultationem] X. 2. 27. 15 col. 887 **19** dis... istis] D. 4 c. 3 col. 13

---

**18** fautor] fautor We **20** appellare] ne sententia transeat in rem iudicatam *added* Ly **22** determinatum] determinandum We **28,2** convinco] conicio We cogito Ly **4** inquiretur] inquiritur We **7** quod] *omitted* Bb **8** tractaverimus] tractavimus Bb An **11** appellandi] et *added* Fi insuper et *added* Ly **12** audiretur] audiemus Bb **13** autem] *omitted* We **17** Quod] We: Qui Bb An Ly Quid Fi



et 8 q. 2 c. *Dilectissimi*). Ergo qui non appellat infra tempus statutum a iure postea non auditur, et ita appellare est necesse si quis umquam voluerit sententiam pape hereticam impugnare. 20

Secundo sic. Appellationis remedium est ad presidium innocentie institutum (Extra, *De appellationibus*, c. *Cum speciali*). Ergo quanto magis innocentia impugnatur tanto magis necessarium est appellationis remedium. Sed quando papa pronuntiat diffinitive contra catholicum fidem christianam esse falsam, maxime innocentia impugnatur. Ergo tunc maxime necessarium est ad appellationis remedium convolare, et ita a tali sententia est necesse appellare. 25 30

Tertio sic. Unoquoque utendum est ad usum ad quem noscitur institutum. Appellatio autem est instituta ut oppressi releventur (2. q. 6 c. *Omnis oppressus* et c. *Ideo*, et in multis aliis sacris canonibus hoc idem habetur). Ergo appellatione est utendum ad relevandum oppressos. Sed catholici maxime opprimuntur si papa sententiat fidem christianam esse falsam. Ergo in hoc casu est precipue utendum appellationis remedio. Ergo a tali sententia est necessarium appellare. 35 40

### *Capitulum 29*

**Discipulus:** Tam rationes quibus ostenditur quod non est necesse appellare a sententia pape diffinitive pronuntiantis fidem christianam esse falsam rationes pro assertione contraria allegata apparentes michi videntur. Ideo peto ut referas quomodo respondetur ad utrasque. Primo autem respondeas ad rationes probantes quod non est necesse appellare. 5

**Magister:** Ad primam istarum dicitur quod non est necesse appellare a sententia lata contra leges et canones quia 10

---

20 8...Dilectissimi] C. 8 q. 2 c. 2 col. 1135 25 Extra...26 speciali] X. 2. 28. 61 col. 964 34 2...oppressus] C. 2 q. 6 c. 3 col. 865 | c Ideo] C. 2 q. 6 c. 10 col. 869 29,7 ad...probantes] 1 Dial.6.24

---

20 tempus] empt (*sic*) Bb 21 statutum] assignatum Ly | auditur] audit. Ly 24 sic] si Bb Fi An 27 quando] cum We 28 catholicum] We: catholicam Bb Fi An Ly 29 christianam] ipsam Ly | impugnatur] impugnando An 31 convolare] convalere We 34 2] 21 Ly | Omnis] Cum omnis Ww | in] omitted Ly 35 aliis] omitted Bb 37 fidem] gap added Fi An | christianam] catholicam Fi An sive catholicam added Bb catholicam sive christianam Ly 38 est] erit We 39 necessarium] necesse We | appellare] etc. added Ly 29,3 est] esse Bb 6 autem] tamen Ly 9 quod] ideo added We

hoc cautum est in iure. Non est tamen cautum in iure quod non est necesse appellare a sententia pape pronuntiantis legem christianam esse falsam.

15 Ad secundam dicitur quod sententiarum que non possunt transire in rem iudicatam duplex differentia reperitur. Quedam enim est sententia talis a qua si non appellat ille contra quem fuerit lata eo ipso ipsi parere censetur. Talis est sententia lata contra fidem, et ideo a tali sententia est necesse appellare, ne is contra quem fertur fautor pravitatis heretice  
20 reputetur. Alia est sententia que transire non potest in rem iudicatam, cui tamen ille contra quem fertur non censetur parere licet non appellet, et a tali sententia non est necesse appellare, et de tali est sermo in decretis 2 q. 6 § *Diffinitiva*.

25 Ad tertiam consimiliter respondetur quod in illa causa contra quam non potest prescriptio currere cui si ille contra quem fertur non censetur parere licet non appellet, non est necesse appellare, et talis non est causa fidei. Ideo si feratur iniqua sententia contra fidem necesse est appellare ne non appellans favere heresi iudicetur.

30 Ad quartam respondetur quod causa fidei est magis privilegiata quam causa matrimonii quia causam fidei debet quilibet contra quem lata est pro viribus defensare, ideo ad defensionem fidei appellare tenetur. Non sic autem tenetur quilibet defendere causam matrimonii, et ideo non semper est  
35 necesse appellare.

Et per hoc patet responsio ad quintam rationem.

### *Capitulum 30*

**Discipulus:** Iste reponsesiones valde debiles michi videntur, quas tamen pro nunc nolo amplius pertractari. Ideo dic quomodo ad rationes in contrarium respondetur.

5 **Magister:** Ad primam respondetur quod quando sententia transit in rem iudicatam (nisi fuerit appellatione

---

23 2...Diffinitiva] *Dictum Gratiani post C. 2 q. 6 c. 41 col. 897ss, 30,4 ad...contrarium]* 1 Dial. 6.28

---

11 in iure<sup>1</sup>] inquirere Bb | tamen] Bb: autem Fi An We Ly  
13 christianam] Christi Ly 17 quem] quam Ly | fuerit lata] fertur We  
lata eo] laticio Bb | ipsi] ipse Ly 18 ideo] *omitted* We | a<sup>1</sup>] in Fi An  
22 appellet] We: appellaret Bb, Fi (=app<sup>et</sup>) An Ly 23 §] *omitted* Ly  
25 potest] *omitted* Bb | cui...27 et] non est necesse appellare nisi ille  
contra quem fertur censeatur parere ex hoc quod non appellat Ly 27 non]  
autem Ly 31 privilegiata] privilegiata We | quia...34 matrimonii] **We**  
Vc Ox Ba: *omitted* **Bb Fi An Ly** 36 Et] *omitted* We | hoc] hec We  
responsio] etiam *added* Ly | rationem] *omitted* An 30,3 Ideo] Imo Ly

suspensa), tunc qui a sententia iniqua infra tempus statutum a iure absque causa rationabili neglexerit appellare per interpretationem iuris late sententiae parere videtur. Sed quando sententia iniqua nullo modo poterit transire in rem iudicatam, nec aliquo modo potest firmitatem sententiae obtinere, ille qui a tali sententia non appellat non intelligitur per interpretationem iuris parere eidem. Talis autem est sententia pape lata contra fidem, quia nullo modo potest transire in rem iudicatam, nec unquam potest aliquis per talem sententiam obligari. Ideo non est necesse appellare, sed sufficit absque verbo appellandi verbo vel facto pro loco et tempore sententiam detestari, et eo ipso intelligitur quis eidem sententiae dissentire, et talis dissensus loco appellationis est habendus.

Ad secundam respondetur quod remedium appellationis est ad presidium innocentiae institutum quando aliter quam per appellationem non potest innocentia esse tuta. Sed quando innocentia potest aliter esse segura quam per remedium appellationis, non est simpliciter necessaria appellatio, licet nonnunquam possit esse utilis, etiam licet innocentia aliter possit esse tuta. Nunc autem de iure innocentiae catholici contra quem papa pronuntiaret legem christianam esse falsam aliter quam per appellationis remedium potest esse tuta, quia de iure talis sententia ipsum nequit aliquo modo ligare. Et ideo de iure sufficit catholico absque verbo appellandi talem sententiam verbo vel facto impugnare et ei nullatenus obedire.

**Discipulus:** Quid si de facto catholicus non est tutus nisi appellet a tali sententia pape?

**Magister:** In hoc casu tenetur propter defensionem fidei et suae innocentiae appellare. Si enim, taliter dampnatum a papa, alii christiani nollent defendere nisi vocem appellationis emitteret, necesse esset quod appellaret. Non quia de iure teneatur, sed quia aliter de facto tutus esse non potest.

Ad tertiam respondetur quod si quis debet uti aliquo, utendum est eo ad illum usum ad quem institutum est. Non

---

10 poterit] p<sup>t</sup> Fi An We potest Ly 13 interpretationem] interpretatione Bb | autem] omitted We Ly 17 verbo<sup>2</sup>] omitted Ly 21 respondetur] dicitur Ly 22 est] omitted Bb 24 esse] tuta et added Fi An remedium] rem Bb 27 de iure] omitted Ly 28 pronuntiaret] pronuntiat Fi An 30 Et] omitted Ly 35 appellet] appellaret Ly 40 quia<sup>1</sup>] quod Fi An Ly | teneatur] teneretur An | non] omitted Bb 42 debet] debe We 43 Non... 45 est] omitted Ly

45 tamen omni tempore nec in omni casu utendum est quolibet  
 ad illum usum ad quem institutum est. Medicina enim  
 instituta est ad sanitatem consequendam, et ideo qui debet uti  
 medicina debet uti ipsa ad sanitatem consequendam. Non  
 tamen debet quis omni tempore uti medicina intentione  
 50 sanitatis consequende, quia hoc sepe esset impedimentum  
 sanitatis et inductivum infirmitatis. Sic qui debet uti  
 appellatione debet uti ipsa ut ab oppressione relevetur vel ne  
 irrationabiliter opprimatur. Non tamen necesse est semper uti  
 appellationis remedio si alio modo ab oppressione quis valeat  
 55 relevari. Et ideo ab iniqua sententia pape pronuntiantis fidem  
 christianam esse falsam non est absolute necesse appellare,  
 licet in casu, quando oppressus aliter relevari non posset,  
 necesse esset appellare.

### *Capitulum 31*

**Discipulus:** Postquam disseruisti quantum volui an ille,  
 contra quem papa diffinitivam ferret sententiam quod lex  
 christiana est falsa, posset licite appellare a tali iniqua  
 5 sententia, et ibidem recitasti quod licet cuilibet christiano a  
 tali sententia appellare, sed motiva illius assertionis minime  
 adduxisti. Ideo rogo ut eandem assertionem fulcire nitaris.

**Magister:** Quod cuilibet christiano a tali sententia licet  
 appellare videtur multis modis posse probari. Primo sic. A  
 10 sententia lata contra alium licet cuilibet appellare cui per  
 talem sententiam fit preiudicium manifestum (Extra, *De  
 sententia et re iudicata*, c. *Cum super*). Sed per sententiam  
 pape quod lex christiana est falsa latam contra alium fit  
 cuilibet christiano preiudicium manifestum, quia cum, teste  
 15 Apostolo, una sit fides omnium, sententia lata contra fidem  
 est in preiudicium cuiuslibet christiani. Ergo a tali sententia  
 lata contra alium licet cuilibet christiano appellare.

**Discipulus:** Non videtur quod per talem sententiam aliis  
 preiudicium generetur, quia res inter alios acta aliis non

---

**31,5** ibidem recitasti] Especially in 1 Dial. 6.18, 25, 27. **6** motiva...7  
 adduxisti] The point had already been independently argued in 1 Dial.  
 6.18.84-95\* with a reference to D. 96 c. 4 (“*Ubinam*”) col. 617  
**11** Extra...12 super] X. 2. 27. 17 col. 890 **14** teste...15 Apostolo]  
 Ephesians 4: 5-6

---

**45** enim] omitted Bb Fi An **48** quis] in added Fi **53** quis] quia Bb  
**56** licet] sed Bb | relevari] revelari Bb **57** esset] esse We  
**31,2** disseruisti] We Vc Ox Ba Va Sm: asseruisti **Bb Fi An Ly 3** ferret]  
 fert Ly **8** tali] iniqua added We | licet] liceat We **9** probari] probari  
 Bb **16** est] omitted Bb

nocet (Extra, *De fide instrumentorum*, c. *Inter dilectos*). Igitur 20  
sententia iniqua contra fidem lata contra aliquem aliis  
catholicis non nocet, et per consequens non interest eorum a  
tali sententia appellare.

**Magister:** Respondetur quod illa regula ‘res inter alios 25  
acta aliis non nocet’ “*fallit in multis casibus*” secundum quod  
notat glosa Extra, *De sententia et re iudicata*, c. *Quamvis*.  
Nocet enim, ut ibidem dicit glosa “*cum cause sunt connexe*”.  
Et per consequens multo magis cum causa est una et eadem,  
cuiusmodi est causa fidei que omnibus est communis. Et ideo 30  
cum fides catholica condempnatur, omnibus catholicis  
preiudicium generatur. Quare omnibus licet, si voluerint, a  
tali sententia appellare.

**Discipulus:** Alia motiva adducas.

**Magister:** Secundo sic arguitur. Cuilibet licet 35  
appellando et defendendo suam prosequi iniuriam. Sed per  
talem iniquam sententiam pape cuilibet catholico fit iniuria.  
Igitur cuilibet licet a tali sententia appellare.

Tertio sic. Unusquisque catholicus magis tenetur 40  
defendere fidem catholicam quam filios, consanguineos, vel  
parentes, quia fides est illis omnibus preferenda. Ergo non  
minus licet appellare seu provocare pro fide catholica  
condempnata quam pro parente, filio, vel consanguineo  
condempnato. Sed mater, licet non posset agere pro filio, pro  
filio tamen condempnato appellare licet (2 q. 6 c. *Non solent*,  
ubi sic dicitur: “*Sed etsi mater cum filii rem sententia versam 45*  
*animadverteret provocaverit pietati dans dicendum est et*  
*hanc audiri debere*”, ubi dicit glosa super verbo  
‘provocaverit’: “*pro filio condempnato vel pro consanguineo*  
*etiam possunt appellare aliqui*”. Igitur multo magis pro fide  
catholica condempnata licet cuilibet catholico appellare seu 50  
provocare.

---

20 Extra...dilectos] X. 2. 22. 6 col. 770 26 glosa...Quamvis] X. 2. 27.  
25 s.v. res inter alios col. 903 27 ibidem...glosa] *loc. cit.* 44 2...solent]  
C. 2 q. 6 c. 30 col. 886 47 ubi...glosa] *loc. cit.* s.v. provocaverit

---

20 nocet] in multis casibus secundum quod glossa notat *added* Ly  
24 regula] *omitted* Bb 26 Extra] Et Ly | et] de *added* Bb 27 Nocet]  
notatur *added* Bb notat *added* Fi An | enim] *omitted* Bb 31 voluerint]  
voluerit Bb 36 iniuria] iniuriam We 39 filios] *omitted* Bb 43 mater]  
iure Fi 45 Sed] Quod Ly | etsi] si Ww | cum...46 animadverteret]  
*omitted* Ww 46 pietati dans] ex pietate Ww | et] *omitted* Ly 47 hanc]  
hac Bb | debere] debet Ly 48 provocaverit] pro filio Ly | vel] *omitted*  
Ww 49 etiam] *omitted* Ww | appellare] appellari Bb | aliqui] alii Ly  
50 cuilibet] christiano *added* Ly

Quarto sic. Non minus licet appellare a sententia inferente iniuriam, que est a catholicis maxime vindicanda, quam a sententia inferente iniuriam que minus est a catholicis vindicanda, quia appellatio vel est vindicta quedam vel via quedam ad vindictam inferendam. Sed iniuria illata per sententiam iniquam pape diffinitive pronuntiantis legem christianam esse falsam est magis vindicanda a catholicis quam quecunque iniuria propria alicuius illata per sententiam iudicis inferioris. Ergo si licet appellare a sententia iudicis inferioris iniqua qua sententiaretur aliquis esse privandus bonis suis temporalibus vel puniendus in persona, multo magis licet cuilibet catholico appellare a sententia pape pronuntiantis legem christianam esse falsam.

Maiores istius rationis videtur manifesta. Minor, scilicet quod iniuria illata per talem sententiam pape est magis vindicanda etc., probatur. Quia illa est iniuria Christi et Dei directe. Iniuria autem Dei magis est vindicanda quam propria, teste beato Gregorio qui, ut habetur 23 q. 4 c. *Si is*, ait: “*Si is qui prelatus est debitori Dominico culpas impune dimittit, non mediocriter profecto offendit qui debita celestis regis et Domini sua presumptione resolvit. Ea namque que in nos committuntur, facile possumus dimittere, ea vero que in Deum commissa sunt, cum magna discretione, nec sine penitentia debemus elaxare*”. Et Chrysostomus super Mattheum ait: “*In propriis iniuriis esse quempiam patientem laudabile est. Iniurias autem Dei dissimulare nimis est impium*”. Augustinus etiam, ut habetur 23 q. 4 c. *Si ea*, ait: “*Si ea de quibus vehementer Deus offenditur insequi vel ulcisci differimus, ad irascendum utique divinitatis patientiam provocamus*”.

Ex quibus patet quod iniuria Dei est precipue et magis quam propria vindicanda. Et ita si licet a sententia inferioris

---

69 23...is<sup>1</sup>] C. 23 q. 4 c. 28 col. 1739 75 Chrysostomus...Mattheum] Pseudo-Chrysostomus, *Opus imperfectum in Mattheum, homilia quinta*, in PG 56, col. 668 78 23...ea<sup>1</sup>] C. 23 q. 4 c. 50 col. 1761

---

54 catholicis] maxime added Bb 59 iniuria] iniuriam We | alicuius] alicui Ly 61 sententiaretur...privandus] sententiaret aliquem esse privandum Ly 62 puniendus] puniendum Ly 63 appellare] omitted Fi An 65 videtur manifesta] apparet Ly 68 directe] omitted Fi An 69 beato] omitted Bb | is<sup>1</sup>] sic added Ly 70 est] omitted Bb 72 Ea... que] Ly: nam eaque Bb Fi An We | nos] nobis Ww 74 nec] tamen added Ww 75 debemus elaxare] possumus relaxare Ww 77 impium] Et added Fi An 78 ait...ea<sup>2</sup>] omitted Bb 79 vel] et Bb Fi An 80 divinitatis] deitatis Bb Ly

iudicis inferente iniuriam propriam appellare, multo magis licet a sententia inferente Deo iniuriam (cuiusmodi est illa sententia pape qua condempnatur fides catholica) appellare. 85

### *Capitulum 32*

**Discipulus:** Hec ultima ratio tripliciter videtur deficere. Primo quia auctoritates non loquuntur de omnibus christianis, sed tantummodo de prelati qui debent Dei iniuriam vindicare. Secundo quia si concluderet, probaretur per illam quod necesse esset cuilibet catholico a tali sententia appellare, sicut quilibet catholicus tenetur iniuriam Dei vindicare. Tertio quia ex ipsa sequeretur quod quilibet criminosus excommunicatus et infamis posset a tali sententia appellare, sicut quilibet criminosus excommunicatus et infamis potest propriam prosequi iniuriam (ergo multo magis iniuriam illatam Deo, si ratio illa procedit). Hec sunt que illam rationem impedire videntur. Tu autem dic qualiter potest responderi ad ipsa. 5

**Magister:** Ad primam istarum posset aliquis dicere quod, eo ipso quod auctoritates superius allegatae insinuant iniuriam Dei esse vindicandam a prelati, etiam manifestant quod omnes catholici, quantum licet et expedit pro gradu et officio uniuscuiusque, debent iniurie illate Deo occurrere. Et ideo appellare ab iniqua sententia non solum conveniat prelati sed etiam subditis. Eo enim ipso quod prelati debent iniuriam Dei vindicare, licebit subditis (sed plus non possunt vel statui eorum non competit) a tali sententia appellare, quia minus est appellare quam vindictam exercere. Si ergo prelati debent vindictam exercere in illos qui iniuriantur Deo, licebit eis a tali sententia appellare. 15 20 25

---

32,5 illam] ipsam We 7 vindicare] iudicare Fi An 9 infamis] infamisi Ly | posset... 10 infamis] omitted Ly 10 excommunicatus] omitted Bb 11 prosequi] insequi Ly | iniuriam<sup>1</sup>] immo etiam inimicus posset a tali pape sententia appellare, quia inimicus potest prosequi iniuriam propriam added We Vc Ox Ba 12 illa] omitted Ly 13 Tu] tua We 15 primam istarum] Ly: primum istorum Bb Fi An We | aliquis] quis We 16 eo... quod<sup>2</sup>] We: omitted Bb Fi An Ly | superius] superioris We 17 Dei] omitted Ly | manifestant] manifestat Bb We 18 quantum] in quantum Ly 20 ideo] cum added We | conveniat] convenit Ly 21 enim] omitted We | prelati] prelati We 22 sed] si We 23 appellare] et appellationem prosequi cum effectu. Porro ex hac obiectione tua sequi videtur quod saltem prelati licet a tali sententia appellare added We Vc Ox Ba 25 illos] eos Ly | iniuriantur] iniurientur Ly 26 appellare] appellari Fi

Ad secundam dicitur quod per dictam rationem non probatur quod aliquis teneatur a tali sententia appellare, nisi quando non potest convenienter aliter quam appellando tali inique sententiae obviare. Et in hoc casu conceditur quod necesse est a tali sententia appellare. Nec intendunt illi qui dicunt non esse necesse appellare a tali iniqua sententia quod in nullo casu sit necesse appellare, sed quod non est regulariter necesse. Quia, quando regulariter est necesse appellare ab aliqua iniqua sententia, hoc est ne talis sententia transeat in rem iudicatam. Ob hanc autem causam nunquam est necesse appellare a sententia lata contra fidem. Sed ob aliam causam potest alicui incumbere necessitas appellandi, puta si aliter (propter malitiam vel negligentiam vel imperitiam aliorum, vel ob aliam causam) non posset talem iniquam sententiam impugnare.

Ad tertiam potest dici quod si non esset alius quam criminosus et infamis qui vellet causam fidei prosecui contra papam pronuntiantem fidem christianam esse falsam, criminosis et infamibus liceret a tali sententia appellare et prosecui suam appellationem, essentque tales audiendi. Idemque posset dici de inimicis in favorem fidei christiane. Tales tamen ad testificandum non essent aliquatenus admittendi. Si autem essent alii bone fame et non inimici, non essent predicti audiendi si a tali sententia appellarent, et tamen essent audiendi si propriam prosequerentur iniuriam, quia non essent alii qui eorum iniuriam prosequerentur.

### *Capitulum 33*

**Discipulus:** Satis disputavimus an liceat a sententia pape appellare si diffinitive pronuntiaret contra catholicum fidem christianam esse falsam. Ideo ad interrogationem aliam me converto, an videlicet a sententia quacunq[ue] pape qualemcunq[ue] heresim continente liceat appellare. Unde de hoc unam vel plures narra sententias.

---

27 secundam] scd'm We 28 probatur] probaretur Ly 32 quod...33 necesse] omitted Bb 33 nullo] illo We | quod] Kn: omitted Ww 34 necesse<sup>1</sup>] appellare ab aliqua sententia iniqua added Ly 35 ab... sententia<sup>1</sup>] omitted Ly 37 Sed] Si Bb Fi An 40 imperitiam] peritiam Fi 41 sententiam] efficaciter added We 42 tertiam] tertium We | quam] omitted Bb 44 christianam] Christi Ly 49 essent] audiendi added Bb 50 si] et Bb 33,2 liceat] We: licet Bb Fi An Ly 3 pronuntiaret] pronuntiet We | catholicum] We : catholicam Bb Fi An catholicos Ly 5 videlicet] omitted Ly 6 heresim] heresi Fi An | continente] continentem Bb



**Magister:** Tenentes quod nunquam licet appellare a papa dicerent quod nulli liceret a tali sententia appellare. Alii autem dicerent quod ab omni sententia pape, qualemcunque heresim contineat, sive dampnatam explicite sive solummodo implicite, licet appellare. 10

**Discipulus:** Pro ista secunda sententia nitere allegare.

**Magister:** Quod a tali sententia liceat appellare sic probatur. Ab omni sententia pape licet appellare quam est licitum impugnare. Sed talem sententiam licet impugnare, quia licet omnem heresim dampnatam explicite vel implicite impugnare. Ergo a tali sententia licet appellare. 15

Secundo sic. Idem iuris est in parvis quod in magnis (Extra, *De prebendis*, c. *Maioribus*, et 14 q. ultima c. ultimo). Ergo idem iuris est in heresi que videtur maxima et in heresi que videtur parva. Sed a papa diffinitive pronuntiante et determinante maximam heresim esse tenendam (quod fides christiana videlicet est falsa) licet appellare. Ergo a papa heresim que videtur minima pronuntiante diffinitive esse tenendam licet appellare. Et ita, quamcunque heresim sententiaverit esset tenendam, liceret appellare. 20 25

Tertio sic. Idem iuris est in parte quod in toto. Ergo idem iuris est de heresi que partem fidei catholice videtur destruere et de heresi que totam negat catholicam fidem. Sed a papa pronuntiante totam fidem Christi esse falsam licet appellare. Ergo a papa pronuntiante quamcunque heresim cuicunque veritati catholice adversantem esse tenendam licet appellare. 30

Quarto sic. Ratio quare a papa pronuntiante fidem christianam esse falsam licet appellare est quia talis papa est hereticus et destruit catholicam fidem. Sed papa pronuntians diffinitive quamcunque heresim esse tenendam est hereticus et destruit catholicam fidem. Ubi autem est eadem ratio debet esse idem ius. Ergo a papa quamcunque heresim pronuntiante diffinitive esse tenendam licet appellare. 35 40

---

33,20 Extra... Maioribus] X. 3. 5. 8 col. 1028 | 14...ultimo] C. 14 q. 6 c. 4 (*Fur autem*) col. 1416

---

11 sive<sup>2</sup>] dampnatam added We 13 nitere] nitaris Ly 16 licet] omitted Bb 17 omnem] omnibus Fi An | vel implicite] omitted Bb 19 iuris est] videtur esse Ly 20 14] We: 24 Bb Fi An Ly | ultimo] fi. Ly (finali?) 22 parva] max<sup>a</sup> Bb | et...23 determinante] omitted Bb 23 determinante] declarante Ly 24 est] esset Ly 25 heresim...minima] omitted Ly diffinitive...26 tenendam] quamcunque heresim cuicunque catholice veritati adversantem esse tenendam Ly 26 Et...27 appellare] omitted Ly 27 liceret] licet Bb An We 29 videtur] videt We

Pro hac assertione possunt adduci rationes supra  
 capitulo 18 inducte, quia ille probant quod ab omni papa  
 heretico licet appellare, quamvis patentius quodammodo  
 45 concludant quod a papa pronuntiante fidem christianam esse  
 falsam licet appellare.

### *Capitulum 34*

**Discipulus:** Ex predictis adverto quod secundum istos  
 non refert ad hoc quod liceat a papa heretico appellare an  
 papa diffinitive pronuntiet legem christianam esse falsam, vel  
 5 quamcunque heresim que fidei obviet orthodoxe, quamvis  
 etiam plures tenerent talem assertionem fidei catholice  
 nullatenus repugnare.

**Magister:** Verum dicis. Quia indubitanter tenent quod  
 omnis heresis, quantumcunque a christianis etiam eruditis et  
 10 in scriptura sacra peritis reputetur catholica, est a quolibet  
 catholico sciente eam veritati contrariari catholice  
 impugnanda. Et ideo licet omni catholico a papa pronuntiante  
 diffinitive quamcunque heresim esse tenendam appellare.

**Discipulus:** Quid si papa non pronuntiat diffinitive  
 15 aliquam heresim esse tenendam, sed publice docet et predicat  
 aliquam heresim esse tenendam? Nunquid licet appellare ab  
 ipso?

**Magister:** Respondetur quod appellare licet. Qualiter  
 tamen et quando liceat appellare oportet attendere diligenter.  
 20 Aut enim papa docet, predicat, dogmatizat aut asserit heresim  
 contrariam veritati catholice quam tenetur explicite credere,  
 et tunc statim licet appellare, non tantum a doctrina iniqua  
 sed etiam a docente tanquam heretico, quia talis papa statim  
 sine examinatione maiori est hereticus reputandus. Si enim  
 25 papa assereret non esse in divinis tres personas distinctas,

---

**34,24** Si...25 assereret] Probable allusion to John XXII's sermon  
 "Gaudete in Domino semper" of 17 December 1329 (Ockham, *Epistola ad  
 Fratres Minores*, OP III, p.14, line 21 and Offler's note thereto). This  
 passage may have been originally composed prior to the *visio beata*  
 controversy since it does not mention it as an example.(PP\*)

---

**42** hac] ista Ly | possunt] possent Fi An **45** christianam] catholicam  
 An catholicam christianam Ly **46** appellare] etc. *added* Ly **34,3** a papa]  
 ab Ly **4** pronuntiet] nuntiet Bb pronuntiat Ly | legem] fidem Ly  
**5** obviet] obviat Ly **9** omnis] **We** Vc Ox Ba Sm: cum **Bb Fi An Ly**  
**11** sciente] **We** Vc Ox Sm: scienti **Bb Fi An Ly** **13** quamcunque]  
*omitted* Fi An **15** et] tenet vel *added* Ly **16** Nunquid] nunquam Bb  
**21** credere] tenere Ly **22** tantum] solum Ly **23** statim] *omitted* Ly  
**25** assereret] asserit Ly

cum teneatur explicite credere Patrem et Filium et Spiritum Sanctum esse distinctas personas, statim papa censendus est hereticus.

Aut papa predicat vel dogmatizat heresim contrariam veritati quam non tenetur explicite credere, puta si predicaret David non fuisse filium Isai, vel Ieroboam non fuisse regem Israel. Et tunc non est statim appellandum a papa. Sed si de assertione oritur scandalum, est subtiliter indagandum an paratus sit corrigi suam assertionem revocando. Si autem non est paratus corrigi, tunc licet appellare, impugnando videlicet doctrinam hereticam, et docentem hereticum si fuerit pertinax deprehensus.

### *Capitulum 35*

**Discipulus:** Non videtur quod in hoc casu sit appellandum a papa, sed magis apparet quod accusandus est papa. Nam appellatio seu provocatio vel fit a iudice vel se gerente pro iudice, vel fit extra iudicium ne aliquid fiat in preiudicium appellantis super eo pro quo appellat. Sed primo modo non est appellandum a papa si docet aut predicat hereticam pravitatem, quia docendo aut predicando non tenet locum iudicis nec se gerit pro iudice, sed gerit se pro doctore vel predicatore aut assertore. Nec secundo modo est in hoc casu appellandum a papa, quia talis appellatio est respectu alicuius futuri ne fiat, sicut, quando aliquis appellat ne electio aliqua fiat in preiudicium appellantis, talis appellatio respicit electionem futuram, ne videlicet fiat. Sed assertio pape heretica quam predicavit aut docuit est preterita. Ergo a papa taliter predicante non est appellandum secundo modo.

**Magister:** Dicunt nonnulli, sicut tactum est prius, quod non intendunt loqui de appellatione stricte (secundum quod in iure positivo accipitur) quando dicunt quod licet appellare a papa docente hereticam pravitatem, sed intendunt loqui de appellatione largissime (secundum quod omnis impugnatio facto vel verbo pape docentis hereticam pravitatem potest dici

---

35,17 prius] 1 Dial. 6.18.11-12\*, 36-37\*

---

26 cum teneatur] tamen tenetur Ly 27 est] esset We esse *added* Bb  
 36 docentem] dicentem tanquam We | hereticum] heresim Ly  
 35,3 apparet] videtur Ly 6 pro quo] We Vc Ox Ba Sm: quod Bb Fi An  
 Ly 7 docet] doceat Ly 9 gerit<sup>1</sup>] geret We | gerit<sup>1</sup>...sed] *omitted* Bb  
 pro<sup>2</sup>] iudice *added* Fi 11 respectu] *omitted* Fi An 14 videlicet] *omitted*  
 Bb 16 est] *omitted* Bb 18 non] *omitted* Bb 19 quod] non *added* Ly  
 22 facto] *omitted* Bb

appellatio), et isto modo licet appellare a papa heresim  
 predicante, quia licet cuilibet catholico talem heresim  
 25 impugnare et papam, si fuerit pertinax, accusare.

**Discipulus:** Isti loquuntur improprie cum dicunt quod  
 omnis impugnatio pape potest dici appellatio, quia  
 manifestum est quod omnis accusatio est impugnatio,  
 accusatio autem distinguitur ab appellatione, ergo non omnis  
 30 impugnatio est appellatio.

**Magister:** Isti, ut dixi, de proprietate locutionis in hac  
 materia non curant.

**Discipulus:** Quare?

**Magister:** Quia, ut dixi prius, non reputant necessarium  
 35 absolute appellare quantum est de iure in quocumque casu a  
 papa heretico vel heresim predicante, vocando  
 ‘appellationem’ quando verbum appellandi emittitur. Sed si  
 quis voluerit vocare ‘appellationem’ omnem impugnationem  
 pape heretici, sic dicunt quod necesse est appellare. Si autem  
 40 dicat quis quod non sit utendum ‘appellatione’ in isto sensu,  
 de verbis contendere nolunt. Et ideo in hoc sistunt quod papa  
 predicans heresim modo predicto est a catholicis  
 impugnandus.

### *Capitulum 36*

**Discipulus:** Ex premissis intelligo quod dicentium  
 licere catholicos appellare a papa heretico quidam dicunt  
 quod non est necesse verbum ‘appellandi’ emittere, licet  
 5 aliquando expediat, quidam vero dicunt quod hoc est necesse.  
 Primi autem diversas patiuntur difficultates vocales propter  
 varias significationes quas nomini ‘appellationis’ attribuunt.  
 Omnes autem predicti in hoc conveniunt quod omnem  
 doctrinam pape hereticam, et etiam papam hereticum licet  
 10 fidelibus impugnare. Ideo, omissis vocabulo ‘appellationis’ et  
 ‘appellantis’, volo in quibusdam interrogationibus quas tibi de  
 materia precedenti proponam uti vocabulo ‘impugnationis’ et  
 ‘impugnantium’. In primis autem interrogo an impugnantes

---

34 prius] 1 Dial. 6.20, 24, 25 36,8 Omnes...conveniunt] Cf. similar approach in 1 Dial. 6.75

---

31 ut] prout Ly 32 non] omitted Bb 34 reputant] esse added Ly  
 36 vocando] notando Ly 38 omnem] ēē We (misspelled for oē ?) 36,1 ]  
 26 An 2 intelligo] omitted Fi An 3 catholicos] catholicis Bb Fi An  
 papa] pape We 6 vocales] notabiles Ly | propter] per Fi An 9 et...  
 hereticum] omitted Ly 11 appellantis] appellantium We  
 13 impugnantium] impugnantis Ly

papam hereticum sint a catholicis aliis defendendi, etiam  
contra papam taliter impugnantes punire volentem. 15

**Magister:** Circa hanc interrogationem sunt assertiones  
contrarie. Una est quod impugnantes papam hereticum qui  
verbum ‘appellandi’ nequaquam emittunt non sunt a  
catholicis defendendi. Alia est contraria, scilicet quod sunt a  
catholicis defendendi. 20

**Discipulus:** Pro istis assertionibus contrariis te libenter  
audio allegare.

**Magister:** Prima assertio videtur posse probari tali  
ratione. Maius est defendere impugnantes papam hereticum  
quam eorum impugnationi deferre, quemadmodum maius est  
defendere appellantes quam appellationi deferre. Sed  
catholici non tenentur deferre impugnationi pape heretici nisi  
impugnantes interposuerint appellationem legitimam. Ergo  
nec tenentur taliter impugnantes defendere. 25

Secundo sic. Per impugnationem non eximitur  
impugnans a iurisdictione prelati quem impugnat, sed per  
appellationem legitimam eximitur appellans a iurisdictione  
prelati a quo appellat. Ergo per solam impugnationem pape  
heretici non eximitur impugnans a iurisdictione pape, sed per  
appellationem eximitur. Catholicis autem non debent  
defendere contra papam nisi solos exemptos a iurisdictione  
pape. Ergo licet teneantur defendere appellantes, non tamen  
tenentur defendere impugnantes qui non appellant. 30  
35

### *Capitulum 37*

**Discipulus:** Sufficiant iste allegationes pro assertione  
predicta. Ideo pro contraria allegare conare.

**Magister:** Quod omnes impugnantes papam hereticum  
cum circumstantiis debitis, licet non appellent, sint a  
catholicis defendendi videtur multis rationibus posse probari.  
Est autem prima ratio talis. Qui sancte, rite, et legitime  
causam omnium fidelium prosequuntur sunt ab omnibus 5

---

14 a] *omitted* Bb 16 Circa] *omitted* Bb 17 quod] si *added* We | qui] *omitted* We 19 Alia] *omitted* Fi | contraria...quod] quod omnes impugnantes qualitercunque absque peccato papam hereticum We Vc Ox Ba 22 audio] audiam We 25 deferre] differre Ly | quemadmodum... 26 deferre] *omitted* Ly 27 deferre] differre Ly 28 interposuerint] interposuerint We 29 nec] non Fi An 31 quem...33 prelati] *omitted* Fi An | per] propter Ly 35 appellationem] pape *added* Ly 37 teneantur] teneatur We 38 appellant] appellaat We **Capitulum 37,5** cum] *omitted* Ly | appellant] appellatione Bb | a] *omitted* Bb 7 sancte...legitime] We: sancte et rite legitime Bb Fi An Ly

10 fidelibus defendendi. Qui enim negotium alicuius gerit  
utiliter auxilium et favorem ab eo meretur, aliter enim erit  
ingratus et nequam non reddens bonum pro bono. Sed  
impugnantes papam hereticum causam omnium fidelium  
prosequuntur, quia causa fidei est causa omnium  
catholicorum. Ergo sunt ab omnibus catholicis defendendi.

15 Secundo sic. Magis tenentur catholici et fideles  
defendere prosequentes causam fidei que est causa omnium  
quam teneatur papa defendere illos qui causas proprias  
prosequuntur. Sed papa debet defendere illos qui causas  
proprias prosequuntur, teste Zepherino papa qui, ut habetur 2  
20 q. 6 c. *Ad Romanam*, ait: “*Ad Romanam ecclesiam ab  
omnibus maxime tamen ab oppressis est appellandum et  
concurrendum quasi ad matrem, ut eius uberibus nutriantur,  
auctoritate defendantur et a suis oppressionibus releventur*”.  
Ergo multo magis si impugnantes papam hereticum ad  
25 quoscunque concurrerint orthodoxos, sunt ab eis defendendi.

Tertio sic. Magis sunt defendendi a catholicis  
impugnantes hereticam pravitatem, ne propter  
impugnationem huiusmodi patiantur, quam sint socii a sociis.  
Sed socius socium debet defendere, teste Ambrosio qui in  
30 libro *De officiis*, ut legitur 23 q. 3 c. *Non inferenda*, ait: “*Qui  
non repellit a socio iniuriam, si potest, tam est in vitio quam  
ille, qui facit*”. Ex quibus verbis colligitur quod socius socium  
debet contra iniuriantem defendere. Ergo multo magis  
catholici debent impugnantes hereticam pravitatem defendere  
35 ne propter impugnationem huiusmodi iniuriam patiantur.

Quarto sic. Non minus tenentur catholici defendere  
impugnantes hereticam pravitatem quam ecclesia teneatur  
defendere sceleratos et impios qui ad eam confugiunt, cum  
boni magis sint defendendi quam mali. Sed ecclesia tenetur  
40 defendere malos fugientes ad ipsam ( 17 q. 4 c. *Frater et  
coepiscopus noster* et c. *Sicut*, et in multis aliis decretis  
sanctorum patrum idem habetur). Ergo multo magis catholici  
tenentur defendere impugnantes hereticam pravitatem.

---

**Capitulum 37,19** 2...20 Romanam<sup>1</sup>] C. 2 q. 6 c. 8 col. 868 30 23...  
inferenda] C. 23 q. 3 c. 7 col. 1714 40 17...41 noster] C. 17 q. 4 c. 10  
col. 1568 41 c Sicut] C. 17 q. 4 c. 12 col. 1568

---

9 alicuius] alterius Fi An 14 Ergo] taliter impugnantes papam hereticum  
added We Vc Ox Ba 18 qui] omitted We 20 ab...21 omnibus] omitted  
Ww 21 tamen] omitted Ly | ab] ob Bb 22 nutriantur] et added Ly  
24 si] omitted Ly 30 ait] sic. Ly 39 boni] omitted Fi An | sint] sunt  
Ly 40 fugientes] fugiente We | c<sup>1</sup>] reum et c. added We Vc Ox Ba  
et...41 coepiscopus] omitted Ww 41 noster] vester Ly

**Discipulus:** Quod ecclesia defendit malos fugientes ad ipsam est ex privilegio speciali quale non habent impugnantes hereticam pravitatem. 45

**Magister:** Hec responsio impugnatur. Quia ubi est eadem ratio debet esse idem ius. Sed ratio quare ecclesia defendit malos fugientes ad ipsam est ut honor ecclesie conservetur (17 q. 4 c. *Reum*). Honor autem ecclesie et universaliter omnium catholicorum et etiam Dei magis conservatur per defensionem impugnantium hereticam pravitatem quam per defensionem malorum quantumcunque ad ecclesiam confugerint. Ergo magis defendendi sunt quam tales mali predicti. 55

**Discipulus:** Alias rationes adducas.

**Magister:** Quinto videtur posse probari eadem assertio sic. Fides catholica magis defendenda est quam patria. Unusquisque autem patriam debet defendere, iuxta illud sapientis: "*Pugna pro patria*". Cui concordat Ambrosius primo De officiis qui, ut legitur 23 q. 3 c. *Fortitudo*, ait: "*Fortitudo, que vel in bello tuetur a barbaris patriam, vel domi defendit infirmos, vel a latronibus socios, plena iustitie est*". Ergo multo magis fides catholica est ab omnibus catholicis defendenda. Non autem defenditur fides nisi defensentur impugnantes hereticam pravitatem. Igitur omnes catholici pro loco et tempore impugnantes hereticam pravitatem debent defendere. 60 65

Sexto sic. Hoc debet catholicus impugnantibus papam hereticum sine quo dilectio Dei et proximi non habetur. Sed absque defensione impugnantium papam hereticum dilectio Dei et proximi non habetur. Quod autem dilectio Dei, patet, quia quod non fit impugnantibus propter Deum papam hereticum non fit Deo, iuxta illud Christi Matth. 25: "*Quamdiu non fecistis uni de minoribus his, nec michi*" 70 75

---

50 17...Reum] C. 17 q. 4 c. 9 col. 1568 60 sapientis] *Monosticha Catonis*, 30. Cf. <http://faculty.georgetown.edu/jod/texts/monostich.html>  
61 23...Fortitudo] C. 23 q. 3 c. 5 col. 1714 74 Matth 25] Matthew 25:45

---

44 defendit] defendat Ly 54 sunt] impugnantes pravitatem hereticam added We 55 tales...predicti] mali ad ecclesiam confugientes We Vc Ox mali predicti ad ecclesiam fugientes Ba 57 eadem] eandem We 60 sapientis] Catonis Ly | patria] etc. added Ly | Ambrosius] libro added We 62 vel in] omitted Ww 63 iustitie] iustitia Ww 66 defensentur] defendantur Fi An Ly 69 debet] quilibet added Ly 70 hereticum] facere added Ly 72 Quod] Qui Bb | autem] non We Ly 75 his] istis Ly

*fecistis*”, ubi Christus asserit manifeste quod opera misericordie que non fiunt suis fidelibus intelliguntur non fieri sibi, propter quorum omissionem impii deputabuntur eternis suppliciis. Ergo defensio que non exhibetur  
 80 impugnantibus papam hereticum intelligitur non exhiberi Deo. Qui autem non exhibet defensionem debitam honori divino Deum non diligit. Ergo qui non defendit impugnantem hereticam pravitatem caret dilectione divina. Nec etiam habetur dilectio proximi si impugnantem hereticam pravitatem  
 85 minime defenduntur. Quia qui proximo in sua necessitate non subvenit caritatem proximi minime habet. Impugnantem autem papam hereticum maxime indigent defensione. Ergo qui eos negligunt defensare caritatem ad ipsos nullatenus habent.

90 Septimo sic arguitur. Non defendere Christum et non defendere discipulos Christi veritatem catholicam nuntiantes ad idem genus criminis pertinet, sicut spernere Christum et spernere discipulos Christi. Sed spernere Christum et spernere discipulos Christi ad culpam spectat consimilem,  
 95 ipso Christo testante qui, ut habetur Luc. 10, dixit discipulis suis: “*Qui vos spernit me spernit*”. Hoc etiam patet, quia non defendere alium est quidam modus specialis alium contempnendi. Qui enim non defendit, spernit. Non defendere namque, cum quis potest, ex contemptu procedit, sicut  
 100 defendere ex amore procedit. Sed omnes catholici Christum debent defendere quando possunt, testante Augustino, qui turbam asserit graviter deliquisse quia Christum, cum duceretur ad mortem, non defendit, qui, ut habetur 23 q. 3 c. ultimo, ait: “*Ostendit propheta nec illos immunes esse a scelere, qui permiserunt principibus Christum interficere, cum pre multitudine timerentur, et possent illos a facto et se a consensu liberare*”. Ergo etiam illi qui discipulos Christi veritatem catholicam nuntiantes non defendunt non sunt  
 105 immunes a scelere reputandi. Tales autem discipuli Christi

---

95 Luc 10] Luke 10: 16 103 23...104 ultimo] C. 23 q. 3 c. 11 col. 1715

---

77 suis] *omitted* Fi An 92 pertinet] pertinent Fi pertinere videtur We  
 93 Christi...94 Christi] *omitted* Fi | Sed...94 Christi] *omitted* We  
 94 Christi] *omitted* An 96 Hoc] Hec We 97 alium<sup>2</sup>] *omitted* Ly  
 99 namque cum] enim quem Ly 101 testante] beato *added* We | qui]  
 quia Bb 102 deliquisse] delinquisse Fi An 103 qui] qua Ly | c...104  
 ait] *omitted* Ly 105 interficere] et *added* Ly 106 pre] pro Ww  
 109 discipuli Christi] *omitted* We



sunt papam hereticum impugnantes qui veritatem profitentur catholicam. Ergo tales sunt ab omnibus catholicis defendendi. 110

Octavo sic. Qui miserie alicuius compatitur subvenit sibi et defendit eum cum potest. Sed sanum membrum et verum corporis Christi mistici compatitur alteri membro in periculo constituto, cum videmus iuxta Apostolum quod “*si quid patitur unum membrum*” (corporis naturalis) “*compatiuntur omnia membra*” (1 Cor. 12). Ergo si aliqui patiuntur propter impugnationem catholice veritatis, omnia membra sana corporis Christi mistici compatuntur eisdem, et per consequens eis subveniunt et ipsos defendunt si possunt. 115  
120

Nono sic. Opera misericordie sunt omnibus impendenda. Ergo et defensio, cum sit opus misericordie, est omnibus impendenda, et per consequens defensio impugnantibus papam hereticum est prestanda. 125

### **Capitulum 38**

**Discipulus:** Per istam rationem probaretur quod impugnantes catholicam veritatem essent a catholicis defendendi, quia opera misericordie non solum bonis sed etiam malis oportet catholicos exhibere. Cum ergo defensio sit opus misericordie, oportet catholicos defensare hereticos veritatem catholicam impugnantes. 5

Item, opera misericordie nequaquam cadunt sub precepto. Tunc enim qui non daret eleemosynam aut non redimeret captivos peccaret mortaliter. Si ergo defensio est opus misericordie, catholici ad talem defensionem de necessitate salutis minime astringuntur. 10

Amplius, sicut punire delinquentes pertinet solummodo ad iudices seculares vel ecclesiasticos, ita defendere bonos ad superiores et potestates publicas noscitur pertinere. Ergo non ad omnes catholicos pertinet defensare impugnantibus papam hereticum. 15

Rursus, oppressorum defensio exhibetur cum illate vel inferende iniurie propulsantur. Sed iniurias propulsare ad

---

117 1...12] 1 Corinthians 12:26

---

110 qui] quia We 112 sic] omitted Ly 115 videmus] videamus Ly  
117 1] ad added Ly 119 compatiuntur] compatitur Bb | eisdem] eidem  
Bb Fi An 120 subveniunt] subvenit We 122 et] omitted Fi An Ly  
123 impendenda] exhibenda We **Capitulum 38,3** catholicam] fidem vel  
added Ly 4 sed...5 etiam] immo We 6 hereticos] omitted Fi An  
8 nequaquam] nunquam Fi An 10 mortaliter] mortale Bb 12 salutis]  
precepti We 15 potestates] potestatas Bb | non] omitted Bb  
16 impugnantibus] omitted Ly 19 propulsantur] pulsantur Ly

20 viros perfectos minime pertinet. Tum quia talibus Ipsa Veritas  
ait Matth. 5: “*Ego autem dico vobis non resistere malo*”. Tum  
quia armis iniuria propulsatur, viris autem perfectis (sicut  
clericis) non licet arma movere. Ergo saltem ad viros  
perfectos minime spectat impugnantes papam hereticum  
25 defensare.

Ista sunt que rationem factam de operibus misericordie  
et nonnullas alias, ut michi videtur, impediunt. Ideo quomodo  
respondetur ad ea gestio scire.

### *Capitulum 39*

**Magister:** Dicunt nonnulli quod iste obiectiones tuam  
insipientiam manifestant, et quod non intelligis assertionem  
predictam ostendunt. Ad cuius evidentiam tria dicunt esse  
5 notanda.

Quorum primum est quod sicut diversa sunt opera  
iustitie, quorum quedam omnibus subditis et prepositis  
possunt congrue convenire (sive enim subditus sive  
prepositus alienum habet, de necessitate iustitie restituere  
10 debet nisi ex aliqua causa rationabili excusetur), quedam vero  
sunt opera iustitie que non conveniunt omnibus sed solum  
prepositis (sicut iudicare iuste non competit nisi superiori),  
sic sunt quedam opera misericordie et beneficentie que  
omnibus competere possunt (sicut orare, intercedere pro  
15 aliquo, et nonnulla alia), quedam vero sunt opera misericordie  
que non omnibus competere debent, cuiusmodi opus est  
nonnunquam aliquos armis defendere.

Secundo dicunt esse notandum quod licet precepta  
affirmativa obligent semper, non tamen pro semper. Et ideo  
20 semper remanet quilibet obligatus ad opera misericordie que  
sibi competunt proximis exhibenda. Non tamen tenetur  
quilibet talia opera misericordie omni tempore exercere, sed  
loco et tempore opportunis aliis circumstantiis debitis  
observatis.

---

**Capitulum 38 ,21** Matth 5] Matthew 5:39 **39,18** licet...19 semper<sup>2</sup>  
The most extended utilization of this adage is in 1 Dial. 7.61 (OP VII). Cf.  
also 1 Dial. 4.29.45\* (OP V, 188) and 1 Dial. 7.10 (OP VII)

---

20 pertinet] spectat We | Ipsa] I<sup>a</sup> Bb Fi prima Ly **28** ea] illas Fi *omitted*  
An **39,8** sive enim] sicut cum Ly **9** habet] habuerit We **10** debet]  
habet Fi An Ly | aliqua] *omitted* Ly | rationabili] rationali Ly **13** que]  
qui Bb **16** debent...opus] *In We scriptor 8<sup>us</sup> begins his copywork with*  
*these words* (at fo. 79r line 1) | opus] misericordie *added* We  
**17** aliquos] alios Ly **22** sed] hoc *added* Ly **23** debit] debite Ly

Tertio dicunt esse notandum quod multis modis potest 25  
quis alios defensare. Uno modo armis violentie resistendo,  
alio modo verbis pro aliquo allegando vel impugnare volentes  
verbis exhortatoriis, preceptoris, vel prohibitoriis seu aliis  
quibuscunque a violentia reprimendo, alio modo occultando 30  
vel non prodendo aut in domum vel locum tutum recipiendo,  
aliisque modis quampluribus quos longum esset enarrare  
contingit alios defensare.

**Discipulus:** Narra quomodo ad obiectiones meas per  
ista notabilia respondetur.

**Magister:** Ad primam dicunt quod quamvis interdum 35  
oporteat etiam malis opera misericordie exhibere, non tamen  
omnia opera misericordie sunt omnibus malis et impiis  
exhibenda. Intercedere enim apud iudicem pro puniendis reis  
est opus misericordie, et tamen pro sceleratis incorrigibilibus 40  
liberandis nullus intercedere debet (23 q. 4 c. *Est iniusta*). Et  
ideo licet hereticis impugnantibus catholicam veritatem sint  
quedam opera misericordie impendenda, defensio tamen que  
in favorem heretice pravitatis vel in preiudicium fidei  
christiane posset aequaliter redundare est omnino 45  
subtrahenda, que tamen catholicis papam hereticum  
impugnantibus in favorem fidei orthodoxe a fidelibus est  
prebenda.

Ad secundam potest dici quod omnia opera misericordie  
pro aliquo tempore cadunt sub precepto, quemadmodum  
amor proximi (ex quo omnia opera misericordie procedere 50  
debent) cadit sub precepto. Et ideo defensio impugnantium  
papam hereticum, circumstantiis debitis observatis, cadit sub  
precepto, licet tale preceptum non intelligatur pro omni  
tempore obligare.

**Discipulus:** Pro quo tempore secundum istos obligat 55  
hoc preceptum?

**Magister:** Respondetur quod sicut dare eleemosynam  
tenetur de necessitate ille qui potest cum ex parte indigentis  
apparet evidens et urgens necessitas, nec scit alium quem

---

40 23... iniusta] C. 23 q. 4 c. 33 col. 1745

---

26 alios] de *added* Bb *omitted* Ly 27 aliquo] alio Ly | volentes]  
nolentes Ly 29 quibuscunque] modis *added* Fi An | reprimendo]  
reprehendendo Ly 30 vel<sup>2</sup>] in *added* Fi An 31 quampluribus] pluribus  
Ly 32 contingit] convenit Ly 33 Discipulus] *gap* An 36 exhibere]  
exhiberi Bb *omitted* Fi 38 reis] rei Bb 44 posset] potest Ly 50 ex] e  
Bb 53 intelligatur] intelligitur Ly

60 probabiliter credit velle et posse necessitatem habentis  
indigentiam subvenire, sic tunc tenetur quilibet qui potest  
modo defensionis sibi congruo et possibili impugnantes  
papam hereticum defensare, quando tali defensione  
65 necessario indigent nec apparet alius qui eis velit et possit  
tutionem impendere. Sicut etiam quando immineret  
periculum fidei essent prelati a subditis arguendi et fides  
catholica esset fideliter confitenda, sic quando ex omissione  
defensionis impugnantium papam hereticum periculum fidei  
70 immineret vel subtraheretur honor Dei, essent impugnantes  
papam ab omnibus qui possent (si non appareret alius qui eos  
protegeret) defendendi, et quicumque eis in aliquo casu  
(videlicet predictorum) defensionem debitam denegaret, in  
peccatum mortale et fautoriam heretice pravitatis laberetur  
nec posset aliquis nisi per solam impotentiam excusari.

75 **Discipulus:** De ista materia in septimo huius diligenter  
inquiram. Ideo refer quomodo ad aliam instantiam  
respondetur.

**Magister:** Ad illam instantiam dicitur quod aliquod  
genus defensionis solummodo pertinet ad iurisdictionem  
80 habentes, quemadmodum ad eos pertinet tantummodo  
regulariter plectere delinquentes. Sed preter talem  
defensionem, sicut dictum est in tertio notabili suprascripto,  
sunt multi alii modi defendendi papam hereticum  
impugnantes, qui aliis a iudicibus competere possunt. Sepe  
85 enim aliqui a violentiis aliorum solis precibus defenduntur.  
Unde et de tali modo defensionis habetur dis. 87 c. *Eos*, ubi  
sic legitur: “*Eos, qui ad ecclesiam confugerint, tradi non  
oportere, sed loci sancti reverentia et intercessione defendi*”.  
Ex quibus verbis colligitur quod nonnunquam eo ipso quod  
90 aliqui non traduntur vel pro eis interceditur, defenduntur.  
Multis etiam aliis modis potest quis defendi, qui non solum

---

75 in...76 inquiram] Especially the summation at 1 Dial. 7.69 (OP VII)  
although earlier contexts (e.g. 1 Dial. 7.20, 28, 41, 48) are also relevant.  
86 dis...Eos] D. 87 c. 6 col. 555

---

60 credit] credat We | habentis] habenti iuxta Ly 64 eis] eas Bb  
65 tutionem] tutionem Ly | immineret] imminet An Ly 67 confitenda]  
confidenda We 70 papam] hereticum *added* Ly | possent] possunt Bb  
An Ly | appareret] We: apparet Bb Fi An Ly 71 casu...72 videlicet]  
casuum We 74 posset aliquis] possent aliqui Ly 75 materia] *omitted*  
Ly | diligenter] *omitted* Ly 78 instantiam] responderetur seu Ly 80 eos]  
eosdem Ly 81 plectere] petere plectere Ly 85 solis] solum Fi An Ly  
86 et] *omitted* Ly 87 legitur] habetur Fi An | confugerint] We:  
confugerunt Bb Fi An confugiunt Ly 88 oportere] oportet Ww

ad iurisdictionem habentes sed etiam ad quoscunque alios pertinere noscuntur. Possunt ergo catholici minimi nullam iurisdictionem habentes et etiam maiores multis modis defendere papam hereticum impugnantes, quia interdum eos non tradendo, occultando, ab eorum persecutione molestantes verbis multiphariis revocando, et aliis modis quos longum esset enarrare. 95

Et per idem respondetur ad obiectionem quartam. Quia preter defensionem que fit armis sunt multi alii modi defendendi impugnantes predictos. Cum vero accipis quod iniuriam propulsare ad viros perfectos minime pertinet, negatur de multis modis iniuriam propulsandi. Et cum allegas auctoritatem Christi, respondetur secundum Augustinum super Iohannem, ut legitur 23 q. 1 c. *Paratus*, quod dictum Christi preceptum magis est ad preparationem cordis quam ad opus. Cum autem dicis quod armis iniuria propulsatur, verum dicis. Sed preter istum modum propulsandi iniuriam sunt alii multi viris perfectis et clericis congruentes. 100 105

110

#### **Capitulum 40**

**Discipulus:** Considero ex predictis quod isti largissime nomine ‘defensionis’ utuntur cum dicunt quod impugnantes papam hereticum sunt a catholicis defendendi, et ideo magis quam prius assertionem predictam intelligo. Et tamen adhuc vellem scire an amplius quam prius sepredicta assertio explicetur. 5

**Magister:** Videtur quod ultimate sic valeat explicari. Quilibet catholicus et fidelis impugnantes zelo fidei orthodoxe papam hereticum, cum evidenter indigent et necessario, vel periculum immineret fidei christiane, tenetur de necessitate salutis modo sibi possibili et congruenti defendere, si alius non apparet in promptu quem probabiliter credat velle et posse taliter impugnantes papam hereticum defensare. 10 15

---

105 23...Paratus] C. 23 q. 1 c. 2 col. 1701

---

92 ad<sup>2</sup>] omitted Bb Fi An | quoscunque] quoslibet Fi An 93 minimi] minime Bb omitted Ly 95 eos] omitted Ly 97 multiphariis] multifariis Bb 99 ad] ab Bb | obiectionem] omitted Ly 101 impugnantes predictos] impugnatos We 104 secundum] per beatum We 106 est] esse Bb 108 propulsandi] pulsandi Ly 40,5 Et] omitted Ly 6 an] si Ly 7 explicetur] We: expli<sup>ur</sup> Bb expli<sup>r</sup> Fi An explicatur Ly 9 zelo] zeli Bb 12 de] omitted Bb Ly 14 et] vel Ly

**Discipulus:** Quid si quis credat tales ex rancore vel odio aut alias ex mala radice papam hereticum mala intentione impugnare? Nunquid tenetur eos predicto modo defendere?

20 **Magister:** Nullus debet presumere tales papam hereticum mala intentione impugnare nisi sibi hoc constet legitime et non ex levi iudicio. Si tamen constaret sibi quod ex mala intentione papam hereticum impugnant, eos deberet defendere ne propter impugnationem pravitatis heretice paterentur, maxime si ex omissione defensionis ipsorum periculum fidei immineret. Quia in hoc magis veritas  
25 defenderetur catholica quam pravitatem hereticam impugnant. Ad veritatem autem catholicam defendendam universi catholici sunt astricti.

30 **Discipulus:** De quo periculo fidei imminente intelligitur dicta assertio cum dicit quod taliter impugnantem papam hereticum sunt tuendi quando periculum fidei immineret?

35 **Magister:** Respondetur quod intelligitur de periculo fidei in una regione vel regno, imo etiam uni soli homini imminente, quia si quis probabiliter estimaret quod unum regnum vel regio aut civitas vel etiam unus homo averteretur a fide vel faveret heretice pravitati nisi taliter impugnantibus papam hereticum defensionem impenderet, ipse non tuendo, si posset, mortaliter peccaret.

#### *Capitulum 41*

5 **Discipulus:** Assertionem predictam, ut estimo, clare intelligo, quamvis non sit michi demonstratum quod contineat veritatem. Pro qua adhuc allegare coneris ut sciam fundamenta quibus frater M. et sui sequaces probare nituntur quod sunt a catholicis contra summum pontificem defendendi.

**Magister:** Assertio memorata decimo tali ratione videtur posse probari. Illud sine quo periclitatur tam fides

---

16 vel] et Ly 17 mala intentione] omitted We 18 eos] eas Bb  
19 debet] omitted Bb | tales] talem Ly 20 hoc] omitted Ly  
21 legitime] lime Bb | iudicio] indicio We 23 deberet] deberent Bb Fi  
An 25 immineret] videtur imminere Ly 26 defenderetur] We Vc Ox Ba  
Va Sm Fr: d'fend'r Bb defend'r Fi An defenditur Ly defend'r Vg  
29 imminente] imminente Ly 31 immineret] imminet Ly 34 imminente]  
imminente Ly | quis] aliquis Ly | estimaret] extimaret We  
36 impugnantibus] We Vc Ox Va: impugnantem Bb Fi An Ly Ba  
37 defensionem impenderet] defenderet Ly | ipse] ipsos Ly tamen added  
Fi An 41,2 estimo] extimo We 5 M] Mich' Bb Fi An We Michael Ly  
8 decimo] decima Bb We undecimo Ly 9 periclitatur] periclitaretur Ly

catholica quam humana societas magis est a catholicis 10  
 impendendum pro fide catholica conservanda quam pro  
 societate humana servanda, eo quod quilibet catholicus magis  
 zelare tenetur pro fide quam pro societate humana. Absque  
 mutua autem defensione periclitatur tam catholica fides quam  
 humana societas. Pro humana autem societate servanda 15  
 christiani auxilium mutuuum sibi debent impendere quia,  
 quemadmodum Veritate testante, ut habetur Matth. 12:  
 “*Omne regnum divisum contra se desolabitur, et omnis civitas  
 vel domus divisa contra se non stabit*”. Sic omnis societas per  
 mutuam defensionem minime colligata non stabit, quod 20  
 Veritas Ipsa ubi prius insinuare videtur aperte cum dicit: “*Qui  
 non est mecum contra me est et qui non congregat mecum  
 spargit*”. Ex quibus verbis colligitur quod qui non est cum  
 aliquo, ipsum modo sibi congruenti et possibili defendendo,  
 contra ipsum esse dinoscitur. Ex quo sequitur quod talis 25  
 societas minime stabit. Et ita pro societate humana servanda  
 debet unus alii defensionem impendere. Ergo multo magis  
 pro servanda fide catholica debet unus alteri defensionem et  
 tuitionem, cum potest, impendere. Ex quo infertur quod  
 impugnantibus papam hereticum est defensio exhibenda. 30

Undecima ratio talis est. Qui debet alteri auxilium et  
 consilium in aliqua causa impendere debet eidem  
 defensionem congruam exhibere. Catholicus autem debet  
 impugnantibus papam hereticum auxilium et consilium  
 impendere, aliter enim zelator catholice fidei nequaquam 35  
 existeret. Ergo debet eis etiam defensionem impendere.

Duodecima ratio talis est. Quilibet tenetur defendere, si  
 potest, patientem quamcunque iniuriam. Ergo multo magis  
 quilibet tenetur defendere, si potest, patientem iniuriam quia  
 defendendo fidem catholicam papam hereticum nititur 40  
 impugnare. Consequentia est manifesta et evidens, quia si  
 patiens iniuriam est defendendus, maxime defendendus est si  
 propter iustitiam et catholicam fidem iniuriam noscitur

---

41,17 Matth 12] Matthew 12:25 21 ubi prius] Matthew 12:30

---

12 servanda] conservanda Ly 14 periclitatur] periculi Bb 15 servanda]  
 conservanda Ly 17 ut] prout Bb | ut habetur] omitted Fi An 18 contra  
 se] omitted Ly 21 ubi] omitted Ly | Qui] autem added Bb Fi An Ly  
 23 spargit] We: dispergit Bb Fi An Ly | est] omitted Bb 24 sibi  
 congruenti] convenienti Ly 27 unus alii] unusquisque alteri Ly  
 30 exhibenda] adhibenda Ly 31 Undecima] Duodecima Ly  
 37 Duodecima] Tredecima Ly | ratio] omitted Fi An 39 iniuriam]  
 propter iustitiam added Ly 41 si] omitted Ly 42 defendendus<sup>1</sup>] omitted  
 Ly | est<sup>2</sup>] omitted Ly | si] omitted Bb

45 sustinere. Antecedens autem auctoritatibus sanctorum patrum videtur aperte probari.

Ait enim Symachus papa, ut habetur dis. 83: “*Mortem enim languentibus probatur infligere, qui hanc, cum possit, non excludit*”. Et per consequens iniuriam probatur inferre qui hanc cum possit non excludit. Nullus autem debet iniuriam inferre. Ergo quilibet tenetur iniuriam patientem, cum possit, defendere.

55 Item, Ambrosius libro De officiis, et ponitur dis. 86 c. *Pasce*, ait: “*Quisquis enim pascendo hominem servare poterat, si non pavisti, occidisti*”. Ex quibus verbis colligitur quod ille dicitur occidere alium qui sustentationem, cum potest, non exhibet corporalem. Ergo similiter ille intelligitur iniuriam irrogare qui, cum potest, iniuriam non excludit. Et ita quilibet, si potest, debet defendere iniuriam patientem.

60 Item, Innocentius 3<sup>us</sup>, ut habetur Extra, *De sententia excommunicationis* c. *Quante*, asserit manifeste quod “*facientes et consentientes pari pena plectendos catholica condempnat auctoritas, eos delinquentibus favere interpretans, qui, cum possunt, manifesto facinori desinunt obviare*”. Ex quibus verbis datur intelligi quod qui proximum ab inferenda iniuria non defendit, cum potest, est pari pena cum iniuriante plectendus. Ita quilibet, cum potest, patienti iniuriam debet defensionem impendere.

### *Capitulum 42*

**Discipulus:** Auctoritates predictae de solis iudicibus vel prelatibus habentibus super alios potestatem debent intelligi, non autem de illis qui potestatem vel iurisdictionem super

---

46 dis 83] *Dictum Gratiani ad D. 83 ante c. 1 col. 532* 52 dis...53 Pasce] D. 86 c. 21 col. 550 59 Extra...60 Quante] X. 5. 39. 47 col. 1919

---

44 sustinere] subsistere Bb substinere We suscipere Ly 46 83] c. Presbyter added Ly 47 enim] omitted Bb Fi An We 48 Et...49 excludit] omitted Bb | probatur] videtur Ly 52 Ambrosius] in added Ly 53 Quisquis enim] omitted Bb | enim] omitted Fi An We | hominem] hominibus Bb 54 poterat] poteris Ww | poterat...pavisti] potes si non paveris fame Ly 55 qui] omitted Bb | sustentationem] substantationem We 56 potest] possit Ly 61 catholica] canonica Bb Fi An 62 delinquentibus] delinquentibus Bb 63 possunt] possint We 66 iniuriante] iniuriante Bb | plectendus] et added We Ly 42,1] not numbered Fi 2 Discipulus] Dic queso qualiter auctoritates predictae intelligi debent. Magister: added Pab | predictae] secundum quosdam added Pab



iniuriantes nullam habent. Quod pluribus modis videtur posse 5  
probari.

Primo autem hoc auctoritate beati Augustini, que 5  
ponitur 23 q. 4 c. *Forte*, ostenditur. Ait enim: “*Forte in*  
*populo Dei stat iuxta te avarus, raptor, inhians rebus alienis,*  
*quem nosti talem, et fidelis est, vel potius fidelis vocatur. Non* 10  
*eum potes de ecclesia pellere, non habes aliquem aditum*  
*castigando et corripiendo corrigere, accessurus est tecum ad*  
*altare. Noli timere*”, et infra: “*Sane si iudex es, si iudicandi*  
*potestatem accepisti, ecclesiastica regula, si apud te*  
*accusatur, si veris documentis testibusque convincitur,* 15  
*coherce, corripe, excommunica, degrada*”. Ex quibus verbis  
datur intelligi quod non ad socios sed ad prelatos spectat  
corrigere delinquentes, et per consequens non ad socios sed  
ad prelatos spectat defendere passos iniurias. Quia cuius est  
defendere patientem iniuriam, eius est reprimere et per 20  
consequens plectere iniuriam inferentem.

Secundo probatur idem sic. Si socius tenetur defendere  
socium, videns aliquem verberare clericum et non defendens  
ipsum sententiam excommunicationis incurreret iuxta  
auctoritatem Innocentii 3-ii superius allegatam. Sed hoc est 25  
inconveniens, sicut glosa ibidem tali ratione probat: “*Nullus*  
*excommunicatur ex facto alterius nisi participando vel in*  
*locutione, vel in oratione, aut in crimine, supra eodem*  
*capitulo Nuper, vel nisi eius mandato vel auctoritatem*  
*prestiterit, supra capitulo Mulieres*”. Sed hic nullo tali modo 30  
participat, ergo non est excommunicatus, et per consequens  
socius non tenetur defendere socium.

---

42,8 23...Forte<sup>1</sup>] C. 23 q. 4 c. 11 col. 1721 13 infra] *Ibid.* 25 superius]  
1 Dial. 6. 41.59\* 26 glosa ibidem] X. 5. 39. 47 s.v. interpretans (*in*  
*fine*) col. 1919 29 capitulo Nuper] X. 5. 39. 29 col. 1897 30 capitulo  
Mulieres] X. 5. 39. 6 col. 1880

---

5 modis] *omitted* Fi An 7 hoc] *omitted* Ly | beati] *omitted* We | que]  
qui Bb 8 ostenditur] *garbled* Bb 9 Dei] *omitted* Fi An 10 et] hic An  
11 eum] autem We | habes] habens Bb Fi An 12 et] We: vel Bb Fi An  
Ly | corripiendo] corrigendo Ly ipsum *added* Bb Fi An Ly illum *added*  
We 13 infra] in(f)erius Bb | Sane] eodem capitulo Ly 14 si] *omitted*  
Bb Fi An 15 testibusque] testibus Bb 16 excommunica] et *added* Ly  
17 spectat] specta Bb 18 corrigere...19 spectat] *omitted* Fi 23 et]  
*omitted* Bb 24 incurreret] incurrerit Bb incurrit Ly 26 probat] probatur  
Bb Fi An 27 vel] *omitted* Ly 28 in<sup>1</sup>] *omitted* We Ly | supra...29  
Nuper] fuerit ei compar Ly 29 nisi] *omitted* Ly | mandato] obediendo  
*added* Ly | auctoritatem] auctoritate Ly 30 prestiterit] prestando Bb Fi  
An We predicando Ly

35 Tertio probatur idem ratione quam innuit glosa ubi  
 supra, et eandem tangit glosa 23 q. 3 c. *Non inferenda*, que sic  
 potest formari. Nullus tenetur ad illud pro quo potest ex pacto  
 recipere pecuniam, quia illud ad quod quis de necessitate  
 absque omni pacto tenetur debet gratis impendere. Sed pro  
 40 defensione socii socius licite recipit pecuniam, nec receptam  
 pecuniam tenetur restituere. Ergo socius non tenetur socium  
 de necessitate absque pacto defendere.

45 Quarto ostenditur idem sic. Non magis tenetur socius  
 socium defendere quam teneatur medicus periclitantem  
 infirmum gratis curare. Sed medicus non tenetur gratis  
 infirmum curare, quia de suo non tenetur quis facere  
 beneficium (10 q. 2 c. *Precarie*). Ergo nec socius tenetur  
 socium gratis defendere.

50 Quinto sic. Defensio socii est quedam militia vel aliquid  
 simile militie. Sed nemo tenetur suis stipendiis militare,  
 testante Apostolo qui 1 Cor. 9 ait: "*Quis militat suis stipendiis  
 umquam?*". Quasi diceret 'Nullus'. Ergo nemo tenetur alium  
 gratis defendere.

55 Sexto sic. Defendere socium est benefacere. Sed nemo  
 tenetur alii benefacere gratis, quia per leges nemo cogitur  
 benefacere sed malefacere prohibetur, ut testatur Augustinus  
 contra Petilianum, et ponitur 23 q. 5 c. *Ad fidem*. Ergo nemo  
 tenetur socium gratis defendere.

Hec sunt quibus probari videtur quod socius non tenetur  
 socium gratis defendere. Ex quo sequitur quod non tenentur  
 omnes catholici impugnantes papam hereticum defensare.

60 Porro quia, ut estimo, frater M. et adherentes sibi illos  
 qui ipsos contra summum pontificem non defendunt  
 reprehensibiles arbitrantur, putantes quod non solum pro  
 causa fidei patientes sed etiam alii pro levioribus causis

---

33 ubi...34 supra] X. 5. 39. 47 s.v. interpretans col. 1919 34 glosa...  
 inferenda] C. 23 q. 3 c. 7 s.v. si potest col. 1714 45 10...Precarie] C. 10  
 q. 2 c. 4 col. 1177 49 1...9] 1 Corinthians 9:7 55 23...fidem] C. 23 q.  
 5 c. 33 col. 1783

---

36 quis] omitted Bb 38 recipit] ex pacto added We 41 ostenditur]  
 probatur Ly | socius] omitted Bb 42 socium] gratis added We de  
 necessitate added Ly | teneatur] tenetur Ly 44 facere] ferre Ly 45 10]  
 18 Bb Fi An 49 testante] teste Ly | qui] omitted Fi An | 1] ad added  
 Ly | ait] omitted Fi An 50 umquam] omitted Ly 54 sed] omitted Bb  
 55 Petilianum] Potilianum Bb Pelagium Ly | 23] 22 Ly 57 Hec...58  
 defendere] omitted Ly 59 defensare] We: omitted Bb **Discipulus:** added  
**Bb Fi An Ly** Vg Va Es 60 estimo] extimo We | M] Ly: Mich' Bb Fi  
 An Michael We

sustinentes persecutiones et iniurias non tantum a prelatis sed  
 etiam a sociis et aliis sunt pro viribus defendendi, peto quod 65  
 assertionem predictam, quod socius videlicet tenetur  
 defendere socium, allegationibus quantum potes fortioribus  
 munire coneris, et quomodo ad rationes in contrarium quas  
 adduxi frater M. et sui respondeant studeas propalare. Per  
 huiusmodi enim et impugnationes quibus predicti frater M. et 70  
 sui dominum summum pontificem et sibi adherentes  
 impugnare conantur magis profunde intelligam, et quomodo  
 debent reprobari et refelli evidentius animadvertam.

### *Capitulum 43*

**Magister:** Nequaquam deciperis estimando quod frater  
 M. et adherentes sibi valde reprehensibiles nonnullos reputant  
 christianos et a peccato mortali nullatenus excusandos pro eo  
 quod eis defensionem contra dominum I. non impendunt, 5  
 dicentes quod quilibet, cum potest, modo congruenti et sibi  
 possibili tenetur socium iniuriam patientem defendere et a  
 periculo liberare. Ex quo moliuntur inferre quod cum ipsi  
 propter iustitiam et fidem catholicam persecutiones  
 gravissimas patiantur, sunt a catholicis defendendi et a 10  
 periculis liberandi.

Quod autem socius socium patientem iniuriam, cum  
 potest, modo sibi congruenti et possibili, teneatur etiam gratis  
 defendere, auctoritatibus, rationibus, et exemplis videtur  
 posse probari. Hoc enim Ambrosius, ut allegatum est 15  
 superius, vocaliter et sententialiter videtur asserere dicens:  
 “*Qui enim non repellit a socio iniuriam, si potest, tam est in  
 vitio quam ille, qui facit*”. Ex quibus verbis colligitur quod

---

43,16 superius] 1 Dial. 6.37.29-35\* (*third argument*) | dicens] C. 23 q.  
 3 c. 7 col. 1714

---

64 sustinentes] substinentes We | persecutiones] persecutionis Bb  
 66 videlicet] *omitted* Fi An 68 coneris] teneris Bb 69 adduxi]  
 adduxisti Ly | M] Ly: Mich' Bb Fi An Mich. We | propalare] ut *added*  
 Ly 70 enim] *omitted* Ly | et<sup>1</sup>] *omitted* We Ly | M] Ly: Mich' Bb Fi  
 An Mich We 73 evidentius] advertam *added* Fi | animadvertam]  
 advertam Ly 43,2 estimando] existimando Ly 3 M] Mich. We | sibi]  
 sui Ly 4 excusandos] excusantes Bb 5 eis] eos Bb | I] Ly: Io. Bb Fi  
 An We 7 possibili] compossibili Bb Ly 10 patiantur] *omitted* Bb  
 16 superius] supra We | vocaliter] notabiliter Ly 17 tam] tantum Ly  
 18 quam] quantum Ly

20 qui non defendit socium culpam incurrit, quia repellere iniuriam est defendere reputandum.

**Discipulus:** Ad hoc respondet glosa ibidem dicens: “*Si potest, id est, si est in potestate positus*”. Ex quibus verbis glose datur intelligi quod Ambrosius loquitur de prelatiis.

25 **Magister:** Glosa illam expositionem non asserit sed tantummodo recitat, quam in fine notule illius reprobare videtur dicens: “*Sed istis*”, scilicet asserentibus expositionem predictam, “*obviat infra eodem capitulo ultimo.*” Ex quo capitulo colligitur evidenter quod turba iudeorum que non defendit Christum contra principes ipsum volentes occidere  
30 nequaquam fuit immunis a scelere. Ex quo sequitur quod non solum prelati sed etiam plebei tenebantur defendere Christum contra prelatos eorum. Et ita socius etiam tenetur defendere socium. Quod etiam illa expositio corrumpat textum patet aperte, cum loquitur expresse de illo qui a socio iniuriam non  
35 repellit.

**Discipulus:** Ad idem plures auctoritates adducas.

**Magister:** Hoc idem Ambrosius, ut superius est adductum, asserit manifeste, quia dicit quod tueri “*a latronibus socios plena iustitie est*”. Opus autem iustitie  
40 tenetur quilibet exercere. Ergo de necessitate iustitie sunt socii defendendi.

Item, idem, ut habetur dis. 86 c. *Non satis*, loquens illi qui opera misericordie proximo tenetur impendere (qualis est non solum prelatus sed etiam subditus) ait: “*Si tempore  
45 periculi, quo rapitur ad mortem, plus apud te pecunia tua valeat quam vita morituri, non est leve peccatum*”. Ex quibus verbis colligitur quod debet quis socium a morte redimere, et per consequens, eadem ratione, tenetur eum si potest defendere.

---

21 dicens] *Ibid.*, s.v. si potest 26 dicens] *Ibid.* 27 Ex...28 capitulo] C. 23 q. 3 c. 7 col. 1715 *cf. also gloss* s.v. Ostendit propheta 37 superius] 1 Dial. 6.37.60-68\* (*fifth argument*) 38 dicit] C. 23 q. 3 c. 5 col. 1714 42 dis...satis] D. 86 c. 14 col. 547

---

19 incurrit] **Magister:** Istam glossam exponam *added* Ly 20 reputandum] **Magister:** Glosam illam *added* Bb (*premature advance to line 24*) 24 Glosa] super *added* Ly | expositionem] hoc *added* Ly 25 quam] quod Ly 26 scilicet] *omitted* Ly 29 occidere] interficere Fi An 31 tenebantur] tenentur Ly 34 aperte] experte Bb 38 adductum] *omitted* Bb 39 iustitie<sup>1</sup>] iustitia We 42 ut] We: *omitted* Bb Fi An Ly illi...43 qui] qualiter Ly 44 tempore] sui *added* Bb Fi An We 46 valeat] valet We

Item, ista videtur esse sententia Salomonis, qui in Proverbiis (secundum beatum Hieronimum in Prologo) parvulum docens, et per consequens non ad prelatum sed ad alium sermonem dirigens, ait: “*Erue eos qui ducuntur ad mortem, et qui trahuntur ad interitum liberare non cesses*”. Ex quibus verbis colligitur quod non solum prelati sed etiam alii persecutiones et iniurias patientes defensare tenentur.

**Discipulus:** Sufficiant ad presens auctoritates iste pro assertionem predicta. Ideo rationes inducas.

**Magister:** Prima ratio est talis. Qui debent sibi mutuam consilium, auxilium et favorem impendere, sibi etiam mutuam defensionem tenentur. Omnes autem catholici sibi debent mutuam consilium, auxilium et favorem impendere. Tum quia omnes catholici sunt membra unius corporis, membra autem pro se invicem sollicita sunt (1 Cor. 12). Tum quia episcopi, quorum unus non est prelatum alterius, auxilium mutuam sibi debent impendere, teste Innocentio 2<sup>o</sup> qui, ut dicitur dis. 90 c. *Precipimus*, ait: “*Precipimus, ut episcopi, ad solum Deum et salutem populi habentes respectum, omni tepiditate semota, ad pacem firmiter tenendam, mutuam consilium sibi et auxilium prebeant, neque hoc alicuius amore vel odio pretermittant. Quod si quis in hoc Dei opere tepidus inventus fuerit, dampnum proprie dignitatis incurrat*”. Cui etiam concordat Alexander papa qui, ut legitur 3 q. 1 c. *Nulli*, ait: “*Qui autem ex vestro fuerit collegio, et ab auxilio vestro se subtraxerit, magis schismaticus quam sacerdos esse probabitur. ‘Ecce’ (inquit propheta) ‘quam bonum et quam iucundum habitare fratres*

---

**51** secundum...Prologo] Hieronimus, *Prologus in Bibliam*, in *Biblia Latina cum Glossa Ordinaria* (facsimile reprint of the A. Risch 1480/1481 Strassburg *editio princeps*), Brepols-Turnhout, 1992, vol. II, p. 653b: “in Proverbiis parvulum docens”. **53** ait] Proverbs 24:11 **64** 1...12] 1 Corinthians 12:25 **67** dis...Precipimus<sup>1</sup>] D. 90 c. 11 col. 573 **74** 3... Nulli] C. 3 q. 1 c. 5 col. 949 **76** inquit...77 propheta] Psalms 132:1

---

**50** sententia] *omitted* Ly | qui...51 Proverbiis] *omitted* Bb **51** beatum] *omitted* Ly | Hieronimum] et *added* Ly **52** parvulum] carissimum *added* Ly **53** ducuntur] dicuntur Bb **57** Sufficiant] Sufficiunt Ly **60** consilium] iuvamen Ly | etiam] We: et Bb Fi An Ly **61** defensionem] exhibere *added* We | tenentur] impendere *added* Ly autem] christiani sive *added* Ly **64** autem] *omitted* We **65** non] *omitted* Ly **66** impendere] pendere Bb **67** dicitur] habetur We | 90] 98 Bb Fi An **69** respectum] illum *added* Ly **70** prebeant] Ly: impendant Bb Fi An We **71** pretermittant] premittant Ly **74** vestro] nostro Ly **76** probabitur] comprobatur Fi An probatur Ly **77** propheta] ecce *added* Bb Fi An Ly

80 *in unum*. Illi vero non habitant in unum, qui a fratrum se  
 solatio subtrahunt. Ex quibus verbis datur intelligi quod  
 episcopi et sacerdotes, quorum etiam unus alteri minime est  
 subiectus, auxilium mutuuum sibi debent impendere, et per  
 consequens sibi debent defensionem mutuam congruentem  
 prestare. Ex quo sequitur quod socius socium debet  
 defendere.

85 Secunda ratio talis est. Magis tenetur socius socium a  
 non suo superiori patientem iniuste defendere quam viri  
 ecclesiastici teneantur defendere sceleratos qui eis minime  
 sunt subiecti. Sed viri ecclesiastici sceleratos et impios ad  
 90 ecclesiam fugientes, licet eis nullatenus sint subiecti, tenentur  
 defendere. Ergo multo magis socius socium innocentem  
 debet defendere. Minor probatur auctoritate Gregorii qui, ut  
 habetur 23 q. 5 c. *Reos*, ait: “*Reos sanguinis defendat  
 ecclesia*”. Ubi dicit glosa: “*Omnes fugientes ad ecclesiam  
 tenentur defendere ut 17 q. 4 Reum, et hoc verum est sive rei  
 95 sunt sive non*”.

**Discipulus:** Hoc dicit Gregorius quia viri ecclesiastici  
 ecclesiam tenentur defendere, et ideo tenentur prohibere ne  
 fugientibus ad ecclesiam violentia fiat.

100 **Magister:** Tu aliam causam assignas quam Gregorius  
 quare rei sunt ab ecclesia defendendi. Nam Gregorius,  
 causam assignans sui dicti, immediate post verba predicta  
 subiungit: “*ne effusionis sanguinis particeps fiat*”. Ex quibus  
 verbis colligitur quod ideo viri ecclesiastici debent defendere  
 reos ad ecclesiam fugientes ne homicidii fiant participes.  
 105 Quia qui non resistit cum potest, consentit, iuxta sanctorum  
 patrum sententias. Ergo consimiliter qui non defendit socium  
 iniuriam patientem, cum possit, iniurie crimen incurrit.

110 Unde ex hoc tertia ratio sic formatur. Quilibet catholicus  
 ad hoc tenetur sine quo etiam in crimine participat criminoso.  
 Sed qui non defendit, cum potest, socium iniuriam patientem  
 participat in crimine iniuriam inferenti. Ergo socius socium

---

92 23...Reos<sup>1</sup>] C. 23 q. 5 c. 7 col. 1771 93 glosa] *Ibid.*, s.v. defendat  
 94 17...Reum] C. 17 q. 4 c. 9 col. 1567 102 subiungit] C. 23 q. 5 c. 7  
 col. 1771

---

78 a] Ly: *omitted* Bb Fi An We 79 verbis] *omitted* Bb 82 consequens]  
 etiam *added* Fi | congruentem] sibi *added* Bb An We 85 socium]  
*omitted* Fi An | a...86 superiori] a suo non inferiori Ly Vg  
 90 innocentem] nocentem Bb 91 Minor] Maior Bb Fi An 94 tenentur]  
 Ly: tenentur Bb Fi An We 95 sunt] sint Fi An Ly 101 assignans]  
 assignat Ly | dicti] cum *added* Ly 108 sic] *omitted* Ly 109 quo]  
*omitted* Fi An | etiam] *omitted* We

cum potest tenetur defendere. Maior est manifesta. Minor auctoritatibus sanctorum patrum patenter ostendi videtur. Ait enim Eleutherius papa, ut habetur 2 q. 7 c. *Negligere*: “*Negligere, cum possis perturbare perversos, nichil aliud est quam fovere. Nec caret scrupulo societatis occulte qui manifesto facinori desinit obviare*”. Eadem sententia etiam verbaliter ponitur dis. 83 c. *Error*, et 23 q.3 c. *Qui potest* sub hiis verbis: “*Qui potest obviare et perturbare perversos, et non facit, nichil aliud est quam favere eorum impietati. Nec enim caret scrupulo societatis occulte qui manifesto facinori desinit obviare*”. Ex quibus colligitur quod qui non resistit iniuriam facienti eidem communicat in crimine atque favet.

**Discipulus:** Verba que allegasti de prelati tantummodo debent intelligi secundum quod notat glosa 2 q. 7 c. *Negligere*.

**Magister:** Hec tua responsio dupliciter impugnatur. Primo quia glosa hoc non asserit, sed tantummodo dicit quod ista “*videtur de prelati tantum loqui*”. Secundo quia perturbare perversos contingit dupliciter. Uno modo ipsos pro sua perversitate pena congrua puniendo, et sic perturbare perversos regulariter solummodo pertinet ad iudices vel prelatos. Alio modo saltem eis, cum expedit, verbis monitoriis resistendo. Et istud spectat ad omnes, glosa ibidem aperte insinuante quod quilibet tenetur perturbare, “*id est prohibere et remove a malo, et hoc cum commode potest illud facere, alias non peccat qui sic non prohibet*”. Et subdit: “*secundum hoc quilibet tenetur prohibere iniuriam a proximo*”, et per consequens proximum saltem verbis, si potest, debet defendere, licet non sit prelatus ipsius.

**114** 2...Negligere] C. 2 q. 7 c. 55 col. 939 **118** dis...Error] D. 83 c. 3 col. 533 | 23...potest] C. 23 q. 3 c. 8 col. 1715 **125** glosa] C. 2 q. 7 c. 55 col. 939 s.v. deturbare **128** dicit] *Ibid.*, s.v. cum possis **134** glosa ibidem] *Ibid.*, s.v. deturbare

**113** auctoritatibus] autoritatibus We | patenter] *omitted* Ly **114** Eleutherius] Euleutherius Ly | Negligere] We: Negligentia Bb Fi An Ly **115** Negligere] We: Negligentia Bb Fi An Ly **116** fovere] favere Ww **117** etiam] *omitted* Ly **118** 23] 27 We | potest] ponitur *added* Fi An We Ly **120** favere] fovere Bb Fi An | eorum impietati] Ly: *omitted* Bb Fi An We **121** enim] *omitted* Ww **122** quibus] verbis *added* Fi An Ly **126** Negligere] We: Negligentia Bb Fi An Ly **127** tua] *omitted* Ly **129** ista] ita We | videtur] dicens videtur *added* We | tantum] *omitted* Fi tantummodo An **132** vel] et Fi An **133** modo] exhortatione malum reprobando, et illo modo *added* Ly | cum] *omitted* Ly **134** istud] hoc Fi An **136** remove] re Bb | commode] commodius Bb Fi An We **137** alias] aliter Ly | non<sup>1</sup>] *omitted* Fi An enim Ly

Quarta ratio est hec. Ille tenetur, si potest, defendere socium iniuriam patientem, qui tenetur corripere et corrigere iniuriam inferentem, nam corrigendo iniuriari volentem defendit quantum in se est ipsum qui esset passurus iniuriam. Sed alii quam iudices vel prelati, si possunt, tenentur corrigere iniuriari volentem. Ergo si commode possunt debent defendere illum qui est passurus iniuriam. Maior evidens esse videtur. Minor multipliciter videtur posse probari.

145  
150  
155  
160  
165  
166  
167  
168  
169  
170  
171  
172  
173  
174  
175  
176  
177  
178  
179  
180  
181  
182  
183  
184  
185  
186  
187  
188  
189  
190  
191  
192  
193  
194  
195  
196  
197  
198  
199  
200  
201  
202  
203  
204  
205  
206  
207  
208  
209  
210  
211  
212  
213  
214  
215  
216  
217  
218  
219  
220  
221  
222  
223  
224  
225  
226  
227  
228  
229  
230  
231  
232  
233  
234  
235  
236  
237  
238  
239  
240  
241  
242  
243  
244  
245  
246  
247  
248  
249  
250  
251  
252  
253  
254  
255  
256  
257  
258  
259  
260  
261  
262  
263  
264  
265  
266  
267  
268  
269  
270  
271  
272  
273  
274  
275  
276  
277  
278  
279  
280  
281  
282  
283  
284  
285  
286  
287  
288  
289  
290  
291  
292  
293  
294  
295  
296  
297  
298  
299  
300  
301  
302  
303  
304  
305  
306  
307  
308  
309  
310  
311  
312  
313  
314  
315  
316  
317  
318  
319  
320  
321  
322  
323  
324  
325  
326  
327  
328  
329  
330  
331  
332  
333  
334  
335  
336  
337  
338  
339  
340  
341  
342  
343  
344  
345  
346  
347  
348  
349  
350  
351  
352  
353  
354  
355  
356  
357  
358  
359  
360  
361  
362  
363  
364  
365  
366  
367  
368  
369  
370  
371  
372  
373  
374  
375  
376  
377  
378  
379  
380  
381  
382  
383  
384  
385  
386  
387  
388  
389  
390  
391  
392  
393  
394  
395  
396  
397  
398  
399  
400  
401  
402  
403  
404  
405  
406  
407  
408  
409  
410  
411  
412  
413  
414  
415  
416  
417  
418  
419  
420  
421  
422  
423  
424  
425  
426  
427  
428  
429  
430  
431  
432  
433  
434  
435  
436  
437  
438  
439  
440  
441  
442  
443  
444  
445  
446  
447  
448  
449  
450  
451  
452  
453  
454  
455  
456  
457  
458  
459  
460  
461  
462  
463  
464  
465  
466  
467  
468  
469  
470  
471  
472  
473  
474  
475  
476  
477  
478  
479  
480  
481  
482  
483  
484  
485  
486  
487  
488  
489  
490  
491  
492  
493  
494  
495  
496  
497  
498  
499  
500

Quod etiam idem Augustinus, ut habetur 23 q. 5 c. *Non putes*, sentire videtur. Ait enim: “*Non putes te tunc amare servum tuum quando eum non cedis*”. Et infra: “*Aut tunc amare vicinum tuum quando non corripis eum. Non est ista caritas sed languor*”. Ex quibus verbis habetur quod vicinus vicinum tenetur corrigere.

Item, Anacletus, ut habetur 24 q. 3 c. *Tam sacerdotes*, ait: “*Tam sacerdotes quam reliqui fideles omnes summam*

---

151 23...primo] C. 23 q. 4 c. 1 col. 1715 (*Tolerandi sunt*) 155 glosa] *Ibid.*, s.v. pro gradu col. 1717 158 Forte] C. 23 q. 4 c. 11 col. 1721 162 23...163 putes<sup>1</sup>] C. 23 q. 5 c. 36 col. 1783 168 24...sacerdotes] C. 24 q. 3 c. 14 col. 1881

---

141 hec] talis Fi An 144 ipsum] illum We 145 si possunt] *omitted* Fi An 147 illum] alium Ly | est] esset We 148 Minor...149 probari] *omitted* Ly 150 beati] *omitted* We | Augustini] Au<sup>9</sup> Bb | in] *omitted* Ly 151 ait] We: *omitted* Bb Fi An Ly 152 quidem] quidam Ly | pro pace] *omitted* Ly 153 spiritualiter] spiritualiter autem *added* Ww 154 cuiusque] cuiuscunque Bb cuiuslibet Ly 155 pro gradu] pro gradu *added* We 156 Aliter enim] Alio tantum modo Ly 157 et] *omitted* Ww 158 et] *omitted* Ww | infra] Ly: supra Bb Fi An We 159 eius] *omitted* Ly | quibus] verbis *added* Ly 160 etiam] et *added* Bb 163 sentire... putes<sup>2</sup>] *omitted* Bb 165 corripis] corrigis Ww 168 sacerdotes] Ly: sacerdos Bb Fi An We 169 sacerdotes] Ly: sacerdos Bb Fi An We



*debent habere curam de his qui pereunt*". Ergo ad omnes spectat corrigere iniuriam inferentes. 170

**Discipulus:** Scis quod multi hiis diebus tenent doctrinam Thome de Aquino. Quare dic quid ipse sentit de hac re, an scilicet ad omnes spectet corrigere delinquentes.

**Magister:** Ipse tenet quod sic. Nam 2<sup>a</sup> 2<sup>e</sup> q. 33 articulo 3 dicit sic: "*Duplex est correctio. Una quidem que est actus caritatis, qui specialiter tendit ad emendationem fratris delinquentis per simplicem admonitionem. Et talis correctio pertinet ad quemlibet caritatem habentem, sive sit subditus sive prelatus*". Et articulo 4 dicit sic: "*Correctio fraterna, que est actus caritatis, pertinet ad unumquemque respectu cuiuslibet persone ad quam caritatem debet habere, si in eo aliquid corrigibile inveniatur*". 175 180

**Discipulus:** Non adducas plura ad probandum quod omnes tenentur corrigere iniuriam patientem. Sed adhuc proba quod socius tenetur socium iniuriam patientem defendere. 185

**Magister:** Quinta ratio pro assertionem predicta est hec. Ad eundem spectat malum proximi remove, si potest, ad quem spectat bonum eiusdem, si potuerit, procurare. Sed quilibet tenetur bonum proximi procurare, quia aliter caritatem ad ipsum minime habet. Ergo quilibet tenetur malum alterius remove, si potest, et ita tenetur remove malum iniuriam patientis. Sed sepe hoc non fit nisi ipsum defendendo. Ergo quilibet tenetur alium defendere si potest. 190

Sexta ratio est hec. Non minus indiget in periculo constitutus contra volentem iniurari defendi quam esuriens cibari et sitiens potari. Sed quilibet qui potest tenetur esurientes cibare et sitientes potare si per alium eis minime subvenitur. Ergo quilibet tenetur alium defendere, si potest, si non appareat alius qui velit et possit eum defendere. 195 200

**Discipulus:** Adducas exempla pro assertionem eadem.

**Magister:** Primum exemplum est de Abraham, qui, ut legitur Genes. 14, quamvis non haberet iurisdictionem super captivantes Loth fratrem suum et alios, tamen non solum

---

176 dicit] Aquinas, *Summa Theologie*, II-II, 33, 3, *Responsio* 180 dicit] Aquinas, *Summa Theologie*, II-II, 33, 4, *Responsio* 203 Genes 14] Genesis 14:14-16

---

172 hiis] istis Ly 174 spectet] spectat Ly 177 qui] que Ww | ad] omitted Bb 180 sive] sit added Bb We 182 cuiuslibet] omitted Ly quam] quem Bb 183 inveniatur] inveniatur Ly 188 remove...190 proximi] omitted Bb 191 habet] haberet We 196 volentem] voluntatem Bb 198 eis] illis Ly 200 alius] aliquis Ly 204 captivantes] capientes Ly

205 Loth defendit sed etiam irruit super captivantes eosque percussit et reduxit Loth cum substantia eius.

Secundum est de Moyse, qui Hebreum percussum ab Egyptio defendit, et occidit Egyptium, ut legitur Exod. 2, de quo scribit Ambrosius, ut habetur 23 q. 3 c. *Non inferenda*,  
 210 dicens: “*Cum vidisset Hebreum ab Egyptio iniuriam accipientem, defendit ita, ut Egyptium prosterneret*”. Et tamen super Hebreos aut Egyptios tunc Moyses nullam iudiciariam habuit potestatem. De quo etiam ubi prius Exod. 2 scribitur quod septem filias sacerdotis Madian a pastoribus  
 215 defensavit, cum tamen neque super puellas neque super pastores iurisdictionem haberet.

Tertium exemplum est de Raab meretrice, que, ut habetur Iosue 2, exploratores filiorum Israel abscondendo defendit.

220 Quartum est de beato Petro, qui etiam arma movendo Christum defendere satagebat (Matth. 26). Nec videtur de voluntate defendendi reprehensus a Christo, sed quia hesitare videbatur an Christus aliter quam per arma poterat defensari. Propter quod Christus ipsum acriter increpando dixit: “*An  
 225 putas quia non possum rogare Patrem meum et exhibebit michi plus quam duodecim legiones angelorum?*”

Quintum exemplum est de discipulis Damasci, qui, ut legitur Act. 9, beatum Paulum submittendo illum in sporta contra iudeorum insidias defendebant. Alia quamplura  
 230 exempla, quod alii quam prelati in periculo positos defendebant, tam in scriptura divina quam in aliis scripturis auctenticis scribuntur aperte.

#### **Capitulum 44**

**Discipulus:** Nolo plures allegationes audire pro assertione predicta. Et ideo dic quomodo possunt obiectiones quas feci dissolvi.

---

**208** Exod 2] Exodus 2:11-12 **209** 23...inferenda] C. 23 q. 3 c. 7 col. 1715 **213** Exod...214 2] Exodus 2:16-17 **218** Iosue 2] Joshuah 2:4 **221** Matth 26] Matthew 26:21; John 18:10 **228** Act 9] Acts 9:25 **44,4** feci] 1 Dial. 6.42

---

**205** etiam] *omitted* Bb | captivantes] capientes Ly **207** Hebreum] Ebreum Bb **211** accipientem] We: recipientem Bb Fi An Ly | ita] *omitted* Ly **213** iudiciariam] We: iurisdictionem Bb An Ly iuridiciariam Fi **214** 2] 7 Ly | septem] *omitted* Ly | Madian] Madiani Fi **216** haberet] habuit Ly **217** est] *omitted* Ly **220** Quartum] exemplum *added* Ly **221** Nec] Et non Ly **225** putas] putes Ly **229** quamplura] complura Ly **231** aliis] alii Bb **44,2** Nolo] Volo Ly **4** quas] qua Bb

**Magister:** Prima auctoritas Augustini quam allegas non loquitur specialiter de iniuriantibus aliis, sed de delinquentibus in communi. Quia tamen assertores predicti consimiliter dicunt de omnibus peccantibus corrigendis et de passis iniuriam defendendis, ideo ad auctoritatem Augustini predictam respondent, dicentes quod in prima parte loquitur Augustinus de hiis qui, auctoritatem iudicariam non habentes, corrigendo secrete apud delinquentes nequaquam proficerent, sed eos deteriores efficerent. In hoc enim casu non debet aliquis iurisdictionem nullatenus habens corrigere delinquentes. Consimiliter, ubi aliquis attemptando defendere patientes iniuriam ipsos defendere non posset et ad deteriora inferentes iniuriam provocaret, deberet defensionem subtrahere.

Sed sicut subditi peccant mortaliter si, timore temporalia aut humanum favorem perdendi aut propter personale periculum evitandum vel ob aliquod terrenum habendum, socios vel prelatos, cum probabiliter putant quod possunt eos a peccato retrahere, negligunt secrete corrigere, ita peccant mortaliter qui, cum convenienter possunt, ex timore vel cupiditate defensionem in periculis constitutis vel patientibus iniuriam non impendunt.

**Discipulus:** Estne aliquis doctor modernus qui teneat quod non corrigentes in casu predicto peccantes peccent mortaliter?

**Magister:** Thomas de Aquino hoc sentit expresse. Dicit enim 2<sup>a</sup> 2<sup>e</sup>, q. 33, articulo 2: “*Pretermittitur fraterna correctio cum peccato mortali quando scilicet ‘formidatur.. iudicium vulgi et carnis excrutiatio vel peremptio’, dum tamen hec ita dominantur quod fraterne caritati preponantur. Et hoc videtur contingere quando aliquis presumit de aliquo delinquente probabiliter quod posset eum a peccato retrahere, et tamen propter timorem vel cupiditatem pretermittit*”. Ex quibus colligitur quod etiam pro morte

---

**30** Dicit] Aquinas, *Summa Theologie*, II-II, 33, 2, *Ad tertium*  
**32** formidatur ...33 peremptio] Augustine, *De Civitate Dei*, I, 9 (in PL 41, col. 22)

---

**5** Augustini] Aug<sup>9</sup> Bb **9** defendendis] defendendi Bb **12** habentes] habent Ly **15** delinquentes] delinquentem We | attemptando] intendendo Ly **19** temporalia] temporalium Ly **20** propter] omitted Ly **21** evitandum] evitandi Ly **23** secrete] secrete We **24** vel] ex added Fi An **28** peccant] peccant Ly **31** 2] quod added Ly **33** hec ...34 dominantur] hoc ita dominetur Bb **34** preponantur] preponatur Bb We **38** pretermittit] pretermittat Ly | quibus] verbis added Ly

40 vitanda non debet quis dimittere corrigere delinquentem si  
 probabiliter credit quod potest eum per secretam  
 correctionem retrahere a peccato. Ex quo concluditur quod  
 quilibet catholicus debet si potest corrigere inferentem  
 iniuriam, et per consequens defendere iniuriam patientem.

45 **Discipulus:** Quid dicitur ad hoc quod accipi in illa  
 obiectione, quod videlicet cuius est defendere iniuriam  
 patientem eius est reprimere, et per consequens plectere,  
 iniuriam inferentem?

50 **Magister:** Ista negatur tanquam falsa. Quia ad plures  
 pertinet defensio patientium et in periculis positorum, ad quos  
 tamen, quamvis pertineat reprimere iniuriantes cum  
 moderamine inculpate tutele, ad eos tamen non spectat  
 plectere iniuriam facientes, quemadmodum cuilibet licet vim  
 vi repellere cum moderamine inculpate tutele (dis. 1 c. *Ius*  
*naturale*) ad quem tamen non semper pertinet illatam  
 55 iniuriam vindicare.

**Discipulus:** Dic ad secundam obiectionem.

**Magister:** Ad illam potest dici quod quamvis videns  
 clericum verberari non incurrat excommunicationis  
 sententiam si ipsum, quamvis possit, non defendat, tamen  
 60 peccat mortaliter si ipsum non defendit cum possit. Quod non  
 tantum habet veritatem de clerico verberato sed etiam de  
 laico verberato iniuste, quia ex caritate fraterna quilibet, cum  
 convenienter potest, tenetur alii in omni periculo subvenire.  
 Et hec responsio ex glosa super preallegato capitulo *Quante*  
 65 colligitur, que ait: “*Videtur peccare omnis qui non defendit*  
*alium si potest (23 q. 3 c. Non inferenda et c. ultimo), et si*  
*non possit aliter defendere, saltem defendat clamore*”. Et  
 infra: “*Si ego qui non habeo aliquam potestatem video quod*  
*aliquis vult verberare clericum sive percutere sine meo*  
 70 *consilio vel auxilio, non credo quod sim excommunicatus si*

---

53 dis...54 naturale] D. 1 c. 7 col. 5 64 preallegato] 1 Dial. 6.41 (p.  
 103)\* 65 ait] X. 5. 39. 47 col. 1919 s.v. interpretans 66 23...inferenda]  
 C. 23 q. 3 c. 7 col. 1713 | c ultimo] C. 23 q. 3 c. 11 col. 1715 (*Ostendit*  
*propheta*) 68 infra] X. 5. 39. 47 col. 1919 s.v. interpretans

---

44 accipi] accipitur Ly 45 videlicet] In Bb fo. 88v ends here, and the  
 text (cuius est defendere etc.) continues at the beginning of fo. 90r  
 49 patientium] inurias added We 52 licet] omitted Bb Fi An 53 1] c.  
*Tutele* et c. added Ly 61 etiam] et Ly 63 alii] omitted Ly 64 Quante]  
 We: Quanto Bb Fi An Ly 65 que] qui Bb | omnis] amnis Bb 67 possit]  
 posset Bb Fi An | defendat] omitted Bb 68 ego] ergo Ly | qui] We:  
 omitted Bb Fi An Ly | habeo] habeam Ly 69 vult] voluit Ly

*non prohibeo illum, licet alias forte peccem quia ipsum non defendo cum possim*". Ex quibus verbis colligitur primo quod sunt diversi modi defendendi, cum aperte dicatur quod potest quis defendere clamore. Et eadem ratione contingit defendere verbis monitoriis, monendo inferentem iniuriam quod desistat. Quod etiam glosa ibidem asserit manifeste, dicens: "Alia est prohibitio sociorum et aliorum, quia illi solummodo admonendi sunt verbis sed non factis", vindicando videlicet iniuriam illatam, licet factis, si possint, teneantur defendere saltem expositum periculo occultando. Sicut enim secundum Augustinum ut habetur 23 q. 4 c. *Ipsa pietas*, quilibet tenetur alium se volentem occidere liberare et de periculo si potest etiam violenter extrahere, ita tenetur quilibet alium quesitum occidi de periculo liberare si potest, saltem, si non potest aliter, occultando. Sunt ergo diversi modi defendendi alium in periculo constitutum.

Secundo ex verbis glose colligitur quod videns clericum verberari et non defendens, si potest, licet peccet, tamen excommunicationis sententiam non incurrit. Et per hoc respondetur ad rationem glose superius allegatam, quia per illam rationem non concluditur quod non defendens clericum, si potest, non peccat, sed quod non incidit in excommunicationis sententiam.

**Discipulus:** Videtur quod ista ratio non concludit quod non incidit in excommunicationis sententiam. Nam iudex vel iurisdictionem habens, non defendendo clericum cum potest, incidit in excommunicationis sententiam, et tamen nullo predictorum modorum participat clericum verberanti. Quia nec locutione, nec oratione, nec in crimine, nec eius mandato clericus verberatur, nec auctoritatem prestat, quia plus est auctoritatem prestare quam non defendere.

**Magister:** Potest dici quod innuit glosa quod iudex et superior non defendendo auctoritatem prestat, et ideo incidit in excommunicationis sententiam.

76 glosa ibidem] *Ibid.* 81 23...pietas] C. 23 q. 4 c. 24 col. 1733  
90 superius] 1 Dial. 6.42

71 illum] *omitted* Ww | peccem] peccet Bb 72 possim] possum Ly  
74 clamore...defendere<sup>2</sup>] *omitted* Bb | contingit] quis *added* Ly  
defendere<sup>2</sup>] *omitted* Fi An 77 quia] qui Bb Fi An | illi] *omitted* Ly  
78 admonendi sunt] monendo Bb Fi An We *omitted* Ly | sed] *omitted*  
Bb Fi An We et Ly | videlicet] *omitted* Ly 79 si] *omitted* Bb | possint]  
possunt We 81 Augustinum] Augustinus Bb 87 Secundo] *omitted* Fi  
gap An 91 concluditur] excluditur Bb Fi An 95 Nam] *garbled* Bb Quia  
Ly 100 auctoritatem] auctoritatem We 102 quod<sup>1</sup>] sicut We ut Ly

105 **Discipulus:** Hec sententia non videtur sufficiens, quia si  
iudex non defendendo auctoritatem prestat, eadem ratione  
socius non defendendo causam vel occasionem prestat. Qui  
autem causam prestat vel occasionem, ita punitur sicut  
faciens, sicut qui occasionem dampni dat dampnum dedisse  
110 videtur (Extra, *De iniuriis et dampno dato c. Si culpa*). Ergo  
si iudex qui non defendit clericum verberatum sententiam  
excommunicationis incurrit, et quilibet alius qui non defendit  
clericum, cum potest, excommunicationis sententia innodatur.

115 **Magister:** Tu tangis unum motivum fundamentale  
quorundam dicentium quod quilibet qui potest debet  
defendere impugnantes papam hereticum, quamvis nesciat  
papam esse hereticum.

120 **Discipulus:** Ex quo istud est unum de motivis illorum,  
maiores tractatum de isto usque ad illam materiam censeo  
differendum. Tamen nunc dic breviter quomodo per glosam  
predictam ad hoc respondere contingat.

125 **Magister:** Potest dici quod quamvis sive iudex sive  
alius qui clericum non defendat, si potest, mortaliter peccat,  
ex lege tamen nature neuter sententiam excommunicationis  
incurrit, quia pena excommunicationis solummodo ex iure  
positivo infligitur. Pene autem iuris positivi sunt restringende  
et nullatenus ampliande. Et ideo, salva lege positiva, sententia  
excommunicationis lata per canonem contra non defendentes  
clericum ad pauciores quantum permittit canon debet extendi.  
130 Cum ergo predictus canon *Quante* salvari potest intelligendo  
ipsum tantummodo de potestatem et iurisdictionem  
habentibus, qui gravius peccant non defendendo quam alii, de  
aliis non debet intelligi, licet alii non defendentes clericum,  
cum possunt, peccant mortaliter.

135 **Discipulus:** Dic ad tertiam obiectionem.

---

110 Extra...culpa] X. 5. 36. 9 col. 1854 119 usque... 120 differendum]  
Cf. *infra* 1 Dial. 6.50

---

105 sententia] responsio We 110 Extra] *omitted* Bb | dato] illato Fi An  
111 verberatum] cum potest *added* Ly 112 incurrit] incurrat Ly  
113 cum potest] *omitted* Ly 118 illorum] eorum Fi An  
120 differendum] defferendum Fi An | nunc] tunc Bb | glosam] glosa  
We 122 sive<sup>1</sup>] *omitted* Ly 123 qui] Ly: *omitted* Bb Fi An We  
clericum] clericus Fi An | defendat] defenda Bb defendit Ly | peccat]  
peccet Bb We 124 ex] *gap* Fi An 125 ex] de Fi An 130 Quante]  
aperte Ly | potest] possit Bb An We Ly poss<sup>t</sup> Fi 132 qui] quod Ly  
134 possunt] possint We | peccant] Bb: peccent Fi An We Ly  
135 obiectionem] rationem Ly

**Magister:** Ad tertiam respondetur quod hec non est vera ‘nullus tenetur ad illud pro quo potest ex pacto pecuniam recipere’. Si quis enim videret alium in articulo extreme necessitatis ex fame, posset licite vendere sibi panem, et tamen si alius non haberet unde emeret vel etiam nollet, teneretur sibi dare gratis panem pro vita sustentanda. Si tamen in necessitate constitutus extrema haberet unde emere sibi necessaria vite ab aliis, a quibus posset emptione sibi acquirere necessaria vite, iste non teneretur sibi gratis necessaria exhibere. Sic in proposito licet recipere pecuniam pro defensione socii si socius potest et vult dare pecuniam, vel apparet alius qui potest et vult eum defendere, vel ipse potest defendere semetipsum. Si autem ipse non potest semetipsum defendere, vel non potest aut non vult dare pecuniam pro defensione sua, alius tenetur eum defendere absque pecunia. Poterit tamen postea petere ab eo pecuniam et alius sibi dare tenebitur.

Ad quartam respondet glosa dis. 83, dicens: “*Patet hic quod medicus gratis debet curare pauperem infirmum, quia plus debet valere apud eum vita illius quam propria pecunia ut 86 dis. Non satis. Sed quid si infirmus dives est et nichil vult dare medico nunquid gratis tenetur eum curare? Videtur quod non cum nemo de suo cogatur facere beneficium, ut 10 q. 2 c. Precarie, cum etiam medicus licite potest recipere mercedem, ut 14 q. 5 c. Non sane? Dico quod tenetur eum curare suis impensis, et si convaluerit repetat expensas, quia utiliter gessit negotium eius*”.

**Discipulus:** Ista videtur michi fortis allegatio pro assertione prefata, quod scilicet quilibet tenetur in periculo constitutum defendere et iuvare. Cui tamen repugnare videtur

---

**153** glosa...83] *Dictum Gratiani ante D. 83 c. 1 col. 531 s.v. inferas*  
**158** 10...159 Precarie] C. 10 q. 2 c. 4 col. 1177 **160** 14...sane] C. 14 q. 5 c. 15 col. 1411

---

**138** videret] indigeret Ly **141** teneretur] tenetur We **142** constitutus] omitted Bb | emere] We Ox Ba: omitted Bb Fi An Ly emeret Vc **143** a...144 vite] emere posset, essentque presentes qui vendere vellent necessaria Ly **144** vite] omitted Bb Fi An | teneretur] tenetur Fi An Ly **145** in] omitted Bb **146** socii] sui added Fi An **147** apparet] aliquis Ly **148** ipse] omitted Ly **153** 83] cap. 1 added Ly | Patet] Per An | hic] h' An hoc Ly **154** gratis] omitted Ww **156** ut...satis] omitted Ww quid] omitted Ww **157** eum curare] ipsum iuvare We | Videtur...158 non] omitted Ww **158** suo] sua Bb | 10] 18 Bb Fi An **159** medicus] omitted Ww **161** impensis] expensis Ly **165** tamen] omitted Ly

quod glosa allegat dicens nemo de suo cogitur facere beneficium (10 q. 2 c. Precarie). Unde quomodo ad hoc respondetur expone.

**Magister:** Dicitur quod illa auctoritas truncate allegatur, quia verba illius capituli 10 q. 2 *Precarie* sunt hec: “*Cum ratio et usus obtineat neminem cui non vult contra utilitatem et rationem cogi de proprio facere beneficium*”, que longe aliam sententiam continent quam dicere quod nemo de suo cogitur beneficium facere. Sepe enim lege divina pariter et nature ac etiam lege humana cogitur quis de suo beneficium facere. Aliter enim nemo eleemosynam de suo facere alii teneretur, quod legi divine et nature ac etiam humane noscitur obviare. Nemo tamen contra utilitatem suam et contra rationem cogitur de proprio beneficium facere. Non enim dare eleemosynam de proprio non est contra rationem nec contra utilitatem spiritualem eleemosynam facientis, licet quandoque sit contra utilitatem temporalem. Sic etiam defendere socium gratis absque mercede temporali non est contra utilitatem saltem spiritualem nec contra rationem, et ideo sepe cogitur quis lege nature et divina tale beneficium aliis gratis impendere.

**Discipulus:** Ista responsio videtur apparens. Ideo dic qualiter ad quintam instantiam respondetur.

**Magister:** Respondetur quod regulare est neminem teneri suis stipendiis militare pro persona privata. Fallit tamen in casu, quia si aliquis militando potest salvare vitam alterius qui non potest sibi reddere stipendium, debet pro eo stipendiis propriis militare salvando vitam eiusdem. Si enim miles in bello viderit socium ab adversariis fortiter impugnatum et in mortis periculo constitutum, debet, si potest, non sperando ab ipso stipendium, ipsum de periculo liberare.

**Discipulus:** Miles recipit stipendium a principe pro principe et aliis sibi fidelibus defendendis quando potest.

---

170 verba] C. 10 q. 2 c. 4 col. 1177

---

166 allegat] asserit Ly 171 obtineat] obtineant Ly 173 continent] continet Fi An | suo] proprio Ly 175 etiam] omitted Ly | quis] quia Bb 176 alii] aliis Ly 177 etiam] omitted Bb We Ly 178 contra<sup>1</sup>] omitted We 180 non] omitted Bb We Ly | est...rationem] econtra rationi Bb 182 Sic] Sicut Ly 184 spiritualem] defendentis added Ly 185 quis] aliquis Ly 188 instantiam] rationem Ly 189 neminem] nemine Bb 191 aliquis] quis Fi An 193 militare] omitted Fi An 194 viderit] videret Fi An 199 sibi] omitted Fi An Ly



Quare debet absque stipendio recipiendo a socio ipsum quando expedierit defensare. 200

**Magister:** Sicut miles recipit stipendium a principe etiam pro aliis comilitionibus quando expedierit defendendis, ita quilibet recepit preceptum a Deo et a lege nature pro sociis quando necesse fuerit defendendis. Non minus autem obligatur quis ex precepto divino et lege nature quam ex stipendio recepto a principe. Quare sicut miles tenetur comilitiones defendere quando convenienter potest, ita quilibet tenetur socium defendere quando convenienter potest. 205  
210

**Discipulus:** Dic qualiter ad obiectionem ultimam respondetur.

**Magister:** Respondetur quod quamvis per leges nemo cogatur benefacere, tamen sepe per leges cogitur quis bonum facere. Lex enim neque divina neque humana cogit benefacere, quia sicut dicit Augustinus post verba que allegasti: “*Benefacere nemo potest nisi elegerit, nisi amaverit, quod est in libera voluntate*”. Ex quibus verbis colligitur quod sicut voluntas non potest cogi ita nemo potest cogi benefacere. Potest tamen quis cogi bonum facere, et quandoque quidem absolute, quandoque autem conditionaliter. Et sic per leges divinas et humanas cogitur quis conditionaliter benefacere, scilicet (si voluerit vitare penam temporalem vel eternam) socium, cum potest, defendere. 215  
220  
225

**Discipulus:** Istam responsionem rationabilem arbitror, cui tamen glosa sub illo verbo ‘cogimini’ repugnare videtur, cum dicit: “*Qui enim ex timore benefacit, reputatur non facere*”. Ex quibus verbis colligitur quod aliquis potest benefacere ex timore, et ita aliquis saltem timore conditionaliter cogitur benefacere, quemadmodum cogitur bonum facere. 230

**Magister:** Respondetur quod glosa intentionem textus Augustini expressius habuisset si dixisset: ‘qui ex timore

---

216 dicit] C. 23 q. 5 c. 33 col. 1783 227 glosa] C. 23 q. 5 c. 33 col. 1784 s.v. cogimini

---

200 a socio] omitted Fi 203 expedierit] necesse fuerit We 205 necesse] necessarie Bb 206 lege] legis We 208 comilitiones] comilitonem (sic) We comilitones Ly 209 quilibet] socius Ly 214 sepe] vel added Bb Fi An 216 sicut] omitted Ly 220 Potest...facere] omitted Ly | cogi] omitted Fi An 223 benefacere] omitted We 224 eternam] tenetur added Ly 227 cogimini] cogitavi Ly 228 enim] omitted Ly

235 bonum facit reputatur non facere', sicut Augustinus, ut  
 habetur Extra, *De regulis iuris*, dicit: "*Qui ex timore facit*  
*preceptum, aliter quam debeat facit, et ideo iam non facit*".  
 Potest tamen dici quod glosa posuit 'benefacere' pro 'bonum  
 240 facere'. Non est autem dubium quin leges cogant bona facere,  
 et ideo sepe metu legum nonnulli bona faciunt et ita timore  
 beneficiunt, accipiendo 'benefacere' pro 'bonum facere'. Sed  
 Augustinus aliter accipit 'benefacere', quia pro meritorie et  
 ex bona voluntate facere.

### *Capitulum 45*

**Discipulus:** Allegationes quas supra in diversis capitulis  
 adduxisti ad probandum quod catholici qui possunt de  
 necessitate tenentur papam hereticum impugnantes defendere,  
 5 tantummodo de scientibus et credentibus papam esse  
 hereticum videntur concludere: quod illi soli videlicet qui  
 sciunt aut credunt papam esse hereticum tenentur de  
 necessitate salutis ipsum impugnantes, si possunt, defendere.  
 Non autem videntur ostendere quod nescientes papam esse  
 10 hereticum teneantur defendere ipsum de pravitate heretica  
 impugnantes. Ideo quod de hoc sentiunt literati propala.

**Magister:** Rationes ille, saltem multe, non tantum de  
 scientibus papam esse hereticum sed etiam de nescientibus,  
 tamen dubitantibus, videntur procedere. Unde nonnulli putant  
 15 quod, sicut si aliquis de facto a papa catholico appellaret ipsi  
 heresim imponendo, antequam constaret appellationem  
 huiusmodi non esse legitimam esset appellationi deferendum  
 eiusdem. Ita si aliqui impugnant papam hereticum, alii  
 catholici nescientes ipsum esse hereticum et ignorantes an  
 20 impugnantes ipsum veraciter et iuste impugnent, tenentur, si  
 possunt, taliter impugnantes defendere.

**Discipulus:** Secundum ista que dicis, hic est locus  
 congruus pertractandi conclusionem tertiam illorum qui  
 tenent quod licet appellare a summo pontifice, quam supra  
 25 cap. 17 recitasti, et nunc iterum replicasti. Ideo pro illa  
 conclusione primo satagas allegare.

---

236 Extra...iuris] X. 5. 41. 8 col. 1964

---

237 iam non] non iam Bb Ly 239 cogant] sepe added Ly 240 legum]  
 et timore added Ly | bona...timore] omitted Ly | ita] omitted We  
 242 benefacere] omitted Ly 243 ex] omitted Bb 45,6 concludere]  
 excludere We | videlicet] scilicet Ly 11 quod] quid Fi An 13 etiam]  
 omitted Ly 22 est] erit We 24 tenent] dicunt Ly | quam] quod Bb Fi  
 An 25 17] 7 Bb

**Magister:** Quod deferendum sit appellationi a papa catholico pro causa heresis interiecte antequam constet ipsam non esse legitimam multis modis videtur posse probari. Primo autem sic. Non minus deferendum est appellationi pro causa heresis interiecte quam aliis appellationibus pro gravaminibus spiritualibus et levibus interiectis, quia appellatio pro causa fidei interiecta spectat ad ius publicum et utilitatem communem, ergo non minori privilegio gaudere debet quam appellatio interiecta pro utilitate privata. Sed aliis appellationibus est deferendum quamvis non constet quod non sunt legitime eo quod causa allegata non est probata. Ergo multo fortius appellationi a papa pro causa heresis interiecte est deferendum dummodo non constet quod non est legitima.

**Discipulus:** Tardiores exemplis apertis sepe moventur. Ideo pone exemplum apertum de appellatione a papa catholico interiecta.

**Magister:** Sicut in principio istius materie tibi apertius indicavi, tenentes istam assertionem quod appellationi a papa catholico est deferendum antequam constet appellationem non esse legitimam nolunt ad strictissimam significationem ‘appellationis’ artari, sed utuntur nomine ‘appellationis’ quo poterunt largius, scilicet pro provocatione largissime sumpta, imo etiam, si usus permittit, pro recusatione. Intendunt igitur quod appellationi seu provocationi a papa catholico, vel etiam recusationi, quando allegatur causa que si esset probata deberet legitima reputari, tali appellationi vel recusationi est omnino deferendum.

Tali modo loquendi supposito, ponatur quod aliquis appellat a papa vel recusat eum, allegando et se velle probare firmiter offerendo quod papa tenuit et asseruit fidem christianam esse falsam et fictam, et ideo papa non potest nec debet officium papatus exercere. Quo posito, dicunt isti quod tali appellationi seu provocationi vel recusationi, quantumcunque causa allegata sit falsa, quia tamen est talis que si esset probata deberet legitima reputari, antequam

---

45,44 in principio] 1 Dial. 6.18

---

29 multis] multi Bb 30 autem] omitted Ly 35 utilitate] utilitatem Bb  
 36 est] omitted Bb 49 pro] omitted Bb Fi An 50 si] omitted Ly  
 51 etiam] omitted Ly 55 supposito] subposite Bb 56 appellat] appellet  
 We Ly | recusat] recuset We Ly 58 papa] papatus Bb We omitted Ly  
 59 papatus] Ly: omitted Bb Fi An We 61 tamen] non added Bb Fi An

allegans eam fuerit de calumpnia convictus vel in probatione  
 defecerit, aut per aliam exceptionem legitimam vel alium  
 65 modum congruum appareat repellendus, tam papa quam alii  
 catholici debent appellationi vel recusationi tali deferre circa  
 talem appellansem vel recusantem, antequam eum malitiose  
 constiterit processisse, nichil penitus innovando. Imo pro  
 tempore illo a iurisdictione summi pontificis est exemptus.

70 Hoc exemplo posito, probatur quod modo predicto tam  
 summus pontifex quam alii tali appellationi vel recusationi  
 deferre tenentur, et primo sic. Secundum leges favore  
 religionis multa statuuntur contra rationem, quod sane  
 intellectum consonum veritati dinoscitur, quia religio  
 75 christiana maiori favore dinoscitur esse digna quam  
 quecumque causa privata. Ex quo concluditur quod verba iuris  
 in favorem religionis amplianda sunt et nullatenus  
 restringenda. Et per consequens omnia iura canonica et  
 civilia in favorem edita appellantis interpretanda sunt  
 80 largissime quando appellans pro religione christiana et fide  
 catholica se asserit appellare. Constat autem secundum iura  
 canonica et civilia quod appellationi illius qui pro re alia  
 quam pro fide talem causam allegat que si esset probata  
 deberet legitima reputari, iudex a quo appellat et alii deferre  
 85 tenentur. Ergo per eadem iura probatur quod appellans a papa  
 allegans quod papa tenet et asserit fidem christianam esse  
 falsam, papa et alii appellationi eius vel recusationi deferre  
 tenentur, quia si hec causa esset probata deberet legitima  
 reputari. Si enim talis appellans probaret legitime papam  
 90 tenere fidem christianam esse falsam, papa nec super ipsum  
 nec super alium iurisdictionem haberet.

Secunda ratio talis est. Appellationi vel recusationi illius  
 deferendum est (antequam constet eum frustratorie seu  
 malitiose procedere) cui licet pro causa quam allegat ab alio  
 95 appellare vel alium recusare. Quia sicut omni appellationi vel

---

63 calumpnia] et falsitate *added* We 65 repellendus] repellendus Bb  
 quam] omnes *added* We 66 circa] contra We 67 talem] taliter We Ly  
 antequam] priusquam Ly 72 Secundum] S<sup>c</sup> Fi 73 statuuntur]  
 constituuntur Ly | sane...74 consonum] sano intellectui inconsonum Ly  
 74 quia] vel Bb autem *added* Fi An 76 quecumque] quacunque Bb  
 80 quando] quia Ly 83 fide] si *added* Ww 90 ipsum] istum Ly  
 91 super] *omitted* Bb An aliquem *added* We 92 ratio] est Bb | est]  
 Sicut *added* Ly | illius] legitime Ly 93 est] ita etiam omni appellationi  
 et recusationi quam non constat illegitimam esse deferendum est *added* Ly  
 94 cui] et Ly | allegat] alleget Ly 95 recusare] et *added* Ly | sicut] sic  
 Ly

recusationi legitime deferendum est, ita etiam omni  
 appellationi et recusationi quam non constat esse illegitimam  
 deferendum est. Sed catholico licet a papa appellare vel  
 papam recusare si papa asserit fidem christianam esse falsam.  
 Ergo si pro causa hac quis appellat a papa vel papam recusat 100  
 pro iudice (antequam constet talem appellationem vel  
 recusationem non esse legitimam) tali appellationi vel  
 recusationi deferendum est. Sed non potest constare talem  
 appellationem vel recusationem non esse legitimam nisi  
 constiterit causam allegatam esse falsam. Ergo antequam 105  
 constet causam allegatam esse falsam, deferendum est  
 appellationi vel recusationi huiusmodi.

Tertia ratio talis est. Si appellationi vel recusationi  
 huiusmodi est minime deferendum, aut hoc est quia causa  
 assignata si esset probata non deberet legitima reputari, aut 110  
 quia ille a quo appellatur vel qui recusatur est talis persona a  
 qua pro causa tali appellare non licet, vel quia appellans vel  
 recusans est talis persona cui specialiter est interdictum a iure  
 ne pro tali causa appellet, vel quia appellans vel recusans  
 infra tempus statutum a iure non appellat vel non recusat, vel 115  
 suam appellationem vel recusationem nequaquam  
 prosequitur, vel quia in forma appellationis aliqua que  
 deberent inferri obmittuntur. Quia si aliqua appellatio vel  
 recusatio repellitur, aut est repellenda propter causam non  
 legitimam si etiam esset probata, vel propter defectum 120  
 appellationis aut prosecutionis, aut propter obmissionem  
 temporis a iure statuti, vel propter conditionem persone a qua  
 appellatur vel recusatur, vel propter conditionem persone  
 appellantis vel recusantis.

Sed propter primum non est dicendum quod tali 125  
 appellationi vel recusationi est minime deferendum, quia  
 causa assignata (quod papa videlicet tenet et asserit fidem  
 christianam esse falsam) est talis que si esset probata deberet  
 ab omnibus catholicis sufficiens et legitima reputari.

---

96 ita...98 est] *omitted* Ly 98 catholico] *In Bb*, fo. 91v *ends here, and the text* (licet a papa appellare etc.) *continues at the beginning of* fo. 89r  
 99 esse falsam] *omitted* Fi An 100 appellat] ppellat Ly | a...papam]  
 vel a papam Bb | a...101 talem] *omitted* Ly | papam] *omitted* Fi An  
 102 tali...104 legitimam] *omitted* Ly 105 antequam...106 falsam]  
*omitted* Ly 106 deferendum] *omitted* An 111 appellatur] We: appellat  
 Bb Fi An Ly 114 appellet] appellaret Ly 118 vel...119 recusatio]  
*omitted* Bb 119 non] *omitted* Ly 121 obmissionem] emissionem Bb  
 122 statuti] stat Bb | qua] quo Bb 123 vel<sup>1</sup>] que *added* We  
 129 sufficiens] sufficientissima We

130 Nec propter secundum, quia a papa si asserit et tenet  
fidem christianam esse falsam licet appellare, imo est ab  
omnibus catholicis evitandus.

Nec propter tertium est tali appellationi vel recusationi  
minime deferendum, quia ponatur quod appellans seu  
135 recusans sit bone fame quando appellat vel recusat et talis  
contra quem nichil obici possit, imo ponatur quod sit rex vel  
episcopus aut talis opinionis et fame quod contra personam  
non possit exceptio legitima allegari.

Nec propter quartum est tali appellationi vel recusationi  
140 minime deferendum, tum quia, sicut probatum est, tali  
appellanti vel recusanti non potest currere tempus, cum non  
sit simpliciter necesse appellare pro tali causa, tum quia  
ponatur quod infra tempus statutum a iure appellet vel recuset  
et appellationem vel recusationem prosequatur.

145 Nec propter quintum est tali appellationi vel recusationi  
minime deferendum, tum quia in hoc casu in favorem fidei  
christiane non est necesse servare subtilitates iuris, tum quia  
ponatur quod talis appellans vel recusans nichil de  
contingentibus et subtilitatibus iuris obmittat.

150 Patet igitur quod nulla ratio potest allegari quare tali  
appellationi sit minime deferendum, quia nec ex parte cause  
assignate, nec ex parte appellantis, nec ex parte persone a qua  
appellatur, nec ex parte temporis, nec ex parte forme  
appellationis. Et ita dicendum est, secundum istos, quod tali  
155 appellationi seu recusationi est deferendum omnino.

**Discipulus:** Potest dici quod ratio potest reddi quare tali  
appellationi seu recusationi est minime deferendum ex parte  
cause, quia causa est falsa, eo quod papa est catholicus  
secundum casum.

160 **Magister:** Ista responsio frivola reputatur, quia falsitas  
cause non impedit quominus appellationi vel recusationi sit  
deferendum antequam falsitas sit probata vel offerens se  
probaturum causam in probatione defecerit. Aliter enim  
nunquam esset aliqua appellatio reprobanda cui iudex vel  
165 alius rationabiliter detulisset, quod tamen constat esse falsum.

---

140 probatum est] 1 Dial. 6. 24, 30

---

139 vel recusationi] *omitted* Fi An We a iudice *added* Ly 143 ponatur]  
ponitur Ly 144 prosequatur] *proseqt'* Ly 147 servare] *observare* Ly  
149 et] vel Fi An | et subtilitatibus] *omitted* Bb 150 igitur] primo Bb  
Fi An | quod] quia Fi An 154 istos] ipsos Ly 156 potest] dari vel (*sic*)  
Ly 157 seu recusationi] *omitted* Ly 164 cui] an Ly

Si enim iudex iustam contra aliquem profert sententiam, si ille duxerit appellandum allegans quod sententia est iniqua, iudex quamvis sciat appellationem esse iniquam et causam esse falsam, quia tamen adhuc non est probata causa esse falsa, nec dum appellans in probatione defecit, iudex appellationi sue deferre tenetur. Qui tamen postquam de iniqua appellatione fuerit convictus, exigente iustitia est graviter puniendus. 170

**Discipulus:** Alias rationes adducas.

**Magister:** Quarta ratio pro assertionem predicta talis est. Illius appellationi vel recusationi est deferendum (qui appellat vel recusat ex causa que si esset probata deberet legitima reputari) cuius accusatio et testimonium contra superiorem in eadem causa debet admitti. Sed qui voluerit papam de supradicta heresi accusare vel contra eum testificari, si alias est persona idonea, eius est accusatio et etiam testificatio admittenda. Ergo si ex eadem causa duxerit appellandum, vel eundem superiorem duxerit recusandum, eius appellationi vel recusationi est deferendum. Maior videtur manifesta, quia ex eque levibus causis vel equalibus contingit contra aliquem appellare et recusare ipsum de quibus contingit eum accusare vel contra eum testimonium ferre. Sepe etiam licet aliquem iudicem recusare quando recusans ipsum accusare vel testificari contra ipsum non debet. Minor etiam videtur certa, quia constat quod papa potest de heresi accusari secundum iura, et per consequens contingit contra ipsum super heresi testimonium ferre, quod maxime veritatem habet si papa tenet fidem christianam esse falsam. 175  
180  
185  
190

Quinta ratio est hec. Ille cuius appellationi vel recusationi merito non defertur, de appellatione iniqua seu frustratoria vituperandus censetur, quia solummodo appellationi et recusationi frustratorie vel inique est minime deferendum. Sed qui appellat vel recusat papam pro iudice se gerente, se offerens probaturum quod papa tenet et asserit 195

---

166 profert] proferret Ly 168 esse] omitted Ly 170 dum] etiam Ly 178 et] vel Ly 180 supradicta] predicta Ly | testificari] testificare Fi An | alias] aliter An alius Ly 183 superiorem] We Vc Ox Ba Di: errorem Bb Fi An iudicem Ly errantem Fr 184 videtur] est Ly | ex] omitted Ly 186 de] ex Ly | contingit] omitted Fi An 187 eum] omitted Bb ipsum Fi An | etiam] enim Ly 188 quando...accusare] omitted Ly | accusare] accusari Bb 189 non debet] ut patet Ly 191 contingit] omitted Fi An | super] de Ly 192 ferre] ferri Ly 197 et] vel Fi An Ly 198 se...199 gerente] omitted We 199 gerente] gerentem Ly | se] scilicet Ly | quod] quia Bb Fi An

200 fidem christianam esse falsam, ante examinationem cause et  
antequam convincatur de falsi criminis impositione vel in  
probatione defecerit, non est vituperandus iuxta sententiam  
sapientis qui, ut habetur Ecclesiastici 11, ait: “*Priusquam*  
205 *interroges, ne vituperes quemquam*”. Ergo tali appellationi  
vel recusationi, antequam ostendatur iniqua, est deferendum.

Sexta ratio talis est. In dubiis via securior est tenenda  
(Extra, *De regulis iuris*, c. *Estote* et Extra, *De homicidio*, c.  
*Ad audientiam*). Sed deferre appellationi vel recusationi pape  
ex causa predicta est via securior. Nam ex hoc quod tali  
210 appellationi vel recusationi defertur nullum periculum  
imminet, neque fidei christiane neque summo pontifici, si est  
innocens. Si autem talibus appellationibus et recusationibus  
esset minime deferendum, magna pericula possent fidei  
catholice imminere. Posset etiam papa, absque metu stricti  
215 iudicii et pene condigne, in catholicis fidei corrumpere  
puritatem. Ergo, securiorem viam sequendo in favorem fidei  
christiane, est talibus appellationibus et recusationibus  
deferendum.

**Discipulus:** Videtur quod talis via non est securior, quia  
220 summo pontifici, si talibus esset appellationibus et  
recusationibus deferendum, multiplicia et magna imminerent  
dispendia. Posset enim quilibet papam catholicum tanquam  
hereticum recusare, ex quo fama summi pontificis  
multipliciter lederetur, et ipse suam innocentiam declarando  
225 modis variis vexaretur.

**Magister:** Ista responsio impugnatur, quia talis via non  
est securior, quod sic probatur. Illa via que est in favorem  
fidei christiane et non in probabile dispendium summi  
pontificis innocentis est securior quam illa via que potest  
230 vergere in notabile dispendium fidei orthodoxe et in  
periculosum favorem pape pravitate heretica maculati. Sed  
deferre huiusmodi appellationibus et recusationibus  
interiectis ex causa predicta, antequam legitime constet

---

203 Ecclesiastici 11] Ecclesiasticus 11:7 207 Extra<sup>1</sup>... Estote] X. 5. 41.  
2 col. 1962 particularly in gloss s.v. in meliorem partem | Extra<sup>2</sup>...208  
audientiam] X. 5. 12. 12 col. 1705

---

201 criminis] crimine Fi 204 ne] non Fi 206 securior] securio Bb  
207 De<sup>1</sup>] omitted Fi An 208 vel] et We 209 est] omitted Bb  
210 nullum] illum Bb 212 et] vel An Ly 213 esset] We: est Bb Fi An  
Ly 214 etiam] enim We 215 pene] pone Bb | in catholicis] catholice  
Ly 217 et] vel Ly 219 est] sit Ly 221 deferendum] omitted Fi An  
228 in] omitted Ly 230 in<sup>2</sup>...231 periculosum] periculum et in Ly  
231 favorem] favore Bb omitted Fi An | maculati] maculari Fi



causam esse falsam, est in favorem fidei christiane et non est  
 in probabile dispendium vel periculum summi pontificis  
 innocentis, quia summo pontifici innocenti plurime vie patent  
 omne periculum evadendi. Non deferre autem huiusmodi  
 appellationibus et recusationibus potest vergere in notabile  
 dispendium fidei orthodoxe, et in favorem pape heretici.  
 Poterit enim libere papa hereticus pravitate heretica  
 corrumpere orthodoxos si nemo contra eum est super crimine  
 heresis audiendus. Deferre ergo huismodi appellationibus et  
 recusationibus est via securior et ideo est tenenda.

**Discipulus:** Ista ratio dupliciter videtur deficere. Primo  
 quia, sicut dixi, deferre appellationibus et recusationibus  
 huiusmodi potest vergere in personale periculum summi  
 pontificis innocentis, quia quilibet poterit eum diffamare et  
 multipliciter fatigare. Secundo deficit quia quamvis non sit  
 talibus appellationibus et recusationibus deferendum, non  
 tamen poterit papa hereticus libere pravitate heretica  
 corrumpere orthodoxos. Quia si aliqui qui sint minime  
 repellendi eum accusare voluerint de heretica pravitate, eis  
 non debet audientia denegari.

**Magister:** Prima instantia tua frivola multis apparet.  
 Quia, sicut (quemadmodum notatur glosa Extra, *De  
 presumptionibus c. Quia verisimile non est*) “*de nemine  
 presumendum est quod bona sua iactet, supra De  
 renuntiatione c. Super eo, et supra De restitutione  
 spoliatorum c. Sollicite*”, ita de nemine presumendum est  
 quod gratis confusio et totius amissioni honoris ac pene  
 pravitate heretice se exponat. Sed qui appellaret a papa vel  
 ipsum tanquam hereticum recusaret, eidem imponendo quod  
 fidem christianam asserat esse falsam, se confusio perpetue  
 et amissioni totius honoris et pene pravitate heretice  
 exponeret. Talis enim propter tanti criminis impositionem  
 tante persone omnibus predictis esset dignissimus. Ergo de  
 nemine qui fuerit bone discretionis et fame est presumendum

255 glosa] X. 2. 23. 10 col. 889 (*misprint for 789*) s.v. concesserit  
 257 De...258 eo] X. 1. 9. 5 col. 227 258 De...259 Sollicite] X. 2. 13. 2  
 col. 622

234 est<sup>2</sup>] omitted Fi An 235 probabile] personale Ly 237 omne] ēē Bb  
 e° Fi An 245 sicut] ego added Ly 250 poterit] In Bb fo. 89v ends here.  
 The text (papa hereticus libere etc.) continues at the beginning of fo. 94r  
 255 sicut] sic Ly | glosa] Kn: omitted Ww Ce Sm Va Vg Vc Ox Ba Es  
 Ax Fr 256 non est] We: non Bb Fi An quia sicut Ly 257 quod] quia Bb  
 Fi An 258 eo] hoc Ww 263 perpetue] pape Ly 264 heretice] se  
 added Ly 265 impositionem] impositioni Bb

quod tale quid velit mendaciter imponere summo pontifici.  
 Quare quantumcunque talibus appellationibus et  
 270 recusationibus deferatur, probabile periculum nequaquam  
 imminet summo pontifici innocenti, quia nullatenus oportet  
 probabiliter formidare quod unquam aliquis tantum crimen  
 summo pontifici innocenti audebit imponere. Et si  
 275 contingeret quod semel vel bis aliqui ad tantam devenirent  
 insaniam quod mendaciter tale crimen imponerent summo  
 pontifici innocenti et propter hoc appellarent ab ipso vel  
 recusarent eundem, non essent propter hoc tales appellationes  
 vel recusationes regulariter repellende. Quia, sicut in legibus  
 280 statuendis ita in interpretatione legum, ea que frequenter et  
 non que raro accidunt sunt pensanda. Quare cum raro vel  
 nunquam accidat quod aliquis appellando vel recusando  
 papam sibi imponat quod fidem abnegaverit christianam  
 (cum ista sit causa que si esset probata deberet legitima  
 285 reputari), concluditur quod iura que asserunt quod est  
 appellationibus et recusationibus deferendum (in quibus  
 assignatur causa que si esset probata deberet legitima  
 reputari) ad appellationem et recusationem pape in qua pro  
 causa assignatur quod papa fidem christianam asserit esse  
 falsam sunt omnimode extendenda.

290 Secunda instantia tua per rationem quartam superius  
 factam refellitur, ubi ostensum est quod cuilibet licet accusare  
 papam de heretica pravitate, et eius appellationi et recusationi  
 pro causa heresis est omnimode deferendum, cum minus sit  
 appellare vel iudicem recusare quam accusare eundem.

295

#### *Capitulum 46*

**Discipulus:** Ex quo allegasti pro assertione dicente  
 quod deferendum est appellationi seu recusationi pape  
 antequam constet talem appellationem vel recusationem non  
 5 esse legitimam, quia causa videlicet allegata non est probata  
 licet sit talis que, si esset probata, deberet legitima reputari,  
 peto ut pro assertione contraria aliquas allegationes adducas.

---

269 Quare] Quia Bb 271 oportet] debet Fi An 274 aliqui] omitted An  
 275 quod] cum Bb 279 statuendis] stuendis Bb | in] omitted Bb  
 281 nunquam accidat] unquam accida Bb 289 omnimode] omnino Fi  
 An | extendenda] et added Ly 290 per] contra Bb | per rationem]  
 contra Fi An 291 refellitur ubi] repellitur nam Ly | cuilibet] cui We  
 292 et<sup>1</sup>] omitted We 293 omnimode] omnino Fi An 46,6 que] quod  
 Ly | deberet] posset We

**Magister:** Quod nescientes et dubitantes talem appellationem vel recusationem esse legitimam eidem deferre non debeant, maxime si papa sciens causam esse falsam non defert eidem, videtur posse probari. 10

Primo sic. Preceptis pape oportet non solum in certis sed etiam in dubiis obedire, cum etiam in dubiis precepto regis sacrilegi miles debeat obedire, teste Augustino qui, ut legitur 23 q. 1 c. *Quid culpatur*, ait: “*Vir iustus, si forte sub rege et homine etiam sacrilego militet, recte potest illo iubente bellare, si vice pacis ordinem servans, quod sibi iubetur, vel non esse contra Dei preceptum certum est, vel utrum sit, certum non est, ita ut fortasse reum faciat regem iniquitas imperandi, innocentem autem militem ostendat ordo serviendi*”. Ex quibus verbis colligitur quod miles regi sacrilego in dubiis obedire tenetur. Ergo multo magis in dubiis est obediendum summo pontifici. Ex quo concluditur quod dubitantes talem appellationem vel recusationem esse legitimam si papa non defert ei et aliis mandat ne deferant, ipsi ei obedire debent. 25

Secundo sic. Nulli clerico licet ante tempus sententie ab episcopo suo discedere (8 q. 4 c. *Nonne*). Ergo multo magis propter nullam appellationem vel recusationem ante decisionem cause licet catholicis ab obedientia pape recedere. Ergo post recusationem vel appellationem huiusmodi est in omnibus obediendum pape sicut prius. Ergo si papa precipit tali appellationi vel recusationi nequaquam deferri, dubitantes talem appellationem vel recusationem non esse legitimam ei non deferre tenentur. Aliter oporteret catholicos nescientes papam esse hereticum ab obedientia ipsius recedere, quod nullatenus est tenendum. 30 35

### *Capitulum 47*

**Discipulus:** Non puto quod fortiores rationes quam sint iste due pro assertione predicta valeant inveniri. Ideo plures nequaquam adducas, sed dic quomodo respondetur ad istas.

---

46,15 23...culpatur] C. 23 q. 1 c. 4 col. 1705 28 8...Nonne] C. 8 q. 4 c. 1 col. 1139

---

9 vel recusationem] omitted Bb non added Ly | eidem] eis Ly 11 defert] deferret Ly 14 debeat] deberet Fi An | Augustino] Au<sup>9</sup> Fi 15 legitur] habetur Ly | Vir] omitted Bb 16 militet] militem Fi An 26 obedire] deferre non We 28 c...magis] omitted Ly 31 vel] omitted Bb 33 deferri] differri Fi An deferre We 35 oporteret] orporteret Ly 47,4 nequaquam] non Ly

5           **Magister:** Ad primam respondetur de dubiis  
distinguendo. Nam, sicut distinguitur de ignorantia prout  
legitur 1 q. 4 § *Notandum* quod alia est ignorantia facti, alia  
iuris (et ignorantia facti alia est eius quod oportet scire et alia  
10 eius quod non oportet scire, et similiter ignorantia iuris alia  
est iuris naturalis alia civilis), sic est dubitatio facti et  
dubitatio iuris. Et alia est dubitatio facti quod oportet scire,  
alia est facti quod non oportet scire. Et similiter alia est  
dubitatio iuris quod quis scire tenetur, et alia est iuris quod  
quis non tenetur scire.

15           Per hoc respondetur ad primam rationem quod quedam  
sunt dubia que oportet scire, et quedam sunt dubia que non  
oportet scire. In dubiis autem que non oportet scire est  
obediendum superiori, et in tali casu loquitur Augustinus in  
verbis superius allegatis. In dubiis vero que oportet scire non  
20 est semper obediendum superiori. Si enim rex vel alius  
preciperet adorare Machometum vel servare legem iudeorum,  
quamvis subditus dubitaret tale preceptum esse contra legem  
Dei et iniquum, nullatenus excusaretur a peccato obediendo,  
quemadmodum iudei et alii minime excusantur licet nesciant  
25 se malefacere.

          Sic dicunt in proposito, quod si aliquis dubitat an sit  
obediendum pape precipienti quod tali appellationi vel  
recusationi minime deferatur, dubitat de illo quod oportet  
scire et nullatenus dubitare. Quilibet enim capax rationis scire  
30 tenetur quod magis favendum est legi divine quam cuicumque  
mortali, et ideo occurrendum est magis ubi imminet  
periculum legis divine quam ubi imminet periculum hominis  
cuiuscunque mortalis. Quare quilibet scire tenetur quod in  
derogationem et subversionem legis divine nulli oportet  
35 obedire prelato. Tenetur etiam quilibet scire quod si non esset  
deferendum appellationi vel recusationi huiusmodi antequam  
constaret eam non esse legitimam, posset legis divine

---

47,7 1...Notandum] *Dictum Gratiani post C. 1 q. 4 c. 12 col. 777*  
19 superius] 1 Dial. 6.46

---

7 4] c. Crimen *added* Ly | alia<sup>2</sup>] est *added* Ly 8 et<sup>1</sup>] *omitted* Ly | alia<sup>2</sup>]  
est *added* Fi 9 alia... 10 iuris] *omitted* Fi 10 est<sup>2</sup>] alia *added* Ly | et]  
alia *added* Ly 11 est] *omitted* Ly 12 alia<sup>1</sup>...scire] *omitted* Ly 13 iuris<sup>1</sup>]  
*omitted* Ly | scire] non *added* Ly | est] dubitatio *added* We 14 non]  
*omitted* Ly | scire] et alia est dubitatio iuris quod quis scire non tenetur  
*added* Ly 17 est] semper *added* We 19 vero] autem We 21 adorare]  
We: adorari Bb Fi An Ly 24 quemadmodum] sicut Ly | nesciant] non  
sciant Ly 26 dubitat] dubitet We duditet (*sic*) Ly 30 est] *omitted* Fi An  
37 constaret] constet Ly

subversio imminere. Posset enim libere papa hereticus absque  
resistentia legem divinam subvertere, et introducere sectam  
catholice fidei adversantem. Quare quilibet scire tenetur quod  
tali precepto est minime obediendum. Et ideo si dubitans  
obediat a peccato minime excusatur, quia dubitat ubi dubitare  
non debet.

**Discipulus:** Omnino videtur irrationabiliter dictum  
quod quilibet tenetur scire quod tali precepto pape non sit  
obediendum, cum pauci vel nulli hoc teneant. Ea autem que  
quilibet scire tenetur noscuntur esse communia quedam que  
paucis sunt ignota. Ergo non quilibet tenetur scire quod non  
est obediendum tali precepto summi pontificis.

Quod etiam ratione videtur posse probari. Quia  
spectantia ad mores que quilibet scire tenetur vel pertinent ad  
ius naturale vel ad ius divinum. Ea vero que sunt de iure  
positivo non quilibet scire tenetur. Sed non obedire tali  
precepto non pertinet ad ius naturale, quia tunc esset  
naturaliter notum. Nec spectat ad ius divinum quia ius  
divinum in scripturis sacris habetur. In tota autem scriptura  
divina nulla de hoc fit mentio, ergo non spectat ad ius  
divinum.

**Magister:** Respondetur quod sicut natura humana est  
corrupta per peccatum, ita etiam cognitio humana in multis  
per varia vitia quo ad multa penitus est amissa. Et ideo si  
nulli vel pauci tenent quod non est obediendum tali precepto  
pape, hoc ex corruptione accidit vitiorum. Pauci enim vel  
nulli inveniuntur qui velint pro veritate incurrere  
indignationem summi pontificis. Si autem summus pontifex  
hoc teneret, omnes vel multi de hoc nullatenus dubitarent. Si  
etiam vellent ad conscientiam suam recurrere, invenirent esse  
tenendum quod nulli mortali est obediendum in  
subversionem legis divine, et per consequens quod tali  
precepto pape cum possit esse in subversionem legis divine  
non est obediendum quoquo modo.

---

40 Quare] We Vc Ox Ba Esb: Quia Bb Fi An Ly 41 precepto] pape  
added We 45 sit] omitted Bb 47 tenetur] non added Bb | noscuntur]  
cognoscuntur Ly | communia quedam] contraria his Ly 48 Ergo]  
omitted Bb | quod] quia Fi 50 etiam] autem Bb Fi | probari] probare  
Bb 51 pertinent] pertinet Bb 52 vero] enim We 55 naturaliter]  
naruraliter Ly | spectat] pertinet Ly 60 etiam] et Ly 63 ex] omitted Bb  
64 incurrere] In Bb fo. 94v ends here. The text ( indignationem summi  
pontificis etc.) continues at the beginning of fo. 92r 67 suam] omitted Bb  
69 subversionem] subversione Ly | quod] omitted Fi An

Cum vero dicis quod spectantia ad mores que quilibet scire tenetur vel pertinent ad ius naturale vel ad ius divinum, dicitur quod verum est aliquo modo. Quia vel sunt principia  
 75 aut conclusiones iuris naturalis vel divini, aut sequuntur simul ex iure naturali et divino. Et ita est de ista assertione ‘non est obediendum huiusmodi precepto pape’, quia sequitur ex his que sunt de dictamine iuris naturalis et ex aliquibus contentis in iure divino. Quia per rationem naturalem scitur quod  
 80 quilibet debet preferre legem quam reputat divinam omni mortali. Per legem autem divinam scitur quod lex christiana est lex divina. Ergo per rationem et legem divinam simul scitur quod lex christiana est omni homini preferenda, et per consequens nulli precepto pape in derogationem vel  
 85 subversionem legis christiane est aliquo modo obediendum. Et ita spectat quodammodo ad ius naturale et ad ius divinum.

Cum vero dicis quod non pertinet ad ius naturale quia tunc esset naturaliter notum, respondetur quod non est verum, quia multa spectant ad ius naturale tanquam conclusiones que  
 90 non sunt naturaliter nota.

Cum autem dicis quod de hoc in iure divino nulla fit mentio, respondetur quod de hoc non fit mentio vocaliter in iure divino. In iure tamen divino sicut conclusio virtualiter continetur.

95 **Discipulus:** Dic quomodo respondetur ad secundam rationem.

**Magister:** Dicitur quod non est generaliter verum quod nulli clerico licet ante tempus sententie ab episcopo suo discedere, teste glosa 2 q. 7 c. *Sacerdotes*, que ait: “*Si prelati sunt heretici vel excommunicati, vel non servant canones, vel simoniaci, vel notorii fornicatores, tunc potest recedi ab eis ante sententiam 19 dis. c. Nulli, 16 q. ult. c. Sane et 32 dis. c. Nullus*”. Ex quibus patet quod licet clericis in casu ante tempus sententie late ab homine ab episcopo suo vel prelato  
 100

---

99 glosa] C. 2 q. 7 c. 8 col. 906 s.v. agant 102 19...Nulli] D. 19 c. 5 col. 107 | 16...Sane] C. 16 q. 7 c. 15 col. 1545 | 32...103 Nullus] D. 32 c. 5 col. 205

---

73 pertinent] pertinet Bb 76 et divino] omitted Bb 78 que] qui Ly de] ex Ly 79 divino] et added Ly 82 simul] vel Fi An 87 dicis] probatur Ly 89 spectant] peccant Bb | tanquam] ad added Ly 91 in] omitted Bb Fi An 92 vocaliter] omitted Fi An 102 ante sententiam] omitted Ww | 19...Nulli] We: omitted Bb Fi An Ly | ult] fi. Ly | 32] 30 Bb 23 Ly 103 quibus] verbis added Ly 104 vel...105 recedere] discedere We

recedere. Et ideo etiam quandoque a papa ante sententiam  
latam ab homine licet discedere. 105

**Discipulus:** Ista responsio non videtur apprens. Quia,  
quamvis clerico liceat quandoque ante tempus sententie late  
ab homine ab episcopo suo vel prelato recedere, hoc tamen  
non licet ante tempus sententie late a iure. Unde, si prelati 110  
sunt heretici vel excommunicati vel simoniaci vel notorii  
fornicatores, licet sententia non sit lata contra eos ab homine,  
sententia tamen lata est a iure. Sed propter appellationem seu  
recusationem alicuius nulla est sententia lata contra papam a  
iure neque ab homine. Ergo non obstante tali appellatione vel 115  
recusatione est pape obediendum sicut prius. Et ita si precipit  
ne appellationi vel recusationi huiusmodi deferatur,  
obediendum est.

**Magister:** Dicitur quod secundum iura et dictamen recte  
rationis, ante sententiam latam ab homine vel a iure non licet 120  
alicui simpliciter a suo prelato recedere. Verumptamen, sicut  
sepe per appellationem vel recusationem suspensa est  
iurisdictio alicuius et potestas, vel quantum ad aliquam  
causam determinatam vel quantum ad omnem causam, ita  
propter appellationem vel recusationem potest potestas pape 125  
suspendi quo ad quedam precepta, ne videlicet aliquid  
precipiat ante decisionem cause in preiudicium appellantis  
vel etiam recusantis. Et quemadmodum propter  
appellationem vel recusationem huiusmodi est suspensa  
potestas pape quo ad precepta in preiudicium appellantis, ita 130  
omnes subditi pape scientes appellationem vel recusationem  
huiusmodi interiectam, licet nesciant causam esse legitimam,  
absoluti sunt ab obedientia pape quo ad precepta in  
preiudicium appellantis vel recusantis. Et ideo sicut tunc papa  
non debet precipere aliquid in preiudicium appellationis vel 135  
recusationis huiusmodi, ita subditi sui quo ad hoc sibi  
nullatenus obedire tenentur.

### *Capitulum 48*

---

105 etiam] *omitted* Ly 106 discedere] recedere Fi An 108 quamvis]  
licet We 109 ab homine] *omitted* Fi An id est *added* Ly 114 papam]  
neque *added* We Vc | a...115 iure] *omitted* Fi An 115 vel] et Ly  
117 vel] *omitted* Bb | huiusmodi] *omitted* Fi An 122 appellationem]  
accusationem Ly 123 et...vel] potestas et vel Bb 124 omnem]  
communem Bb Fi An 126 quo] quod Fi 127 precipiat] precipiant Fi  
An | ante...cause] aut determinet esse Ly 128 propter] per Fi An We  
129 vel] et Ly 130 appellantis] appellanti Bb 132 causam] eam We  
134 vel] et Ly etiam *added* We

**Discipulus:** Miror quod dicitur potestatem pape posse suspendi per appellationem vel recusationem cuiuscunque, cum nullus debeat suspendi nisi ab homine vel a iure. Papa autem ab homine suspendi non potest, cum nullus sit eo superior. Nec potest suspendi a iure. Quia quicumque suspensus est a iure vel est suspensus a iure naturali vel a iure divino vel a iure positivo. Sed potestas pape per huiusmodi appellationem vel recusationem non est suspensa a iure naturali, cum appellationes et recusationes non sint a iure naturali sed ab inventione humana. Nec est suspensa a iure divino propter idem, nec a iure positivo, quia in toto iure positivo de tali suspensione nulla penitus mentio reperitur.

**Magister:** Isti de vocabulo ‘suspensionis’ nolunt contendere. Et ideo qualitercunque accipiatur in iure, ipsi in hoc casu utuntur nomine ‘suspensionis’ secundum quod importat potestatem in alium ex causa minime exercendam. Et isto modo dicunt potestatem pape aliquo modo suspensam per talem appellationem vel recusationem, quia, scilicet, papa de necessitate salutis tenetur non exercere potestatem in appellantem vel recusantem in preiudicium appellationis vel recusationis ipsius. Et ista suspensio est a iure nature, quia est ex dictamine naturali.

Dictat enim ratio naturalis quod si aliquis appellat vel recusat iudicem ex causa que si esset probata deberet legitima reputari, iudex antequam appellans vel recusans de malitia convincatur non debet potestatem exercere in ipsum in preiudicium appellationis vel recusationis ipsius. Et cum dicis quod appellationes et recusationes non sunt a iure naturali sed ab inventione humana, respondetur quod ex hoc non sequitur quod talis suspensio non sit a iure naturali. Peccata enim non sunt a iure naturali. Cohibitio tamen peccatorum est a iure naturali pro statu nature corrupte, licet non pro statu nature institute. Similiter posset dici quod talis suspensio est a iure divino, quia ex iure divino potest ostendi quod papa non debet in talem potestatem in sue appellationis vel recusationis preiudicium exercere.

### *Capitulum 49*

---

48,4 nisi] vel *added* We 7 est<sup>1</sup>...suspensus<sup>2</sup>] *omitted* Bb 10 et] vel Ly | sint] sunt Ly 12 idem] nec a iure divino propter idem *added* Bb quia] quoniam Ly 14 nolunt] volunt Ly 21 vel<sup>1</sup>] *omitted* Bb 22 ista] ita Ly 29 et] vel Fi An 31 naturali] quia sicut licet Ly | enim] *omitted* Ly 32 peccatorum] sic *added* Ly 34 dici] *omitted* Bb | est] *omitted* Bb 36 potestatem] suam *added* Ly



**Discipulus:** Apparet quod isti per talem suspensionem non aliud intelligunt nisi quod papa tali appellationi vel recusationi deferre tenetur. Ideo obmittamus verbum ‘suspensionis’, et conare probare quod papa tali appellationi vel recusationi deferre tenetur, appellan-tem videlicet vel recusantem propter appellationem vel recusationem nullatenus molestando ante decisionem cause. 5

**Magister:** Quod papa teneatur tali appellationi vel recusationi deferre videtur posse probari primo sic. Papa in hiis que sunt ad alterum non debet dominium vel potentiam contra iustitiam vel misericordiam exercere, iuxta illud beati Petri: “*Neque ut dominantes in cleris*”. Sed si papa appellationi vel recusationi huiusmodi non deferat, erga appellan-tem vel recusantem nec iustitiam nec misericordiam sed dominium et potentiam exerceret. Quod non iustitiam patet, quia ad iustitiam minime spectat appellationi vel recusationi non deferre antequam constet eam non esse legitimam. Nec exercet misericordiam constat, quia nullam facit taliter appellanti vel recusanti appellationi vel recusationi minime deferendo. Exercet ergo potentiam et dominium absque ratione, imo contra rationem. Ergo dampnabiliter peccat. 10 15 20

Secundo sic. Si papa non tenetur tali appellationi vel recusationi deferre, aut hoc est quia nulli appellationi vel recusationi pro causa heresis interiecte deferre tenetur, aut quia scit talem appellationem vel recusationem esse iniquam et causam assignatam esse falsam. Non propter primum, quia si causa assignata esset vera, puta quod teneret fidem christianam esse falsam, tali appellationi vel recusationi deferre deberet. Nec propter secundum, quia falsitas cause non impedit quominus debeat quis appellationi vel recusationi deferre, dummodo sit talis que si esset probata deberet legitima reputari. Relinquitur ergo quod papa tali appellationi vel recusationi deferre tenetur. 25 30 35

Tertio sic. Iudex debet illi appellationi vel recusationi deferre, quamvis sciat eam esse iniquam et causam assignatam esse falsam, cui alii deferre tenentur. Sed alii a

---

49,12 illud] 1 Peter 5:3

---

49,4 tenetur] et added Fi An 6 vel<sup>2</sup>] We: et Bb Fi An Ly 7 propter] per Fi An 13 Neque ut] Non Ww | cleris] clero Ww 14 deferat] Bb: deferret Fi An We Ly 19 nullam] nulla misericordiam Ly 20 appellanti] appella<sup>ti</sup> Bb 32 debeat] omitted Ly 33 deferre] deberet added Ly 38 cui] et Bb

40 papa tali appellationi vel recusationi deferre tenentur. Ergo etiam papa debet deferre eidem.

Ad hoc etiam possunt allegari rationes supra cap. 45 inducte.

### *Capitulum 50*

**Discipulus:** Post predicta ad interrogationem quam supra proposui, an scilicet nescientes papam esse hereticum teneantur impugnantes papam de heretica pravitate defendere, volo redire. Porro quia fundamenta emulorum summi pontificis discutere cupio diligenter, unum autem de fundamentis eorum est quod appellantes, recusantes, accusantes et testificantes contra papam de heretica pravitate, ac adherentes et faventes eisdem sunt a cunctis catholicis, etiam nescientibus papam esse hereticum, defendendi, ideo posco ut ostendas quomodo possit probari quod impugnantes papam de heretica pravitate sunt tuendi a cunctis catholicis quibus non constat legitimis documentis quod taliter impugnantes inique procedunt. Volo autem sub nomine 'impugnantium' comprehendere appellantes, recusantes, accusantes, testificantes contra papam, et adherentes et prebentes favorem, auxilium, et consilium supradictis et impugnationi eorum. Volo etiam uti nomine 'defensionis' largissime, pro defensione scilicet que fit quocunque modo, verbo vel facto, vel taciturnitate vel omissione, secundum quod dicitur aliquis alium defendere qui eum non prodit vel non manifestat.

**Magister:** Sic acceptis vocabulis 'impugnationis' et 'defensionis', quod omnes catholici teneantur defendere impugnantes papam, etiam catholicum, de pravitate heretica, antequam constet legitimis documentis eos malitiose procedere, ostenditur primo quadam ratione que tacta est prius cap. 44, que talis est: 'Qui occasionem dampni dat dampnum dedisse videtur (*Extra, De iniuriis et dampno dato,*

---

41 Ad...42 inducte] PP\* 50,3 supra] 1 Dial. 6.45 29 Extra...30 culpa] X. 5. 36. 9 col. 1854

---

50,3 proposui] posui Fi An | scilicet] omitted Ly 7 est] omitted Fi An 8 et] omitted We 10 etiam] et Ly 11 quomodo] omitted An 12 papam] etiam added Bb 13 quibus] quando Ly 14 procedunt] procedant We 17 et<sup>1</sup>] omitted Bb Fi An 19 fit] a added Bb Fi An | quocunque modo] quomodocunque We 20 omissione] commissione Fi An 21 prodit] producit Ly 23 impugnationis] impugnantium Bb We 25 impugnantes] omitted Fi An (added Anm) 29 videtur] Ly: videtur dinoscitur Bb dinoscitur Fi An We | dato] illato Fi An

c. *Si culpa*)'. Ergo similiter qui occasionem persecuendi vel molestandi vel iniuriandi dat, persecutionem vel molestiam vel iniuriam intulisse videtur. Sed non defendens impugnantem papam de heretica pravitate, cum potest, occasionem persecuendi vel molestandi vel iniuriandi dat, quia si defenderet, ex quo potest, persecutionem vel molestiam vel iniuriam illatam vel inferendam excluderet. Ergo talis non defendens predictos predicta intulisse videtur vel dinoscitur. Sed nullus debet impugnantibus papam de pravitate heretica, antequam constiterit eos malitiose procedere, persecutionem aut molestiam vel iniuriam irrogare. Ergo quilibet qui potest eos tenetur defendere.

**Discipulus:** Dare occasionem dampni vel persecutionis aut iniurie aut nocuenti contingit dupliciter, scilicet aut positive, aliquid agendo vel loquendo, vel negative, scilicet aliquid omittendo. Qui primo modo dat occasionem dampni, dampnum dedisse videtur, et reprehensibilis reputatur. Qui autem dat occasionem dampni vel persecutionis vel nocuenti vel molestie sive iniurie aliquid omittendo, non videtur dampnum vel molestiam intulisse, nec culpabilis est censendus. Tunc enim quicumque non iuvaret alium vel non ditaret, et ex hoc accideret dampnum alterius, videretur dampnum dedisse et esset reprehensibilis iudicandus, quod est nimis durum.

**Magister:** Ista responsio assertionibus sanctorum patrum obviare videtur. Quia ipsi intelligunt quod non solum dampnum dat qui occasionem dampni dat aliquid faciendo vel loquendo, sed etiam qui occasionem dampni dat aliquid omittendo, et quod inde tenetur saltem in conspectu Dei. Hoc auctoritatibus multis videtur posse probari.

Gregorius enim 9<sup>us</sup>, ut legitur Extra, *De iniuriis et dampno dato*, c. *Si culpa*, ait: "*Si culpa tua datum est dampnum vel iniuria irrogata, seu aliis irrogantibus opem forte tulisti, aut hec imperitia tua seu negligentia evenerunt,*

---

60 Extra...61 culpa<sup>1</sup>] X. 5. 36. 9 col. 1854

30 persecuendi] prosequendi Bb | vel] et Fi An 31 molestandi] molestando Bb 36 inferendam] inferentem Bb Fi An 37 talis] omitted We | predictos predicta] taliter papam de pravitate heretica impugnantem cum potest persecutionem vel molestiam aut iniuriam We Vc Ox Ba videtur...38 vel] omitted We 43 scilicet] omitted Ly 44 scilicet] omitted Ly 48 molestie] moleste Bb 50 censendus] tenendus Ly 54 Ista] omitted Bb 62 aliis] alii Bb 63 forte] We: ferre Bb Fi An Ly tulisti] distulisti Ly | hec] hoc Ly | negligentia] nec gligentia (sic) An evenerunt] evenerit Ly

65 *iure super his satisfacere te oportet. Nec ignorantia te excusat, si scire debuisti, ex facto tuo iniuriam verisimiliter posse contingere vel iacturam*". Ex quibus verbis colligitur evidenter quod non solum dampnum intelligitur dare qui verbo vel facto occasionem dampni dat. Sed etiam qui per negligentiam aliquid omittendo occasionem dampni dat  
70 intelligitur dampnum dare, et ex hoc culpabilis iudicatur.

Item, qui occasionem mortis dat solummodo aliquid omittendo reus homicidii iudicatur, teste Ambrosio qui, ut habetur dis. 86 c. *Pasce*, ait: "*Quisquis enim pascendo hominem servare poterat, si non pavisti, occidisti*". Ergo  
75 consimiliter qui occasionem dampni vel nocumenti dat solummodo aliquid omittendo huiusmodi dampnum vel nocumentum dare videtur, et exinde reus et culpabilis est censendus.

**Discipulus:** Quamvis allegationes iste magnam  
80 apparentiam videantur habere, non video tamen quod generaliter qui occasionem dampni dat aliquid omittendo sit culpabilis iudicandus, cum etiam absque culpa possit quis occasionem dampni dare aliquid faciendo (23 q. 5 c. *De occidendis*). Et ita ex hoc quod aliquis non defendat papam de heretica pravitate impugnantes, quamvis ex hoc quod non  
85 defendit sequatur dampnum vel nocumentum eorum, non potest inferri quod talis non defendens sit culpabilis reputandus.

**Magister:** Istam responsionem vel obiectionem nonnulli  
90 nituntur excludere. Ad cuius evidentiam predictae regule, scilicet 'qui occasionem dampni dat etc.', intellectum exponunt. Et primo quidem quando aliquis dat occasionem dampni solummodo aliquid omittendo, secundo quando quis dat occasionem dampni aliquid faciendo vel loquendo.

95 Quantum ad primum dicunt quod si aliquis occasionem dampni dat solummodo aliquid omittendo, aut tenetur illud

---

73 dis...Pasce] D. 86 c. 21 col. 549 83 23...84 occidendis] C. 23 q. 5 c. 8 col. 1771

---

65 tuo] inde added Bb Fi An Ly 68 dat] omitted Bb 70 dampnum] omitted Fi An 73 86] 8x (garbled) We 74 poterat] poteris Ww pavisti] paveris We 76 solummodo] solum Fi An | huiusmodi] hic Ly 78 censendus] tenendus Ly 79 iste] omitted Fi An 82 quis] aliquis Bb 84 defendat] defendit We Ly eos qui added Ly 85 impugnantes] impugnant Ly 89 Magister] gap An 90 predictae...91 scilicet] predictiones Bb 92 quidem] quidam Ly | aliquis] quis We 93 omittendo] committendo Bb 96 dat] omitted Fi

facere, et tunc ex tali omissione tenetur et culpam incurrit. Hinc in Exodo legitur, et recitatur Extra, *De iniuriis et dampno dato*, c. *Si bos*: “*Si bos alienus cornupeta esset ab heri et nudius tertius, et non custodivit eum dominus suus, reddet bovem pro bove*”. Ubi dicit glosa super verbum “non custodivit”: “*Supple, et alterius bovem occiderit, unde tenetur, quia culpa sive negligentia ipsius dampnum datum est, qui debuit diligentiam adhibere*”. Ex quibus datur intelligi quod ideo dominus bovis non custodiendo tenetur si bos suus dampnum fecerit, quia debuit diligentiam adhibere ex quo scivit bovem suum cornupetam. 100

Si autem aliquis dat occasionem dampni solummodo aliquid omittendo, si non tenebatur facere quod omisit, quale cunque dampnum acciderit ex occasione data, ille qui occasionem dampni dedit est immunis a culpa. Quod Exodi 21 lex divina insinuare videtur, ubi sic legitur: “*Si bos cornu petierit virum aut mulierem, et mortui fuerint, lapidibus obruetur et non comedentur carnes eius dominus quoque bovis innocens erit, quod si bos cornupeta fuerit ab heri et nudius tertius et contestati sunt dominum eius nec recluserit eum, occideritque virum aut mulierem, et bos lapidibus obruetur et dominum illius occidet*”. Ex quibus verbis datur intelligi quod si ex non reclusione bovis quando dominus ipsum recludere non tenetur mors viri vel mulieris acciderit, domino non recludenti minime imputatur. Et ita qui occasionem dampni dat aliquid omittendo quod facere non tenetur culpabilis minime iudicatur. 105

Secundo dicunt quod si quis dat occasionem dampni aliquid faciendo, aut dat operam rei licite aut rei illicite. Si rei illicite, omne dampnum quod sequitur ei imputatur. Si dat operam rei licite aut adhibet diligentiam quam debet, et sibi 120

98 legitur] Exodus 21:36 | Extra...99 bos<sup>1</sup>] X. 5. 36. 3 col. 1852

101 glosa] *Ibid.*, s.v. non custodivit 112 legitur] Exodus 21: 28-29

97 tenetur et] *omitted* Ly 98 in] *omitted* Fi An 99 c...bos<sup>1</sup>] *omitted* Ww 100 nudius] nudi Bb | custodivit eum] We: custodierit Bb Fi An Ly | suus] eius Ww 101 verbum] verbo We Ly 102 custodivit] custodierit Fi An Ly 103 sive] sine Ly | ipsius] We: *omitted* Bb Fi An Ly 104 adhibere] exhibere Ly | quibus] verbis *added* Ly 108 aliquis] quis Ly | occasionem] occasione We 112 cornu...113 petierit] cornupeta percusserit Ly 114 dominus quoque] dominusque Fi An 115 erit] o<sup>1</sup> Bb 116 recluserit] recluserit Bb Fi An We incluserit Ly 117 occideritque] occiderit Bb Fi An | aut] et Ly 119 dominus] *omitted* Bb 120 acciderit] accidit Ly 121 domino] dominus Fi An

130 nullum dampnum quod sequitur imputatur. Aut non adhibet  
diligentiam debitam et tunc dampnum quod sequitur sibi  
imputatur.

**Discipulus:** Ista valde rationabilia michi videntur, sed  
non video quomodo ad propositum debeant applicari.

135 **Magister:** Nonnullis apparet quod demonstrative potest  
ostendi quod impugnantes papam de heretica pravitate sunt a  
catholicis defendendi. Ut tamen ratio eorum magis appareat,  
probant primo istam conclusionem: quod videlicet taliter  
impugnantes papam de heretica pravitate si queruntur vel  
140 ducuntur ad mortem sunt a morte corporali per catholicos, si  
valuerint, liberandi. Et ex ista conclusione inferunt quod ab  
omni persecutione et periculo sunt a catholicis eruendi.

**Discipulus:** Proba primo quod tales sunt a morte  
corporali liberandi.

145 **Magister:** Hoc ostenditur auctoritate Salomonis (que  
allegata est supra) qui ait: “*Erue eos qui ducuntur ad  
mortem*” etc. Hoc etiam Augustinus, ut legitur 23 q. 4 c. *Ipsa  
pietas*, videtur asserere manifeste, dicens quod si duo fuerint  
in domo ruitura, si possumus ambos liberare, tenemur, quia,  
ut dicit ibidem: “*Nisi faceremus non immerito crudeles  
iudicaremur*”. Si etiam duo fuerint in aliqua domo ruitura et  
150 neuter vult exire, sed unus vult necare seipsum si alter fuerit  
liberatus, illum unum a morte liberare debemus. Similiter si  
multi essent in domo ruitura et si unus solus liberaretur  
omnes alii seipsos precipitio vellent occidere, illum unum  
eruere deberemus. Igitur quilibet tenetur alium etiam invitum  
155 et nolentem a morte liberare, si potest, etiam si ob talem  
liberationem unius alii vellent seipsos occidere. Ergo multo  
fortius, si quis invite et iniuste trahitur ad mortem, alii qui  
possunt eum a morte liberare, tenentur. Ex quo sequitur quod  
qui possunt debent quesitos ad mortem defendere.

160 Et ita si quis vult impugnantes papam de pravitate  
heretica querere ad mortem, catholici qui possunt, vel armis

---

144 supra] 1 Dial. 6.43.50-56\* (citing Proverbs 24.11) 145 23...146  
pietas] C. 23 q. 4 c. 24 col. 1733

---

128 Aut] Si autem Ly 129 et] omitted Ly | sibi] ei An Ly  
133 Magister] Per ista added We 136 primo] igitur Bb Fi An 137 si] In  
Bb fo. 93v ends here. The text (queruntur vel ducuntur etc.) continues at  
the beginning of fo. 95r 140 persecutione] perse Bb 144 qui<sup>1</sup>] sic  
added Ly 145 etiam] omitted Ly 148 Nisi] si Fi An | non immerito]  
omitted Ww 150 sed] si Fi An Ly | necare] interficere Ly  
154 deberemus] debemus Ly | etiam] omitted Bb cancelled Fi 155 si<sup>2</sup>]  
omitted Fi 157 trahitur] traditur Fi

resistendo si competit ipsorum personis, vel querentes eos ad mortem verbis monitoriis aut increpatoriis aut supplicatoriis et aliis modis quibus possunt, a tanta nequitia compescendo, vel quesitos ad mortem occultando vel non tradendo, eos debent defendere. 165

**Discipulus:** Per istam rationem quicumque videret latrones et homicidas ac alios malefactores dampnatos a iudice duci ad mortem eos si posset liberare deberet.

**Magister:** Ad istam instantiam respondetur quod secus est de illis qui, servato ordine iudiciario, condemnantur ad mortem, et de illis qui absque cause cognitione propter hoc quod volunt superiorem impugnare pro causa pro qua licet superiorem impugnare mortis periculo exponuntur. Primi enim non sunt liberandi, quia semper presumitur pro his que fiunt a iudice et pro sententia eius, nisi fuerit legitime reprobata vel per appellationem vel per alium modum congruentem suspensa. Et ideo tales dampnati non sunt a morte liberandi nisi a sententia iudicis legitime appellatum existeret. Tunc enim liberandi essent ab illo qui posset. Secundi vero liberandi sunt ab illis qui convenienter possunt. Et ideo si papa mandaret aliquos capi et duci ad mortem propter hoc quod eum de pravitate heretica impugnare nituntur, liberandi essent, quia in hoc casu presumendum esset pro impugnantibus papam et non pro papa. 170 175 180 185

Quod autem presumendum esset pro impugnantibus papam ostenditur. Quia sicut unusquisque presumitur bonus nisi probetur contrarium, ita de quolibet presumendum est quod bene agit illa que agit nisi contrarium constiterit per legitima documenta. Et ideo si quis facit illud quod bene fieri potest, presumendum est quod bene facit antequam contrarium constiterit, quia ea que bene et male fieri possunt in meliorem partem interpretanda sunt. Cum ergo possibile sit quod aliquis rite et iuste ac veraciter impugnet papam de 190

---

**192** quia... 193 sunt] Cf. also 1 Dial. 3.9 (OP V), 1 Dial. 6.50 192-193\*, 1 Dial. 6.79.670-672\*, 1 Dial. 7.4, 24 (OP VII)

---

**163** aut increpatoriis] *omitted* Ly **164** et] vel We **170** instantiam] *omitted* Ly **171** condemnantur] condempnatur Fi An **172** cause] *omitted* Fi An **173** pro<sup>1</sup>... 174 impugnare] *omitted* Ly | pro<sup>2</sup>] We Vc Ox Ba: *omitted* Bb Fi An **175** liberandi] a morte *added* Ly **177** per<sup>2</sup>] *omitted* Fi An **178** congruentem] convenientem We | a... 179 morte] *omitted* Fi An **179** legitime] *omitted* Ly **180** qui] *omitted* Bb **181** Secundi] Si Bb Fi An **182** et] vel Fi An **183** impugnare] pro causa pro qua licet superiorem impugnare *added* Ly **189** illa... agit<sup>2</sup>] *omitted* Ly **191** facit] faciat We

195 heretica pravitate, presumendum est de quolibet impugnante  
papam de heretica pravitate quod rite et iuste faciat,  
antequam constet contrarium. Pro impugnantibus ergo papam  
de heretica pravitate presumendum est, antequam legitimis  
documentis constiterit quod malitiose impugnant et inique.

200 Quod autem non sit presumendum pro papa qui ante  
iudicium preciperet taliter impugnantes neci tradi vel etiam  
carceri mancipari aut alias dure tractari, probatur. Nam non  
est presumendum pro illo qui iudicium subterfugit, imo  
presumendum est contra illum (Extra, *De presumptionibus c.*  
205 *Nullus* et 11 q. 1 c. *Christianis* et 3 q. 9 c. *Decernimus* et dis.  
74 c. *Honoratus*). Sed papa qui mandaret taliter impugnantes  
ipsum neci tradi vel dure tractari, iudicium subterfugeret.  
Ergo non esset presumendum pro illo sed contra ipsum.

**Discipulus:** Iste allegationes dupliciter videntur  
210 deficere. Primo quia pro illo est minime presumendum qui  
iudicium subterfugit quando tenetur stare iudicio. Papa autem  
non tenetur stare iudicio. Ergo si iudicium subterfugit non est  
propter hoc presumendum contra ipsum. Secundo deficiunt  
quia non est presumendum pro illo qui presumitur ex invidia  
215 et non ex caritate procedere. Sed qui papam de heretica  
pravitate impugnaret presumendum esset quod non ex caritate  
sed ex invidia impugnaret, quemadmodum presumitur  
accusationem potius fieri causa invidie quam caritatis (6 q. 1  
c. *Si omnia* in textu et glosa et 2 q. 6 c. *Decreto* in glosa et 2  
220 q. 7 c. *Si quis episcopus*, ubi canon notat accusationem  
illaudabilem actionem). Ergo pro impugnantibus papam de  
heretica pravitate est nullatenus presumendum, sed  
presumendum est contra eos sicut contra detractores.

---

204 Extra...205 Nullus] X. 2. 23. 4 col. 786 205 11...Christianis] C. 11  
q. 1 c. 12 col. 1193 | 3...Decernimus] C. 3 q. 9 c. 10 col. 999 | dis...  
206 Honoratus] D. 74 c. 8 col. 475 219 in textu] C. 6 q. 1 c. 7 col.  
1055 | glosa<sup>1</sup>] *Ibid.* s.v. invidie | glosa<sup>2</sup>] C. 2 q. 6 c. 11 col. 870 s.v.  
emulorum | 2<sup>2</sup>...220 episcopus] C. 2 q. 7 c. 50 col. 935

---

196 iuste] hoc added We 198 pravitate] impugnantes added Ly  
199 quod] non added Ly | et] neque Ly 204 contra illum] contrarium  
Ly 205 11] 5 Fi An | Christianis] Christianus Ly | Decernimus]  
Decrevimus Ly 206 Honoratus] Honoratis Ly 207 ipsum] omitted Fi  
An 208 pro] de Bb Fi An | illo] ipso We 210 Primo] omitted Ly  
211 stare] in added Ly 212 stare] in added Ly 217 ex] omitted Fi An  
219 et<sup>1</sup>] in added Fi An | et<sup>2</sup>...glosa<sup>2</sup>] omitted Ly | 2<sup>2</sup>] eadem We  
220 notat] Ly: notat or vocat Bb vocat Fi An We Ba 221 pro] omitted  
Bb 222 pravitate] pravitatem Bb



**Magister:** Ad primam istarum instantiarum nonnulli respondere nituntur dicentes quod papa tenetur stare iudicio si apparuerint aliqui, qui legitima exceptione repelli non possunt, qui eum voluerint de pravitate heretica accusare. Cum enim, ut dicunt, constet aperte quod papa potest de heresi accusari, patenter infertur quod aliqui sunt qui valent papam de heresi accusare. Ex quibus sequitur evidenter quod papa in tali casu iudicio stare tenetur. Et ideo si iudicium subterfugit reddit se suspectum, et est contra ipsum merito presumendum.

Ad secundam dicitur quod non est semper presumendum quod impugnans papam de heretica pravitate, sive appellando, sive recusando, sive accusando, sive testificando, causa invidie moveatur. Nec est semper presumendum quod accusatio ex invidia non ex caritate procedat. Imo nisi apparuerit aliquod indicium invidie speciale, presumendum est quod accusatio ex caritate fiat, cum accusare etiam prelatum, circumstantiis debitis observatis, ad rectitudinem et Dei timorem pertineat, teste Gregorio qui, ut legitur 2 q. 7 c. *Sicut*, ait: “*Sicut (inquit) laudabile discretumque est reverentiam et honorem debitum exhibere prioribus, ita rectitudinis et Dei timoris est, si qua inter eos indigent correctione, nulla dissimulatione postponere, ne totum (quod absit) corpus incipiat morbus invadere, si languor non fuerit curatus in capite*”. Ex quibus verbis datur intelligi quod non est presumendum statim accusationem prelati fieri ex invidia, sed ex zelo boni communis.

Ad allegationes tuas respondet glosa 2 q. 7 c. *Si quis episcopus*, super illo verbo “illaudibilis intentionis” dicens: “*Vel dic illaudabilem quo ad vulgi opinionem. Nam alias*

---

243 2...Sicut<sup>1</sup>] C. 2 q. 7 c. 46 col. 933 252 glosa] C. 2 q. 7 c. 50 cols. 936-937 s.v. illaudabilis intentionis

---

225 stare] in added Ly 228 papa] omitted Ly | potest] dicit Bb 231 tenetur] videtur Fi 236 sive recusando] We: omitted Bb Fi An Ly 237 moveatur] movatur Bb 239 nisi] si non We 242 pertineat] pertinet Bb 243 inquit] omitted Ww 244 laudabile] et added Ly discretumque] discretum An Ly | debitum] omitted Ww 245 qua] qua or contra Bb 246 inter eos] in eis sunt que Ww | indigent] indiget Bb dissimulatione] dissimulationem Bb 247 incipiat...248 invadere] morbus invadat Ww 250 boni...251 communis] caritatis Ly 253 illaudabilis] illaudabilem Ly | intentionis] omitted Ww 254 alias] aliter An Ly

255 *presumitur quis bono zelo accusare, ut Extra, De dolo et*  
*contumacia, c. Veritatis in parte decisa Ex caritate enim*  
*debet provenire accusatio (Extra, De accusationibus c. Si*  
*quis episcopus) et qui accusat publice salutis custodiam gerit,*  
 260 *ut Cod. De famosis libellis, lege una*". Ex quibus verbis  
 colligitur quod non est semper presumendum ex invidia  
 accusationem fieri. Imo si accusans fuit hactenus bone fame,  
 nec apparet quod fuerit inimicus accusati, nec facile litigans,  
 nec vilis aut levis persona, sed omni suspicione carens,  
 presumendum est quod bono zelo accusare proponat.

265 Et consimiliter est dicendum de impugnantibus papam  
 de heretica pravitate. Non est enim verisimile quod aliquis  
 bone fame et opinionis, mansuetus et humilis, litigia minime  
 querens, discretus et providus, se velit periculis infinitis  
 exponere papam de pravitate heretica impugnando, nisi  
 270 conscientia urgeatur. Quare presumendum est, antequam  
 contrarium appareat, quod impugnans papam de heretica  
 pravitate, et per consequens confusione perpetue, imo  
 pluribus mortibus et mortis periculis se exponens, zelo fidei  
 orthodoxe (quam vite corporali videtur facto preponere)  
 275 moveatur. Et ideo omnes impugnantes papam de heretica  
 pravitate, antequam constiterit legitimis documentis quod  
 malo zelo moventur, sunt a catholicis qui possunt defendendi,  
 qui etiam eis zelo fidei orthodoxe, prout statui et officio  
 cuiuslibet congruit, tenentur impendere consilium, auxilium,  
 280 et favorem. Et similiter, si taliter impugnantes fuerint  
 deprehensi malo zelo moveri, quia vel de falsitate  
 convincuntur vel in probatione eorum que imponunt pape  
 deficiunt, sunt acerrime puniendi, et videtur quod essent curie  
 seculari tradendi.

285 Patet igitur, secundum istos, quod si impugnantes  
 papam de heretica pravitate queruntur ad mortem, sunt a  
 catholicis defendendi. Ex quo infertur quod etiam ab omni

---

255 Extra...256 in] X. 2. 14. 8 col. 659 257 Extra...258 episcopus] X.  
 5. 1. 2 col. 1573

---

255 ut] vel Bb 256 in...decisa] est verbum Ww 257 accusationibus]  
 detractionibus We 258 et] omitted Bb Fi An 259 ut] u Bb | Cod] S Fi  
 261 fuit] sit Ly 266 enim] autem Ly 269 exponere] omitted Bb  
 273 mortibus et] omitted Ly 274 preponere] proponere An Ly  
 277 moventur] moveantur Ly 278 statui et] statim ex Ly 280 similiter]  
 Bb: consimiliter Fi An We Ly 281 vel] omitted Ly 283 acerrime] a  
 crimine Fi 286 pravitate] pravitates Bb

sunt persecutione et periculo liberandi, quia consimilis ratio videtur quod sint liberandi a maiori periculo et minori.

290

### **Capitulum 51**

**Discipulus:** Puto quod si omnes rationes pro assertione predicta quantum possemus profundius discutere moliremur, librum maximum faceremus, et forte omnes difficultates tactas a iuristis de appellationibus, recusationibus, denuntiationibus, inquisitionibus, testificationibus, exceptionibus, accusationibus, detractationibus, diffamationibus, calumpniis, probationibus, presumptionibus, et purgationibus, disserere cogeremur. Ideo absque perscrutatione subtili aliqua alia media brevissime tange quibus videatur ostendi assertio memorata, nam illis omnibus intellectis, melius sciam dominum summum pontificem ab opinionibus emulorum defendere.

5

10

**Magister:** Secunda ratio ad probandum quod omnes catholici, qui congrue possunt, tenentur defendere impugnantem papam de heretica pravitate (antequam constiterit quod malo zelo procedunt), si fuerint in periculo constituti, talis est. Unusquisque tenetur alii facere quod sibi vult fieri, teste Veritate que Matth. 7 ait: "*Omnia ergo quecumque vultis ut faciant vobis homines et vos facite eis. Hec est enim lex et propheta*". Et Luc. 6 ait: "*Prout vultis ut faciant vobis homines et vos facite illis similiter*". Sed unusquisque, propter zelum bonum periculis mortis vel aliis quibuscunque expositus, rationabiliter vellet ab aliis defendi, foveri, et iuvari. Ergo quicumque videt alium in mortis periculis vel aliis constitutum propter impugnationem pape de heretica pravitate, quam presumit vel presumere debet ex bono zelo procedere, tenetur eum, si potest, defendere, fovere, et iuvare.

15

20

25

Tertia ratio est hec. Qui sunt audiendi in aliqua causa sunt etiam defendendi, si querantur ad mortem pro tali causa.

30

---

**Capitulum 51,19** ait] Matthew 7:12 21 ait] Luke 6:31

---

288 quia consimilis] consimiliter et eadem Ly 289 videtur] *omitted* Fi An | quod] et *added* Ly **Capitulum 51,6** inquisitionibus] et *added* Bb Fi An Ly | testificationibus] testibus Ly 7 detractationibus] *omitted* Ly 8 probationibus] provocationibus Ly 10 alia] *omitted* Ly 13 opinionibus] oppositionibus Bb We 14 Magister] *omitted* Ly 20 quecumque] que We | homines] ita *added* We | eis] Ly: illis Bb Fi An istis We similiter *added* Ly 21 Hec] Hoc Ly | Et] Etiam Bb 24 quibuscunque] malis *added* Ly 26 periculis] periculo Ly

Sed volentes impugnare papam de heretica pravitate sunt in favorem fidei audiendi. Ergo sunt etiam defendendi.

35 Quarta ratio est hec. Sicut ad legislatorem pertinet  
 providere subiectis ne criminentur iniuste, ita ad ipsum  
 spectat cavere ne delinquere valeant insolenter. Sed Deus est  
 perfectissimus legislator, cuius subiecti sunt summus  
 pontifex et catholici universi. Ergo sicut ad legem divinam  
 40 omnibus datam catholicis spectat providere summo pontifici  
 ne a subditis suis criminetur iniuste, ita ad legem divinam  
 spectat cavere ne summus pontifex in suorum subditorum  
 perniciem et fidei periculum christiane delinquere valeat  
 insolenter. Sed si impugnantes papam de heretica pravitate  
 non essent a catholicis defendendi, papa libere absque metu  
 45 legis cuiuscunque posset predicare, docere, et tenere  
 pravitatem hereticam insolenter in catholicorum perniciem et  
 periculum fidei orthodoxe. Ergo taliter impugnantes papam  
 sunt a catholicis defendendi.

50 Quinta ratio est hec. Ad caritatem fraternam spectat  
 proximis in cunctis suis necessitatibus subvenire, iuxta illud  
 beati Iohannis Apostoli in canonica sua 1 cap. 3: "*Qui  
 habuerit substantiam mundi et viderit fratrem suum  
 necessitatem habere et cluserit viscera sua ab eo quomodo  
 caritas Dei manet in eo?*", quasi diceret 'nullo modo'. Et ideo  
 55 subdit: "*Non diligamus verbo nec lingua sed opere et  
 veritate*". Ex quibus verbis colligitur quod omnes tenemur  
 proximis, cum indigent, si possumus, non solum verbo aut  
 lingua sed etiam veritate et opere subvenire. Quod maxime  
 continet veritatem quando presumimus vel debemus  
 60 presumere proximos nostros absque culpa sua et ex bonitate  
 sua in necessitatem vel indigentiam quam sustinent incidisse.  
 Sed si videmus impugnantes papam de heretica pravitate in  
 gravibus periculis constitutos, si non constet nobis legitime  
 quod ex malo zelo procedunt, debemus presumere ipsos ex  
 65 zelo bono et bonitate sua in talia pericula incidisse. Ergo tunc

---

51 in...sua] 1 John 3:17 55 subdit] 1 John 3:18

---

33 Ergo...defendendi] *omitted* Bb 36 spectat] sp<sup>c</sup> Bb | Sed Deus] Deus autem We 39 omnibus datam] *omitted* Bb | providere] provideri Bb An 40 criminetur] criminentur Bb Fi 45 posset] potest Ly 46 in] *omitted* Bb 47 orthodoxe] etc. *added* Ly 51 Apostoli] *omitted* Fi An Ly | in] *omitted* Bb We | sua] We: *omitted* Bb Fi An Ly 52 mundi] huius *added* Ww | suum...53 habere] *omitted* Bb 53 quomodo] quo Bb 61 in] *omitted* Ly | sustinent] sustinet An 64 debemus] oportet Ly

eis maxime subvenire tenemur, et per consequens eos, si possumus, defendere et liberare tenemur.

Sexta ratio est hec. Magis tenetur catholicus catholicum defendere ne pro fide catholica patiat in iuste, quam teneatur servus defendere dominum suum ne sibi pro causa temporali iniuria inferatur. Sed servus, quamvis iurisdictionem non habeat, debet defendere dominum suum ne sibi pro causa temporali iniuria inferatur. Ergo multo magis catholicus, etiam non prelatus, catholicum debet defendere ne pro fide catholica contra iustitiam patiat. 70  
75

Septima ratio talis est. Illum debet unusquisque, si potest, defendere, qui patitur pro causa quam quilibet tenetur vite corporali preponere. Sed causam fidei catholice quilibet debet vite corporali preponere. Ergo omnem patientem pro fide catholica quilibet debet defendere, si potest. Sed qui cernit impugnantem papam de heretica pravitate (antequam convincantur de malo zelo) periculis propter huiusmodi impugnationem expositos, presumere debet quod pro fide catholica patiantur. Ergo tunc eos, si potest, tenetur defendere. 80

Octava ratio est hec. Qui tenetur bonum alterius procurare, debet malum eiusdem, si potuerit, remove. Sed quilibet catholicus tenetur, si potest, bonum impugnantium papam de heretica pravitate procurare. Aliter enim non diligeret ipsos sicut seipsum. Ergo si viderit eos in periculo constitutos, debet eos a periculo, si potest, liberare. 85  
90

Nona ratio est talis. Quilibet catholicus magis tenetur liberare personam proximi propter impugnationem pape heretici de heretica pravitate in periculo constitutam, quam teneatur asinum vel iumentum inimici sui, si prostratum viderit, sublevare. Sed quilibet tenetur asinum inimici sui, si prostratum viderit, sublevare, teste lege divina que, ut habetur Exod. 23, ait: “*Si videris asinum odientis te iacere sub onere non pertransibis sed sublevabis cum eo*”. Ergo multo fortius, si viderit catholicum quem nescit errare pati iniuriam vel in 95

---

97 ait] Exodus 23:5

---

66 tenemur] temus Bb debemus We 69 pro] omitted Fi 70 servus] sermo Bb 74 etiam] omitted Ly 76 talis est] est hec Ly 78 Sed...79 preponere] omitted Ly 79 debet] tenetur We (cancelling debet) omnem] omitted Ly 82 convincantur] convincatur Bb 84 patiantur] patiantur We 85 ratio...hec] est talis Fi An 86 eiusdem] eius Ly 87 si potest] omitted Ly 89 eos] omitted Ly 91 est talis] omitted Fi An est hec Ly 92 liberare] diligere Ly 93 heretici] omitted We 94 sui] omitted Ly 95 sui] omitted We 97 23] 13 We | onere] honore Fi An 98 cum eo] eum Ly 99 vel] omitted Bb

100 periculo constitutum propter zelum fidei orthodoxe, ipsum liberare tenetur, si potest.

Decima ratio est hec. Unusquisque proximum suum sicut seipsum debet diligere (Matth. 22). Ergo quilibet debet facere alii in extremo periculo constituto quod vult facere pro seipso. Sed quilibet vult seipsum defendere. Ergo quilibet tenetur defendere proximum suum in periculo constitutum, maxime si propter iustitiam periculum sustinere videtur. Quilibet ergo, si viderit proximum suum in periculo constitutum propter hoc quod impugnat papam de heretica pravitate, et non constat sibi quod malo zelo movetur, ipsum tenetur defendere.

Undecima ratio est hec. Illud quod extra tempus necessitatis est licitum, tempore necessitatis extreme est debitum, cum videamus multa, que extra tempus necessitatis extreme sunt illicita, tempore necessitatis extreme esse non solum licita sed etiam debita. Dare enim rem alienam pauperi pro sustentatione sua extra tempus necessitatis est illicitum, secundum quod sacri canones testantur aperte, et ratio manifestat. Dare tamen rem alienam pauperi pro sustentatione nature tempore necessitatis extreme, quando scilicet aliter pro illo tempore sustentari non potest, est debitum. Qui enim viderit pauperum mori fame, et non posset sustentare ipsum nisi dando sibi panem alienum, si non appareret alius qui vellet aut posset pauperi subvenire, peccaret mortaliter nisi panem alterius sibi preberet. Illud igitur quod extra tempus necessitatis extreme est licitum, pro tempore necessitatis extreme est debitum.

Sed defendere impugnantes papam de pravitate heretica extra tempus necessitatis extreme est licitum, saltem si papa non precipit contrarium. Ergo tempore necessitatis extreme defendere taliter impugnantes papam, sive papa precipiat contrarium sive non, est debitum. Papa enim non potest precipere contra illud quod homo debet alii tempore

---

103 Matth 22] Matthew 22:39

---

100 periculo] periculum Ly | fidei] catholice *added* Bb Fi An 102 est hec] *omitted* Fi An 103 seipsum] semetipsum Bb | 22] 12 We 109 quod] non Bb 112 Illud] Id Ly 113 est<sup>1</sup>...necessitatis<sup>2</sup>] *omitted* Bb 116 enim] autem Fi An 121 aliter] ille *added* Ly | illo] *omitted* Ly 122 viderit] videret Ly 124 appareret] apparet An Ly 125 sibi] *omitted* Ly | Illud] Id Ly 127 extreme] *omitted* Ly 128 impugnantes] impugnantem We 130 tempore] tempus Ly 131 impugnantes] impugnantem We 132 contrarium] *omitted* Ly | non<sup>1</sup>] precipiat *added* We 133 illud] id Ly

necessitatis extreme, nisi ipse per se vel per alium  
 necessitatem extremam patienti voluerit ministrare. Non enim 135  
 posset papa precipere cuicumque non pascere de alieno  
 pauperem constitutum in extrema necessitate, si aliter non  
 posset pascere ipsum, nec papa per se nec per alium vellet  
 pascere eum, nec appareret alius qui posset eius indigentie  
 subvenire. Nichil enim potest papa precipere quod obviat 140  
 caritati fraterne. Ergo consimiliter non potest papa precipere  
 alicui quod non defendat modo sibi congruenti impugnantem  
 papam de pravitate heretica, si est in ultimo periculo  
 constitutus, et non constat sibi quod talis impugnans  
 nequaquam malo zelo movetur. Et si papa daret tale 145  
 preceptum, sibi non esset obediendum quoquo modo, quia  
 preciperet contra legem divinam.

### *Capitulum 52*

**Discipulus:** Desine allegare pro assertione predicta, et  
 dic quomodo potest ostendi quod prelati et iurisdictionem  
 habentes debent defendere sibi subiectos si papam de  
 pravitate heretica voluerint impugnare. 5

**Magister:** Hoc videtur posse probari primo sic. Qui  
 oves sue cure commissas quas reputat innocentes vel reputare  
 debet non defendit, cum potest, mercenario comparatur, de  
 quo dicit Christus Ioh. 10: “*Videt lupum venientem et dimittit*  
*oves et fugit et lupus rapit et dispergit oves. Mercenarius*  
*autem fugit quia mercenarius est*” etc. Sed prelati debent esse 10  
 pastores, non mercenarii. Ergo tenentur oves suas, precipue  
 quas reputant innocentes vel reputare debent, ab inuasoribus  
 defendere.

**Discipulus:** Prelati debent defendere oves contra lupos, 15  
 non contra papam. Ideo si papa mandaverit impugnantes  
 ipsum de pravitate heretica captivari, vel incarcerari, aut pena  
 alia plecti, prelati eos non debent defendere.

---

**Capitulum 52,9** dicit] John 10:12-13

---

135 ministrare] subvenire We 138 ipsum] eum Ly | nec<sup>2</sup>] vel Ly  
 139 eum] illum We *omitted* Ly | appareret] apparet Ly | eius] ipsius  
 We 143 ultimo] extremo Ly 145 nequaquam] *omitted* Ly 146 esset]  
 est Bb Fi An **Capitulum 52,3** et] *omitted* Ly 4 papam] ipsum Fi  
 5 voluerint impugnare] per eos noverint impugnari Ly 6 Magister]  
 Nonnullis videtur quod tales prelati teneantur suos subditos taliter papam  
 impugnantes defendere. Et *added* Ly 9 10] 14 Ly | Videt] Vidit Bb  
 11 etc] *omitted* We 12 tenentur] tenetur Bb | precipue] precipere Bb  
 18 prelati] *omitted* Bb Ly

**Magister:** Ex ista responsione tua putant nonnulli  
 20 demonstrative probare assertionem predictam. Quia prelati  
 debent defendere oves suas contra omnes lupos, si possunt.  
 Sed si papa mandaverit captivari et male tractari ipsum de  
 pravitate heretica impugnare volentes, absque cause  
 cognitione vel antequam de malo zelo fuerint aperte convicti,  
 25 inter lupos gregem dominicum crudeliter invadentes est  
 merito computandus, quia propter opus quod licitum  
 invenitur nullus debet puniri priusquam vincatur tale opus  
 non bene sed impie perpetrasse. Constat autem quod  
 impugnare papam de heretica pravitate potest esse licitum,  
 30 quia papa potest esse hereticus et de heresi licite impugnari.  
 Ergo nullus qui impugnat papam de pravitate heretica,  
 antequam appareat quod talis impugnatio ex malitia et ex  
 iniquitate procedit, puniri debet. Papa ergo, puniens et male  
 tractans ipsum taliter impugnare volentes antequam  
 35 ostenderit quod male moventur, contra ipsos potestatem  
 tyrannicam exercere dinoscitur, et per consequens est inter  
 lupos merito numerandus. Ex quo sequitur quod prelati  
 contra ipsum tenentur oves suas in hoc casu defendere.

**Discipulus:** Prelati inferiores supponere debent quod  
 40 papa iuste facit quicquid facit, et ideo presumere debent quod  
 iuste mandat ipsum impugnare volentes pena debita plecti.

**Magister:** Sunt autem nonnulli dicentes quod hic incidis  
 in heresim manifestam in quam, ut dicunt, plurimi modernis  
 temporibus sunt prolapsi, quemadmodum fertur de multis  
 45 quod asserunt papam deum reputandum in terris, et ideo nulli  
 licet iudicare quod unquam aliquod peccatum committat.  
 Dicunt igitur quod hec est manifesta heresis, scilicet quod  
 prelati inferiores debent supponere quod papa iuste facit  
 quicquid facit. Ex hoc enim sequeretur quod si prelati  
 50 viderent papam demones invocare, Christum blasphemare,  
 fidem negare, adulterium committere, furari, innocentem  
 occidere, peierare, ecclesias vendere, ad usuras dare  
 pecuniam, deberent ipsum de crimine excusare, et quod bene

---

20 assertionem] assertionem Bb 21 omnes] *omitted* Ly | possunt] possint  
 Ly 24 de] *omitted* Bb 30 et] de heretica pravitate potest esse licitum  
 quia papa potest esse hereticus et *added dittography* Bb | licite] *omitted*  
 Fi An 31 Ergo...32 antequam] Si igitur Ly 32 ex<sup>2</sup>] *omitted* We  
 33 iniquitate] non *added* Ly | puniri] non *added* Ly 39 supponere]  
 subponere Bb An 42 autem] *omitted* We 45 quod] qui Ly | nulli]  
 nonnulli Bb Fi An 48 supponere] subponere Bb An 51 furari] *omitted*  
 Ly 52 peierare] peiorare Ly | ecclesias] beneficias *added* Ly 53 de  
 crimine] *omitted* Ly



faceret iudicare, quod est heresis manifesta. Dicunt igitur quod, iuxta sententiam Bede, de criminibus manifestis quorumcunque, pape et aliorum, nobis permittitur iudicare. Quod etiam exemplo beati Pauli constat aperte, qui de facto beati Petri iudicavit aperte, et ideo ipsum malefecisse publice reprehendit. Si igitur papa mandaret ipsum impugnare volentes male tractari antequam eos indebite se impugnare monstraret, liceret cuilibet iudicare papam impie et iniuste procedere, imo de principali imposito, scilicet de pravitate heretica, suspectum habere deberent, et prelati suas oves ab eo tanquam a lupo crudeli defendere tenerentur.

**Discipulus:** Mirum est quod isti dicunt, cum asserunt cuilibet licere iudicare papam in hoc impie et iniuste procedere, et quod prelati debent taliter impugnantes contra papam defendere, cum papa sit magis immediatus prelatus taliter impugnantium quam quicumque alius prelatus inferior. Quare qui eos defendit contra papam iniuriam pape noscitur irrogare, a iurisdictione pape suos subditos subtrahendo.

**Magister:** Respondetur ad hoc quod taliter impugnantes sunt pars contra papam. Quare in hoc papa iudex eorum esse non debet, cum nullus iudex esse debeat in propria causa.

**Discipulus:** Hoc non videtur verum de papa, quia papa potest esse iudex in propria causa, teste Innocentio 3<sup>o</sup> qui, ut habetur Extra, *De iudiciis c. Cum venisset*, ait: “*Cum super privilegiis sedis apostolice causa vertatur, nolumus de ipsis per alios iudicari*”. Ergo papa potest esse iudex in propria causa, et per consequens si aliqui volunt impugnare papam, ipse papa potest esse iudex. Et ita, si dat sententiam contra eos, mandando quod detineantur, vel incarcerentur, vel alias puniantur, standum est sententie eius.

**Magister:** Hoc quibusdam apparet contra rationem omnino. Nam licet papa debeat iudicare inter litigantes super interpretandis privilegiis eius, quia eius est interpretari cuius est condere, licet etiam posset esse iudex in propria causa que de rebus temporalibus verteretur, nullo tamen modo est

---

55 Bede] X. 5. 41. 2 col. 1962 57 exemplo...Pauli] Cf. 1 Dial. 5.2 (OP V) | constat aperte] Galatians 2:11 77 Extra... venisset] X. 2. 1. 12 col. 530

---

56 nobis] omitted Ly 57 aperte] omitted Bb 65 Discipulus] Magister Fi 70 defendit] dedit Bb | noscitur] omitted Bb 74 debeat] debet Ly 78 vertatur] vertitur Ww 82 alias] aliter Fi 84 contra] omitted Fi 85 papa] papam Bb 86 eius<sup>1</sup>] We: omitted Bb Fi An Ly 88 nullo...89 causa] non tamen Ly

90 consentaneum rationi quod sit iudex in propria causa cum de  
 crimine impugnatur. Et ita papa nullo modo debet esse iudex  
 quando apparent ipsum de heresi impugnare volentes. Quare  
 si ipsos propter hoc punit, licet cuilibet iudicare quod iniuste  
 et impie agit, et quod iudicium subterfugere querit. Quare  
 etiam de heresi esset merito suspectus habendus.

95 **Discipulus:** Alias rationes allega.

**Magister:** Secunda ratio pro eadem assertione talis est.  
 Magis tenentur prelati defendere impugnantes papam de  
 heretica pravitate, antequam sibi constiterit ipsos ex malo  
 zelo procedere, quam teneantur defendere viduas et pupillos.  
 100 Sed prelati viduas et pupillos tenentur defendere (dis. 87 c. 1  
 et c. *Defensionis*). Ergo multo magis tenentur defendere  
 papam de heresi impugnantes antequam sibi constiterit quod  
 sint nocentes.

Tertia ratio est hec. Prelati tenentur defendere sibi  
 105 subiectos etiam contra papam, contra quos nulla causa  
 iniquitatis obicitur. Si enim papa aliquos vellet confundere  
 absque omni causa, prelati eorum, si possent, eos defendere  
 tenerentur. Ergo multo magis tenentur prelati defendere sibi  
 subiectos si pro causa que presumenda est iusta a papa ad  
 110 mortem vel ad aliam confusionem queruntur iniuste. Sed qui  
 impugnare desiderant papam de heretica pravitate, antequam  
 constiterit quod malo zelo moventur, presumendi sunt causam  
 iustam habere. Ergo tunc a prelatis sunt potissime defendendi.

Quarta ratio est hec. Illi qui tenentur papam de crimine  
 115 corrigere, tenentur volentes papam de eodem crimine  
 impugnare defendere, nisi constiterit eis quod malo zelo  
 moveantur. Sed prelati tenentur papam de heresi corrigere si  
 eum sciverint hereticam pravitatem incurrisse. Quia aliter  
 papa de heresi accusari non posset. Ergo tenentur volentes  
 120 eum de heresi impugnare defendere.

### *Capitulum 53*

---

100 dis... 1] D. 87 c. 1 col. 553 101 c Defensionis] D. 87 c. 2 col. 555

---

91 apparent] apparet Ly aliqui *added* We 92 propter] papa ex Ly  
 96 Secunda] Quedam Bb Fi An 97 papam] ipsum Ly 100 Sed...  
 pupillos] *omitted* Bb 107 possent] possint Ly 108 tenerentur] tenentur  
 We Ly | tenentur] debent We 111 papam] *In Bb this sentence* (at fo.  
 97vb) *is interrupted after* desiderant papam, *and continues* (de heretica  
 pravitate etc.) at fo. 98ra 112 moventur] moveantur Ly 114 de]  
 heretico *added* Ly 115 corrigere] illi *added* We | papam] ipsum Ly  
 116 eis] eos Bb 118 Quia] *omitted* Bb

**Discipulus:** Nunquid reges et principes ac alie publice potestates tenentur volentes papam de heresi impugnare defendere?

**Magister:** Dicunt quidam quod sic, fundantes se in hoc quod causa fidei per sacros canones est causa universorum fidelium, et ideo omnes fideles tenentur causam fidei defendere et fovere. Quare etiam debent defendere causam fidei prosequentes si non constat quod eandem causam falso prosequuntur et inique. Qui autem impugnant papam de heretica pravitate causam fidei ostendunt se prosequi. Ergo reges et alie publice potestates eos tenentur defendere, si non constiterit eis quod foveant causam iniustam. Hoc etiam probant rationes plures supra inducte.

#### *Capitulum 54*

**Discipulus:** Nunquid reges et principes debent arma movere pro defensione illorum qui volunt papam de heresi impugnare?

**Magister:** Respondent quidam quod sic, dicentes quod si apparuerint dicentes se velle papam de heresi legitime impugnare, qui sint tales quod ab accusatione seu impugnatione pape sint nullatenus repellendi, reges et principes ac alie publice potestates in quorum dominio seu iurisdictione morantur, pro eorum defensione res et personas, si oportuerit, tenentur exponere, quod tali ratione nituntur ostendere.

Pro defensione illorum debent reges et principes arma movere, si oportuerit, et etiam res et personas suas exponere, qui, cum sint a regibus et principibus defendendi, prosequuntur causam pro qua reges et principes debent, si oportuerit, arma movere ac etiam res et personas suas exponere. Quia cum tales ex tali causa defenduntur, magis defenditur causa quam ipsi. Sed reges et principes debent arma movere ac res et personas suas exponere pro causa quam taliter impugnantes papam prosequuntur, quia pro

---

53,13 Hoc... 14 inducte] PP\*

---

53,9 falso] false Ly 11 causam] omitted Bb | ostendunt] ostendere Bb  
 13 iniustam] iustam Fi An 14 inducte] adducte Ly 54,3 illorum] eorum  
 Fi An 5 quidam] omitted Bb Fi | quod<sup>1</sup>] omitted Ly | quod<sup>2</sup>...6  
 dicentes] omitted Bb 6 apparuerint] appareant Ly aliqui added We  
 7 qui] quod Fi An | sint] sunt Ly | accusatione] actione Ly 8 sint]  
 omitted Bb sunt Ly 9 alie] ali Bb | publice] omitted Bb Fi An | seu]  
 suo Bb 11 exponere] expenere Bb 14 res] omitted Bb 19 defenditur]  
 defendt Bb defendr Fi defendf An

causa fidei ad talia facienda tenentur. Ergo etiam pro defensione ipsorum consimilia facere astringuntur.

25 Item, reges pro iustitia usque ad mortem certare tenentur, iuxta illud Ecclesiastici 4: “*Usque ad mortem certa pro iustitia*”. Sed sicut iustum est reges et principes defendere fidem catholicam, ita iustum est eos defendere illos qui causam fidei prosequuntur, cuiusmodi sunt, inter alios, illi qui papam volunt de heresi impugnare. Ergo pro defensione  
30 eorum reges et principes usque ad mortem certare tenentur, et per consequens pro eis arma movere ac res et personas suas exponere, si oportuerit, de necessitate iustitie compelluntur.

35 Amplius, non minus tenentur reges et principes repellere a subditis suis violentiam inferendam, quam teneantur vindicare illatam iniuriam. Sed reges et principes, ad vindicandam illatam iniuriam volentibus papam de pravitate heretica impugnare, arma movere tenentur. Ergo etiam ad repellendam violentiam inferendam taliter impugnantibus  
40 papam debent arma movere, et ita pro eorum defensione arma movere tenentur. Maior videtur aperta.

Minor ostenditur sic. Non minus tenentur reges et principes arma movere pro vindicanda iniuria illata subditis in contemptum fidei christiane, quam pro iniuria illata in  
45 contemptum regie maiestatis. Sed pro iniuria illata subditis in contemptum regie maiestatis reges arma movere tenentur, exemplo David regis qui, ut legitur 2 Reg. 10, Amonitas potenter invasit propter iniuriam factam nuntiis eius. Ergo reges et principes pro vindicanda iniuria illata in contemptum  
50 fidei christiane arma movere tenentur.

### **Capitulum 55**

**Discipulus:** Multa scrutati sumus de appellationibus a summo pontifice et de impugnantibus ipsum, motivaque quedam illorum qui asserunt quod sepe expedit a papa

---

54,25 Ecclesiastici 4] Ecclesiasticus 4:33 47 2...10] 2 Samuel 10:1-14

22 talia...etiam] In We scriptor 9<sup>us</sup> begins his copywork with these words (at fo. 95r line 1) | etiam] We: omitted Bb Fi An Ly 23 ipsorum] eorum Ly 24 reges] et principes added We 27 est] omitted Bb 32 iustitie] Vc Ox: iuste Bb Fi An Ly iustitiam We 35 a] omitted Bb | inferendam] deferendam Bb 39 repellendam] repellendam Bb 40 debent] deberent Ly 42 Non] Nam Bb 44 illata] subditis added Ly 45 Sed...46 maiestatis] omitted Bb Sed pro secundo Ly 47 David] Dd<sup>t</sup> Bb Dd<sup>r</sup> Fi An Dd We | 10] 18 We 49 vindicanda] vindicandi Bb 55,2 appellationibus] appell'antibus We

heretico appellare, licet, quantum est de iure divino et humano, non oporteat appellare sed sufficit impugnare, et quod impugnantes papam de heretica pravitate, antequam constiterit eos malo zelo moveri, sunt a catholicis defendendi, iuvandi, et fovendi. Que omnia, et eis annexa, tecum post completionem istius operis iterum pertractabo, et quid tu de omnibus sentias indagabo. Ideo finem isti materie faciendo, dic quomodo responderetur ad allegationes quibus ostenditur quod a papa appellare non liceat.

**Magister:** Iste allegationes posite sunt supra capitulo 16, ubi per auctoritates et rationes ostenditur quod in nullo casu licet a summo pontifice appellare. Ad intelligentiam autem auctoritatum dicunt quidam esse notandum quod non semper verbum generale est generaliter intelligendum, quod per infinita exempla scripture divine dicunt posse probari, de quibus adducam pauca.

Legimus enim 4 Reg. 8: “*Ivit igitur Asahel in occursum eius*”, scilicet Helysei, “*habens secum munera et omnia bona Damasci*”. De quo tamen constat quod in Damasco multa bona reliquit. Nec etiam de omni genere bonorum Damasci habuit secum. Non enim portavit secum aliqua de omni specie lapidum, vasorum, instrumentorum, lignorum, animalium, ciborum, metallorum, et ceterarum rerum que erant in Damasco.

Legitur etiam Marci 1: “*Egrediebatur ad illum*”, scilicet Iohannem Baptistam, “*omnis Iudee regio, et Hierosolimite universi et baptizabantur ab illo*”. Et tamen multi Hierosolimite a Iohanne minime baptizati fuerunt. Multi enim principum, sacerdotum, et seniorum qui erant Hierosolimis ab

---

55,14 supra] 1 Dial. 6.16 21 4...8] 2 Kings 8:9 29 Marci 1] Mark 1:5

---

8 moveri] impugnare et quod impugnantes papam de heretica pravitate antequam constiterit eos malo zelo moveri *added dittography* Bb 9 tecum] tactum We 10 istius] *omitted* Ly | iterum] tecum (*cancelling previously scripted* “iterum”) We 11 isti] istius Ly 13 liceat] licet Fi An Ly 15 16] 15 Bb An We 16 intelligentiam] intelligendam We 17 autem] auct<sup>x</sup> We 18 semper] per (*cancelling originally scripted* “propter”) We 21 8] We: 7 Bb Fi An Ly | Asahel] Asael Bb Fi An Assael We Azael Ly 23 Damasco] Damascei Bb etiam *added* Ly 24 reliquit] reliquit We Ox | Nec] *In Bb after* “Nec” *the rest of fo. 98vb is left blank and the sentence* (“etiam de omni genere bonorum” etc.) *continues at fo. 97vb (line 16) after* “desiderant papam” (cf. *above at* 1 Dial 6.52) 27 animalium] alium Fi 29 1] de Iohanne *added* Ly scilicet] ad *added* We 30 regio] religio Bb 31 et] ut Ly baptizabantur] baptizantur Bb baptizarentur Ly 32 a] ab Bb | Multi... 33 principum] Et patet quod nulli Ly

35 ipso baptizari nolebant, quia sibi nullatenus crediderunt, teste Salvatore qui, ut habetur Matth. 21, dixit eis: “*Venit enim ad vos Iohannes in via iustitiae et non credidistis ei*”. Et ita verba Marci predicta non sunt generaliter intelligenda.

40 Sic etiam sepe mandata generali iussione nonnulla intelliguntur excepta (Extra, *De officio legati c. Quod translationem*). Verba ergo generalia non debent semper generaliter intelligi.

45 Per hoc ad auctoritatem Gelasii respondent quidam, dicentes quod ab apostolica sede (hoc est a papa) nunquam prorsus est appellandum, nisi inveniatur contra fidem errare vel in aliquo crimine de quo scandalizetur ecclesia incorrigibilem se ostendat.

50 Aliter dicunt aliqui quod Gelasius loquitur de appellationibus absque quibus sententia iudicis transit in rem iudicatam. Tali enim appellatione non est appellandum a papa licet contra fidem erraverit orthodoxam, quia sententia contra fidem, sive appelletur sive non appelletur, non potest transire in rem iudicatam. Et ideo dicunt quod quamvis liceat tamen non est necesse a tali sententia appellare. Et quamvis a tali sententia aliquis non appellaverit, quantumcunque tempus transierit licebit tamen sententiam impugnare.

55 Aliter dicunt nonnulli quod Gelasius loquitur de appellationibus interiectis pro causis particularibus, non pro causis que tangunt totam christianitatem. Non enim licet appellare, ut dicunt, nisi papa erraverit contra fidem, vel nisi

---

35 Matth 21] Matthew 21:32 39 Extra...40 translationem] X. 1. 21. 4 col. 390 42 ad...Gelasii] 1 Dial. 6.16.22-26\*

---

34 ipso] i° An | nolebant] volebant Ly | crediderunt] credebant Ly 35 21] 22 Bb An 222 (=22 et?) Fi 11 Ly | dixit] dicit Ly d° Fi An | eis] ipsis We omitted Ly | enim] omitted Ww 36 credidistis] credistis Fi 37 Marci] omitted Ly 38 etiam] et Fi | iussione] iurisdictione We 39 intelliguntur] intelligunt Bb | excepta] omitted Ly 42 Gelasii] Galatii We 43 dicentes] dñentes (sic) We | ab] omitted Bb 44 est appellandum] appellare We 47 Gelasius] In Bb after “Gelasius” (the last word in fo. 97vb) the text continues (“loquitur de appellationibus” etc.) as opening fo. 99ra line 1 50 quia] talis added Ly 51 fidem] omitted Bb | appelletur<sup>1</sup>] appellatur Ly | appelletur<sup>2</sup>] omitted Ly 52 quod] omitted Ly 54 appellaverit] appellaret Ly | quantumcunque] quamcunque Bb We in quodcunque Ly 55 tamen] dictam We 57 interiectis] incriminatis or interminatis We 59 erraverit] erravit Bb

60 sit incorrigibilis de aliquo crimine de quo omnes christiani  
leduntur. Pro aliis autem causis appellare non licet, quamvis  
quidam dicant quod si ecclesia universalis conveniret in  
unum ipsa haberet papam de omni crimine iudicare.

**Discipulus:** Quamvis non audierim quod frater M. et  
adherentes sibi istud ultimum opinentur, tamen alias super  
65 isto volo tecum diligentius disputare, et motiva eorum ad  
reprobandum sollicite perscrutari. Nunc vero dic quomodo ad  
aliam auctoritatem Gelasii respondetur.

**Magister:** Ad illam respondetur sicut ad precedentem,  
quod loquitur in aliis causis quam in causis fidei, vel de  
70 appellationibus absque quibus sententia transit in rem  
iudicatam. Sunt enim nonnulli qui horrent audire quod,  
quamvis papa assereret legem christianam esse falsam et  
Christum fuisse pseudo-prophetam, non liceret appellare ab  
75 ipso.

**Discipulus:** Iste sunt hereses tam patentes et totam  
fidem catholicam enervantes, quod non est negandum quin  
pro talibus a summo pontifice appellare liceret. Tamen, ut  
videtur, pro aliis appellare non licet.

**Magister:** Dicunt nonnulli quod hic erras aperte, quia si  
80 pro maxima heresi licet appellare a summo pontifice, etiam  
pro minima heresi appellare licebit, quia idem iuris est in  
magnis et in parvis.

Quod Alexander 3<sup>us</sup>, ut habetur Extra, *De*  
*appellationibus c. De appellationibus*, aperte testari videtur, 85  
dicens: “*De appellationibus pro causis minimis interpositis*  
*volumus te tenere, quod eis, pro quacunque levi causa fiant,*  
*non minus est, quam si pro maioribus fierent, deferendum*”.

---

67 ad... 68 Gelasii] 1 Dial. 6.16.27-32\* 84 Extra... 85 appellationibus<sup>2]</sup>  
X. 2. 28. 11 col. 913

---

60 quo] omnes leduntur christiani *added then cancelled* Vc (Cf.  
*Introduction*) scandalizetur ecclesia. Iste *anbe* (*sic*) (*omitted* Ba) cause de  
se ad omnes pertinent christianos quia per duo predicta *added* We Ba  
scandalizatur (scandalizetur Ox) ecclesia. Iste autem ambe cause ad omnes  
pertinent christianos quia per duo predicta *added* Vc Ox 61 quamvis]  
licet We 64 M] Ly: Mich' Bb Fi An Michael We 65 sibi] sui Ly  
opinentur] opientur Bb 69 illam] auctoritatem Gelasii *added* Ly  
70 quam...causis<sup>2]</sup> *omitted* Bb 71 absque] sine Ly | transit] transiret  
We | in rem] *omitted* Fi 73 assereret] asseret | et] vel Fi An  
77 enervantes] annullantes We 78 liceret] liceat Ly 79 non licet] licet  
non Bb 81 etiam] et Fi An Ly 82 minima] *omitted* Fi 83 magnis...  
parvis] parvis sicut in magnis Ly | in] *omitted* Bb We 88 si] *omitted*  
We

90 Ubi dicit glosa: “*pro qualibet causa appellatur quia ita potest  
quis gravari in parvo sicut in magno, quantitas cause non  
facit, quare introducta sit appellatio, sed iniquum gravamen,  
supra eodem c. Ad nostram et infra eodem c. Cum speciali §  
Porro. Sic etiam in minima re furtum committitur 14 q. ultima  
c. ultimo*”. Ex hiis colligitur quod si licet a summo pontifice  
95 appellare pro maxima heresi, puta si pronuntiaret vel  
assereret legem christianam esse falsam et malam vel  
Christum fuisse pseudo-prophetam, licebit pro minima heresi  
appellare ab ipso. Et consimili ratione, si licet impugnare et  
100 accusare papam si diceret legem christianam esse falsam et  
fidem sarracenorum esse tenendam, licebit etiam impugnare  
et accusare papam si minimam heresim qualitercunque sacris  
litteris obviantem presumpserit affirmare.

Et per eandem rationem dicunt aperte patere quod si  
impugnantes et accusantes papam asserentem quod fides  
105 christiana est falsa et mala sunt a catholicis defendendi.  
Impugnantes etiam et accusantes papam de minima heresi  
quantumcunque latenti sunt a catholicis defendendi.

**Discipulus:** Ista nimis me urgent, de quibus post opus  
istud mentem tuam exquiram. Nunc vero dic quomodo ad  
110 rationes quibus ostenditur quod a papa appellare non licet  
respondetur.

**Magister:** Ad primam respondetur quod si papa fiat  
hereticus, superiorem habet in terris, et ideo ab eo appellare  
licet, et ita licet impugnare et accusare ipsum.

115 Ad secundam respondetur quod a iurisdictione pape  
heretici sunt omnes catholici absoluti. Et ideo a papa heretico  
licet cuilibet appellare, non ut eximatur a iurisdictione pape  
heretici, quia non per appellationem sed per apostasiam pape  
quolibet a iurisdictione sua est exemptus. Licet tamen

---

89 glosa] *Ibid.*, s.v. minimis 92 c<sup>1</sup>...nostram] X. 2. 28. 3 col. 906  
eodem<sup>2</sup>...93 Porro] X. 2. 28. 61 col. 966 93 14...94 ultimo] C. 14 q. 6  
c. 4 (*Fur*) col. 1415 112 primam] 1 Dial. 6.16.38-41\* 115 secundam] 1  
Dial. 6.16.42-52\*

---

89 qualibet causa] quocunque Ww | appellatur] appellante Ly | quia]  
*omitted* Ww 92 c<sup>1</sup>] 4<sup>o</sup> *added* Ly | §] *omitted* We c. Ly 93 Porro] et  
*added* We | Sic] Sicut Ly | minima re] minimis rebus We 95 pro]  
*omitted* Bb 98 si] *omitted* Ly 99 si...101 papam] *omitted* Ly 103 Et]  
*omitted* Ly | aperte patere] *omitted* Ly 104 impugnantes] etiam *added*  
Ly | accusantes] accusante Bb 105 est] esset We 106 papam] *omitted*  
Ly 107 quantumcunque] quamcunque Bb | latenti] latente Ly 112 fiat]  
fieret Ly 114 et<sup>1</sup>...licet<sup>2</sup>] *omitted* Bb | ita] etiam *added* We 116 a]  
*omitted* Bb 119 a] *omitted* Bb | sua] ipsius We | tamen] etiam We



catholico appellare a papa heretico, quia forte videt quod per  
appellationem utilius et efficacius papam hereticum poterit  
impugnare. 120

Si autem papa non errat contra fidem, appellans ab illo  
falso et inique non est a iurisdictione pape simpliciter et  
absolute exemptus, sed ad tempus, ut pape innocentia  
declaretur et calumpniator evidentius convincatur et acerrime  
puniatur, est habendus pro exempto. Alii autem, nescientes  
ipsum inique procedere, in favorem fidei christiane et, ut vel  
pape innocentia declaretur vel eius malitia confundatur,  
debent talem appellantem defendere, qui, postquam fuerit de  
iniquitate convictus, debent, ut puniatur acerbe, fideliter  
laborare. 125  
130

**Discipulus:** Quid si papa tenuerit aliquam assertionem  
contrariam veritati catholice quam non tenetur explicite  
credere, et alius ipsum de tali errore impugnaverit, nunquid  
talis impugnans a iurisdictione pape est exemptus? 135

**Magister:** Respondetur quod in hoc casu talis  
impugnans non est a tota iurisdictione pape exemptus etiam  
ad tempus, quia in omnibus que non sunt in derogationem  
impugnationis sue pape sicut prius obedire tenetur. Quantum  
vero ad illa que suam impugnationem impedire valerent, pape  
deberet minime obedire, quia fides catholica est summo  
pontifici preferenda. Imo etiam quelibet minima veritas  
catholica est summo pontifici etiam catholico preponenda. Et  
ideo impugnans assertionem pape hereticam contrariam  
veritati quam papa explicite credere non tenetur (et propter  
hoc papa in tali casu non esset hereticus sed catholicus  
reputandus), in nullo deberet obedire pape in preiudicium  
impugnationis sue legitime, licet sibi teneatur in aliis obedire. 140  
145

**Discipulus:** Dic qualiter ad tertiam rationem  
respondetur. 150

---

150 tertiam] 1 Dial. 6.16.53-57\*

---

120 catholico] *omitted* Ly | forte] for Bb | videt] debet *added* An  
121 appellationem] apostasiam We 123 errat] erret Ly | illo...124  
falso] ipso false Ly 125 ut] et *added* We 126 acerrime] a crimine Fi Ly  
127 puniatur] nec *added* Ly | exempto] papa enim ne videatur iudex in  
propria causa in talem appellantem potestatem in preiudicium  
appellationis exercere non debet *added* We Vc Ox Ba 128 ipsum] illum  
Ly | inique] iniquos We 130 qui] ut *added* Ww 131 debent] debet Fi  
ut puniatur] puniantur Bb | acerbe] a crimine Fi acerrime An 136 est]  
erit We 140 pape] *omitted* Ly 142 deberet] debet Fi An 144 etiam] et  
Bb 145 impugnans] impugnantes Ly | pape] *omitted* Bb 146 veritati]  
*omitted* Fi An 148 deberet] debet Ly 149 teneatur] teneantur Bb

**Magister:** Dicitur quod ab obedientia pape heretici licet recedere, exemplo illorum qui ab obedientia Anastasii 2<sup>i</sup> laudabiliter recesserunt. Ab obedientia autem pape catholici errantis contra fidem quantum ad aliquid quod non tenetur credere explicite non licet absolute recedere, quamvis assertionem suam liceat impugnare. Et si aliquid preciperet quod esset in preiudicium impugnationis sue, quantum ad hoc non esset obediendum eidem. Capitulum autem dis. 12  
155  
160 *Preceptis* loquitur de papa catholico nichil precipiente quod sit in derogationem divini honoris et fidei orthodoxe.

Ad quartam rationem dicitur quod non licet eidem pro eadem causa, eodem tempore, absolute appellare ab aliquo et ad ipsum. Et ideo qui appellaret a papa pro heresi, non liceret sibi tunc pro heresi appellare ad ipsum, et si de facto attemptaret, esset tanquam sibimetipsi contrarius repellendus. Pro diverso autem tempore licet eidem pro eadem causa appellare ab aliquo et ad ipsum, et econverso. Unde sepe quis appellat ad suum episcopum vel metropolitanum, qui tamen postea, si senserit se gravatum indebite vel reputaverit sententiam datam iniquam, appellat ab ipso. Sic aliquis reputans papam catholicum poterit ad ipsum pro causa heresis appellare, a quo tamen, si aliquid diffinierit vel asseruerit fidei contrarium orthodoxe, sibi appellare licebit.  
165  
170

Ad quintam rationem respondetur quod pro aliqua causa temporali appellare ab imperatore liceret, sicut et de aliqua posset coram populo accusari. Nam et populus posset ex causa imperatorem deponere, quemadmodum diversa regna suos reges deposuisse leguntur.  
175

Ad sextam respondetur quod ab illo ad quem sunt omnes cause fidei deferende non est appellandum si non erraverit contra fidem orthodoxam. Si autem erraverit, licet appellare ab ipso, et etiam licet eum fortiter impugnare. Et tali impugnationi est ab omnibus catholicis deferendum, et  
180

---

**162** quartam] 1 Dial. 6.16.58-64\*    **175** quintam] 1 Dial. 6.16.65-70\*  
**180** sextam] 1 Dial. 6.16.71-76\*

---

**155** quantum] quo Ly    **156** recedere] *omitted* Ly | quamvis] licet Ly  
**157** si] *omitted* Bb    **160** Preceptis] assumptum Ly | catholico nichil] heretico super hoc Ly    **162** dicitur] respondetur Ly    **163** absolute] *omitted* We    **166** attemptaret] appellaret Ly | sibimetipsi] sibimet Ly  
**171** ipso] illo Ly    **173** vel] et Ly    **174** asseruerit] asseruit Ly    **176** et] etiam Fi An Ly | aliqua] aliquo We    **177** populo accusari] papa appellare Ly    **180** sextam] rationem *added* We    **181** deferende] doferende Ly    **183** eum] ipsum We Ly    **184** ab] *omitted* Ly

tales impugnantes sunt ab omnibus catholicis, quantum  
congruit cuilibet, defendendi. 185

**Discipulus:** Nunquid secundum illos tenentur catholici  
talibus impugnationibus summi pontificis adherere?

**Magister:** Respondetur quod multi tenentur taliter  
impugnantes papam defendere et impugnationibus eorum 190  
deferre, qui tamen non tenentur eorum impugnationibus  
adherere. Quia ad hoc quod aliquis teneatur taliter  
impugnantes papam defendere et impugnationibus eorum  
deferre, sufficit quod nesciat eos malo zelo papam de heresi  
impugnare, cum etiam iudex quandoque sciens appellationem 195  
iniquam et falsam debet eidem deferre. Ad hoc autem quod  
teneatur quis impugnationibus adherere, requiritur quod sciat  
quod talis impugnationis continet equitatem et veritatem. Et ideo  
qui sciunt aliquos papam de heresi impugnare, quamvis non  
debeant eorum impugnationibus adherere, debent tamen eos 200  
defendere quousque causa fuerit terminata, et interim querere  
sollicite veritatem, iuxta legem divinam que, ut habetur  
Deuter. 13, sic precipit: “*Si audieris in una urbium tuarum  
quas Dominus Deus tuus dabit tibi ad habitandum dicentes  
aliquos egressi sunt filii Belial ... et averterunt habitatores  
urbis .. atque dixerunt ‘eamus et serviamus diis alienis’ quos  
ignoratis, quere sollicite*” etc. Ex quibus verbis datur intelligi  
quod si aliqui asserunt papam vel alium velle fidem  
corrumpere orthodoxam, non sunt statim repellendi, nec  
continuo cruciandi, vel alias male tractandi, sed prius est 210  
veritas sollicite indaganda, et per consequens ipsi sunt  
interim defendendi.

### **Capitulum 56**

**Discipulus:** Non modicam apparentiam habere videtur,  
et ex auctoritate Deuter. 13 suprascripta videtur trahere  
fulcimentum, quod si aliqui, maxime viri literati et hactenus

---

203 Deuter 13] Deuteronomy 13:12-14

---

185 tales] taliter We 186 congruit] congruerit Ly 191 deferre...  
impugnationibus] omitted Ly 193 papam] hereticum added Ly  
194 nesciat] nesciant We 196 debet] debeat We Ly 198 continet]  
continent Bb | equitatem...veritatem] equitate et veritate Bb  
201 interim] iterum Ly 203 precipit] precepit Ly 205 averterunt]  
everterunt Ww 206 atque] adque We 207 quere...etc] omitted Ly  
sollicite] veritatem added Fi An 209 nec] in added Ly 210 cruciandi]  
trucidandi We Vc Ox Ba Fr 212 interim] interea Ly 56,3 et] omitted  
Ly | suprascripta] We: scripta Bb Fi An Ly 4 hactenus] actenus We

5 bone opinionis et fame, constanter affirmant et se offerunt  
 probaturos papam esse pravitate heretica vitiatum vel  
 irretitum, alii catholici debent in favorem fidei sollicite  
 querere veritatem. Ideo ad materiam a qua, ex quo de  
 10 appellationibus a summo pontifice et impugnantibus ipsum  
 tractavimus, aliququaliter digressi videmur, volo reverti, et  
 diligenter discutere qualiter, si papa fuerit de heresi  
 diffamatus, debent catholici procedere inquirendo veritatem,  
 quia sic limpidius inspiciam veritatem.

15 In primis autem cupio scire quid, secundum istos  
 assertores, catholicis sit agendum si, postquam catholici zelo  
 fidei christiane accensi inquirere ceperint de papa super  
 crimine heresis diffamato, papa taliter diffamatus eos totis  
 viribus molitus fuerit impedire.

20 **Magister:** Respondent quod eo ipso quod papa in hoc  
 casu niteretur catholicos impedire ne de ipso inquirerent  
 veritatem, deberent ipsum magis suspectum habere, eo quod  
 ostenderet se lucem odire, et quod nollet ad lucem stricti  
 iudicii venire ne arguerentur ipsius errores. Et propter hoc  
 deberent magis sollicite querere veritatem, et auxilium brachii  
 25 secularis requirere pro inquisitione securius facienda.

**Discipulus:** Quid si papa nullo modo vellet desistere ab  
 impediendo eos ne ad inquisitionem procederent?

30 **Magister:** Respondent quod si non possent catholici  
 aliter ad inquisitionem procedere nisi prius summum  
 pontificem captivarent, ipsum deberent capere et tenere, si  
 potentiam talem possent habere, invocato auxilio brachii  
 secularis.

**Discipulus:** Hic isti videntur contradicere assertioni  
 priori. Nam prius dixerunt quod nulla persona aut collegium

---

56,8 ad...qua] *Supra* 1 Dial. 6.15 | ad...10 reverti] Resuming the  
 discussion interrupted after 1 Dial. 6.15 by the "Appeal" and "Defense"  
 digressions. 28 Respondent...32 secularis] See **Bb**, fo. 100rbm: **casus**  
**Jo. 23**. This marginal reference by a later reader clearly refers to the Pisan  
 Pope John XXIII (1410-1415) 34 prius] 1 Dial. 6.15

---

5 affirmant] affirmant Ly | offerunt] offerent Bb offerant se (*sic*) Ly  
 6 vitiatum vel] *omitted* We 8 ad] *omitted* Bb primam *added* Ly  
 9 appellationibus] appellatibus We 10 digressi] digressi Bb We 11 de  
 heresi] *omitted* Ly graviter *added* We 12 debent] debet An debeant We  
 14 In] Im Ly | istos...15 assertores] istas assertiones Ly 15 zelo] zolo  
 Bb 17 crimine] crimen Bb 19 Respondent] aliqui *added* Ly  
 20 inquirerent] inquireret Fi 21 deberent] debent We 22 odire] hodire  
 We | stricti] districti Ly 25 secularis requirere] seculare quirere Bb  
 26 si] sit We 27 eos] *omitted* Ly 34 prius] *omitted* Bb | aut] nec We

habet iurisdictionem super papam de heresi mendaciter diffamatum, licet debeant catholici dubitare an habeant iurisdictionem super ipsum, et ideo teneantur ad inquisitionem procedere faciendam. Nunc autem dicunt quod habent potestatem ipsum capiendi. Potestas autem capiendi nunquam est sine iurisdictione coactiva, ergo sibiipsis contradicunt aperte. 35 40

**Magister:** Dicunt quod hic ostendis te scripturarum et naturalis rationis intellectum nequaquam habere. Nam potestas capiendi, detinendi, et ligandi nonnunquam ab omni iurisdictione separatur. Nam non solum medicus sed etiam socius, imo etiam subditus et servus, habet potestatem capiendi et ligandi freneticum etiam dominum suum se precipitare volentem, vel in aqua submergere, vel alio modo occidere semetipsum, secundum quod ex verbis beati Augustini, que ponuntur 5 q. 5 c. *Non omnis* et 23 q. 4 c. *Ipsa pietas* et c. *Nimum*, colligitur evidenter. 45 50

**Discipulus:** Istud exemplum non est ad propositum, quia secus est de aliquo subdito se volente occidere quia perdidit usum rationis, et de papa qui est caput omnium, in quem in nullo casu licet manus inicere violentas. 55

**Magister:** Male dicis, ut dicunt, cum asseris quod in nullo casu licet in papam manus inicere violentas, quamvis non liceat in ipsum manus iniuriosas inicere. Nam si papa, sive effectus freneticus aut aliter alienatus a sensu, vel, habens usum rationis, ex desperatione vel tristitia vel alia causa quacunque vellet seipsum occidere, semetipsum de muro precipitando vel aliter, violenter esset tenendus. Si etiam esset in aliqua domo quam quis sciret certissime ruituram, et ille sibi prenuntiaret domum ruituram, si papa nollet credere nec exire, papa in hoc casu esset extrahendus invitus, et ita manus violenta esset inicienda in papam. In 60 65

---

50 5<sup>1</sup>...omnis] C. 5 q. 5 c. 2 col. 1043 | 23...51 pietas] C. 23 q. 4 c. 24 col. 1733 51 Nimum] C. 23 q. 4 c. 37 col. 1747

---

35 super...heresi] de heresi super papam Ly 39 autem] ipsum added We 40 iurisdictionem] iurisdictionem Bb | coactiva] omitted Ly 44 capiendi...46 potestatem] detinendi Ly | et] omitted We 46 habet] habent We 47 etiam] We: et Bb Fi An Ly 50 omnis] omni Ly 51 Nimum] Minimum Ly | evidenter] ad omnes in caritate existentes pertinere added Ly 52 est ad] a Bb 55 in<sup>2</sup>] omitted We 56 dicunt] videtur Fi An 58 liceat] licet Ly | Nam] omitted Ly 59 vel] non Ly 63 esset] omitted Fi An | quis] qui Fi 64 prenuntiaret] pronuntiaret Ly | si papa] sed papam Bb sed papa We 65 casu] omitted Bb Fi An 66 papam] ipsum We

pluribus etiam aliis casibus licite posset quicumque servus manus inicere violentas in papam, ipsumque ligare et fortiter detinere.

70 Et ita manifeste potestas capiendi, ligandi, et detinendi ab omni iurisdictione poterit separari. Non enim per frenesim pape vel alterius, vel voluntatem occidendi seipsum, tribuitur alicui iurisdictionis super volentem seipsum occidere, et tamen tunc habet etiam servus potestatem capiendi, ligandi, et  
75 detinendi etiam papam.

**Discipulus:** Cogor concedere quod potestas capiendi, detinendi, et ligandi ab omni iurisdictione poterit separari, sed hoc non accidit nisi quis velit seipsum occidere.

80 **Magister:** Quid si papa vellet absque nece in seipsum manus inicere, oculosque proprios eruere, aut manus vel pedes abscindere?

---

70 ita] patet *added* Ca Fr Ax Es Di To Ba | manifeste] quod *added* Fr Ax Es Di To Ba | capiendi ligandi] ligandi capiendi Lb Vc Ox ligandi et capiendi Vd La Un Fr Ax Es To | ligandi] *omitted* Ly Vg Va Pc Pa Ko 71 poterit] potuit Va | separari] separare **Bb** | Non...72 alterius] Non per frenesim vel alterius Vb 72 pape] *omitted* Sa | pape... voluntatem] vel per aliam infirmitatem volenti Pb Ar | alterius] ali' **We** infirmitatem *added* Sa | vel voluntatem] volentis **Ly** | voluntatem] voluntatem **We** voluntate Ce Sm Ax violentam Ox | occidendi] occidi **Ly** Sm occidere Pc Pb Ar | seipsum] se Fr Ax Es To Di Ba | tribuitur] tribuit Ox 73 super] supra **Ly** Vg Va | volentem] volente Ca La Lc Un | volentem seipsum] valentem se Sm | seipsum] se **Ly** | et] *omitted* Ca Vd La Lc Un Fr Ax Es To Di Ba | et...74 potestatem] *omitted* Ar 74 habet... servus] etiam servus habet Fr Ax Es To Di Ba Lb<sup>2</sup> | capiendi ligandi] ligandi, capiendi **We** Vc Ox Ba Ca Vd La Lc Un | et] *omitted* Ar Un 75 etiam] *omitted* Vd Fr Ax Es To Di et Sa et etiam Ar 76 Cogor] *omitted* Ar 77 detinendi] *omitted* **Bb** | detinendi...ligandi] ligandi et detinendi **Ly** Pc Fr Es To Di Ba | separari] separari Ax **Magister** *added* Vd 78 sed] licet Ax et Pa Fr | hoc] *omitted* Lc Es To | nisi] quando *added* La Fr Es To Di Ba | velit] vult Fr Ax Es Di Ba se vult To occidere] interficere Pb 79 Magister] **Bb Fi An We Ly** Vc Ox Na Sm Vg Va Pa Pb Pc Vb Sa Lb Un Ko Ar: **Ideo quero** Fr Ax Es To Di Ba Pa<sup>2</sup> Lb<sup>2</sup> **Discipulus** Vd La *omitted* Ca Lc | nece] voce To 80 manus<sup>1</sup>] violentas *added* Fr Ax Di Ba Lb<sup>2</sup> violentas *added* To | manus<sup>1</sup>... proprios] iniceret manus violentas oculos sibi volens Es | oculosque] oculos Sm **Ly** Vb Pb Lb Ar Di Ba oculus Sa oculos quoque Fr | proprios] *omitted* **Ly** Vb Sa Pb Lb Ar Di Ba ipsos Vg Va Ko | aut] et Ce | aut...vel] vel manus aut Na Sm Ca La Lc Un Vd Fr Ax Es To Di Ba 81 abscindere] absidere **We** *added* etc. La

**Discipulus:** Etiam tunc posset licite ab alio absque iurisdictione ligari.

**Magister:** Si papa vellet alium occidere sine causa, nunquid illi liceret vim vi repellere absque iurisdictione? 85

**Discipulus:** De hoc vellem scire quid predicti assertores dicant.

**Magister:** Dicunt quod liceret saltem regi vel laico vim vi repellere, et tamen per talem repulsam iurisdictionem super papam repellens vim vi minime obtineret. 90

**Discipulus:** Non adducunt exempla nisi ubi imminet mors corporalis vel saltem lesio gravis.

**Magister:** Si licet pro morte corporali (imo pro gravi iniuria corporali) propria et aliena vitanda manus inicere violentas in papam absque iurisdictione, multo magis pro morte spiritali multitudinis fidelium vitanda licebit in casu manus inicere violentas in papam. 95

Consimili enim modo arguendi arguit beatus Augustinus ad probandum quod licet in hereticos exercere vindictam, ut habetur 23 q. 4 c. *Ipsa pietas*, fundans se in isto medio: ‘omne quod debemus impendere hominibus pro morte eorum temporali vitanda, debemus eisdem impendere pro morte eterna vitanda’, dicens in hec verba: “*Quid igitur de opere misericordie quod, pro vita eterna adipiscenda et pena eterna vitanda, hominibus debemus impendere, iudicandum est, si pro salute ista, non solum temporali sed etiam brevi ad ipsum* 100 105

---

100 23...pietas] C. 23 q. 4 c. 24 col. 1735

---

82 Discipulus] **Bb Fi An We Ly** Vc Ox Na Sm Vg Va Pa Pb Pc Lb Vb Sa Ko Ar: **Magister** Ca La Lc Un Vd Fr Ax Es To Di Ba Pa<sup>2</sup> Lb<sup>2</sup> | Etiam] omitted Fr Ax Es To Di Ba Lb<sup>2</sup> Et Sm | Etiam...84 Magister] *Certainly written in the bottom margin of We fo. 96r (tiny remnants are visible), but cut during the binding process.* | posset] potest Ax To Ba possit Ko licite] aliquis added Vg Va Pa Pc Ko | alio] illo Ar 84 Magister] **Bb Fi An We Ly Na Sm** Vc Ox Vg Va Pa Pc Pb Vb Sa Ko Ar **Discipulus** Ca La Lc Un Vd Fr Ax Es To Di Ba Pa<sup>2</sup> Lb<sup>2</sup> Quid added **We** Fr Ax Es To Di Ba Pa<sup>2</sup> Lb<sup>2</sup> | sine] absque Es To | sine causa] omitted Va 85 illi] ei Ko 86 Discipulus] omitted Pa La Un Vd Fr Ax Ex To Di Ba Magister (?) Lc | De] ad Ca Lc | hoc] enim added Fr Ax Es To Di Ba | vellem] vellet Va 88 liceret] in casu added Pb Ar | saltem] saltim Fi An | regi] recti Ko | vel] et **We** Vc Ox 90 repellens] repellendi Ly 91 adducunt] addunt Bb | ubi] x<sup>1</sup> (*Christi?*) Bb | imminet] ipsi immineret Ly 94 vitanda] fidelium vitanda Ly 95 iurisdictione] speciali multitudinis fidelium added Ly 96 multitudinis fidelium] omitted Ly 103 dicens] dicit Ly 104 quod] omitted Ly | adipiscenda...eterna<sup>2</sup>] omitted Bb 105 debemus] **We:** omitted Bb Fi An Ly 106 brevi] et added Ww ipsum] omitted Ww

110 *tempus exiguum liberanda, sic nos subvenire hominibus ratio  
vera et benigna compellit*". Ex quibus verbis et processu  
Augustini ibidem, ubi per multa probat exempla quod  
debemus etiam illos qui minime sunt de iurisdictione nostra  
liberare a morte invitos et in eos manus inicere violentas pro  
morte vitanda, colligunt isti quod si pro vitanda morte pape et  
alterius licet manus inicere violentas in papam, ipsumque  
115 captivare, tenere, et ligare, multo fortius licebit in casu pro  
morte spirituali vitanda ipsius pape et aliorum, et pro vita  
eterna adipiscenda, salvandoque grege dominico, manus  
inicere violentas in papam ipsumque ligare fortiter et tenere.

120 **Discipulus:** Videtur apparens, si constaret papam velle  
spiritualiter corrumpere orthodoxos, quod captivari posset et  
teneri. Sed propter infamiam facti, de qua non constaret quod  
non esset falsa, non esset hoc agendum.

125 **Magister:** Non dicunt isti quod propter infamiam papa  
captivari deberet, sed asserunt quod si patenter impediret  
inquisitionem debitam fieri de ipso, pro salute totius  
christianitatis deberet detineri per illos qui tantam haberent  
potentiam temporalem, nec essent detinentes excommunicati.  
Sicut nec illi sententiam excommunicationis incurrerent, qui  
detinerent papam volentem seipsum vel alium innocentem  
absque causa occidere. Absque enim temeritate vel dolo, non  
130 incidit quis in canonem propter iniunctionem manuum in  
papam vel alium clericum.

**Discipulus:** Violentia non videtur esse sine temeritate  
vel dolo.

135 **Magister:** Respondent quod potes equivocare de  
vocabulo 'violentie', et aliter uti vocabulo quam ipsi  
accipiant. Ipsi enim accipiunt 'iniunctionem manuum  
violentam' pro omni iniunctione manuum in invitum. Et sic  
constat quod iniectio manuum violenta in aliquem potest esse  
caritativa, absque omni temeritate et dolo.

140

### *Capitulum 57*

**Discipulus:** Ex quo, secundum istos, de papa super  
crimine heresis diffamato catholici habent inquirere, et ipsum

---

107 liberanda] liberandam Bb Fi An 108 compellit] compellitur Bb  
111 et] etiam We 112 morte<sup>2</sup>] corporali added Fi An 115 aliorum et]  
alterorum Ly 118 Discipulus] Istud added Ly 119 captivari] capi Ly  
120 facti] falsam Ly 121 esset<sup>1</sup>] esse Bb | falsa...esset<sup>2</sup>] omitted Bb  
126 potentiam] potestatem Ly 128 detinerent] detineret Ly 134 potes  
equivocare] equivocas Ly 135 aliter] vis added Ly 57,2 de...super]  
super papa de Ly 3 heresis] heresi Ly



etiam captivare si propter resistantiam eius aliter non possunt  
 procedere ad inquisitionem faciendam, peto ut dicas ad quos, 5  
 secundum istos assertores, spectat inquisitio supradicta.

**Magister:** Dicunt quod spectat ad illos catholicos ad  
 quos spectaret pape punitio, si esset in heresi manifesta  
 deprehensus.

Unde, ut dicunt, predicta inquisitio primo et 10  
 principaliter spectaret ad universalem ecclesiam, si essent ita  
 pauci catholici quod omnes convenirent in unum vel possent  
 leviter convenire.

Secundo, pertineret ad concilium generale quod vicem  
 gerit universalis ecclesie. 15

Tertio, si nec universalis ecclesia conveniret in unum,  
 nec generale convocaretur concilium, spectaret ad  
 diocesanum in cuius diocesi moraretur papa, cum consilio  
 vicinorum episcoporum si esset necesse.

Si autem diocesanus negligeret, pertineret ad sedem vel  
 clerum ubi papa moraretur. 20

Si vero omnes clerici essent dampabiliter negligentes,  
 talis inquisitio spectaret ad laicos.

### **Capitulum 58**

**Discipulus:** Video quod isti proportionabiliter dicunt de  
 inquisitione facienda de papa super heresi diffamato sicut  
 dicunt de punitione pape in manifesta heresi deprehensi. Ideo  
 istam materiam censeo differendam quousque investigavero 5  
 quis debet punire papam qui manifeste deprehenditur in  
 heresi. Nunc autem dicas propter quam infamiam, secundum  
 istos, est de papa inquisitio facienda.

**Magister:** Ut ad tuam interrogationem perfecte  
 respondeant, distinguunt. Quia aut fama est orta a certis 10  
 personis, providis et discretis, integre opinionis et fame, ante  
 infamiam pape nolentibus papam accusare de heresi, aut est

---

**58,5** investigavero] *Infra* 1 Dial. 6.72ss., 1 Dial. 6.82ss.

---

**6** inquisitio] facienda *added* Fi Ly **7** spectat] spectant Ly **8** manifesta]  
 manifeste We Ly **12** quod omnes] *omitted* Fi An | convenirent]  
 convenissent Fi An We **15** gerit] tenet Ly **16** ecclesia] *omitted* Bb nec  
 concilium generale *added* We **17** nec...concilium] vel convocaretur  
 We | convocaretur] convocatur Bb **19** vicinorum] viciorum Bb **58,1** ]  
 56 An Fi (*corrected to 58 in Fim*) **2** proportionabiliter] propor<sup>r</sup> Fi  
 proporna<sup>r</sup> An proportionaliter We **5** censeo] ceseo Bb **6** deprehenditur]  
 deprehenderetur We | in] de Ly **7** propter] per Fi An **8** papa] *omitted*  
 Bb **10** Quia] Quod Ly | aut] aud We **12** nolentibus] volentibus Ww  
 est] *omitted* Bb

orta ab incerto auctore, vel a certo auctore nolente contra  
 papam inscribere sed denunciare volente. Si primo modo,  
 15 dicunt quod est omnino procedendum ad inquisitionem nisi  
 papa sponte se velit iudicio bonorum virorum submittere. Si  
 autem orta est fama ab incerto auctore, vel auctore certo  
 denunciare volente, et non est tanta infamia quin absque  
 scandalo ecclesie et periculo fidei valeat tolerari aut etiam  
 20 dissimulari, non videtur quod sit ad inquisitionem  
 procedendum. Aliter de necessitate salutis tenetur ille cuius  
 interest, et potest, diligenter inquirere veritatem.

**Discipulus:** Dic quomodo, secundum istos, procedere  
 debet iudex iuxta primum membrum.

25 **Magister:** Dicunt quod cum aliquis vult papam de  
 heresi accusare, illi qui esset iudex pape in heresi deprehensi  
 debet suam intentionem exprimere, quam iudex, quicumque  
 sit ille, sive ecclesiasticus sive laicus, debet diligenter  
 30 examinare. Et si invenerit ipsum ad accusandum idoneum,  
 denuntiet pape quod de heretica impetitur pravitate, rogando  
 eundem quod iudicio eligendorum iudicum se submittat,  
 exemplo sanctorum patrum qui pro minoribus criminibus se  
 aliorum iudicio subiecerunt. Quod si papa de sua confidens  
 innocentia pro omni scandalo amovendo consenserit facere,  
 35 elegantur iudices a papa et accusare volente, qui secundum  
 iustitiam sine personarum acceptione procedant.

Si autem papa noluerit quoquo modo submittere se  
 iudicio, ille qui esset iudex pape manifeste in heresi  
 deprehensi, si habet tantam potentiam temporalem vel habere  
 40 potuerit, ratione dubii, quia dubitatur an sit de iurisdictione  
 iudicis supradicti, citet eundem et tandem, si potuerit,  
 compellat papam sibi respondere.

**Discipulus:** Ista narratio multos includere videtur  
 errores. Talis enim processus non est circa aliquem alium a  
 45 papa habendus, ergo nec circa papam.

Item, quomodo potest quis citare papam qui non est  
 iudex pape?

---

13 vel... nolente] volente Ly 14 sed] seu Ly | denunciare] denunciare  
 We 17 vel auctore] omitted Bb | auctore<sup>2</sup>] omitted Ly 18 et] omitted  
 Bb 20 dissimulari] et added Bb 25 Dicunt] omitted Bb 26 accusare]  
 tunc added Ly | illi] ille Bb Ly 27 quam] quem Bb 28 sive<sup>1</sup>] omitted  
 Bb 29 invenerit] inve<sup>1</sup> Fi An invenit Ly 30 denuntiet] denunciet We  
 impetitur] impeditur Ly | pravitate] pravitate We 31 eundem] eum  
 Ly | iudicum] omitted Ly 32 exemplo] ex Bb 39 habet] habeat Ly  
 potentiam] potestatem Ly 41 potuerit] poterit We 44 circa] contra We  
 45 circa] contra We 46 quis] aliquis Ly

Amplius, non videtur quod papa teneatur se iudicio cuiuscunque submittere.

Rursus, talis processus non videtur in legibus prefinitus. 50

Quare temere isti talem modum procedendi prefigunt.

**Magister:** Istas obiectiones et multas alias isti assertores faciunt contra seipsos, respondentque ad ipsas, dicentes primo ad ultimam, quod non intendunt alicui formam procedendi circa papam prefigere, sed quia papa superiorem in causa heresis, quamdiu manet papa, non habet, et qualiter sic proceditur circa papam contra quem apparet legitimus accusator de heresi in legibus minime invenitur, ne papa contra fidem errare possit insolenter et catholicos secum trahere in errorem, oportet modum aliquem specialem, rationi consonum, non verbis legum totaliter innitentem nec ab intellectu legum penitus discrepantem, circa accusationem summi pontificis invenire. Quemadmodum, si regnum aliquod ex causa rationabili regem suum vellet compellere in iudicio coram populo respondere, cum in legibus regnorum de hoc casu nichil penitus caveatur, oporteret modum aliquem specialem excogitare qui esset in tali casu servandus. 55 60 65

Modus autem superius recitatus de papa quem cupit aliquis idoneus accusare rationabilis istis apparet, quare videtur illis quod modus predictus circa papam congrue poterit observari. Nec tamen invident cuicunque qui modum magis rationabilem cogitare valebit. Et forte in aliquo casu, propter aliquas circumstantias, non esset predictus modus usquequaque servandus, nec forte propter potentiam et auctoritatem pape poterit dari modus certus in omni casu servandus. 70 75

Per hoc dicunt quod male arguis cum dicis ‘talis processus non est tenendus circa alium a papa ergo nec circa papam’. Nam circa papam, quia non constat quod habet superiorem in hac causa, eo quod non constat ipsum esse 80

---

54 alicui] aliquam Fi Ly 55 circa] contra Fi An We | sed quia] quia si Fi An 57 sic...circa] procedendum sit contra We | circa papam] omitted Bb | quem] quam Bb 58 ne] contra added Fi 62 legum] omitted Ly | circa] contra We 65 cum] quia Ly 66 caveatur] teneatur Bb habetur Ly | oporteret] oportet Fi An 67 specialem] rationabilem added We 68 recitatus] recitatur Fi An 72 cogitare] excogitare Ly 74 forte] omitted Fi An | potentiam et] potestatem vel Ly 75 omni] hoc Fi 77 Per] Propter Ly | cum dicis] omitted Ly 78 circa<sup>2</sup>] contra We 79 Nam...papam<sup>2</sup>] omitted Bb Ly | quod] non added Bb Fi An Ly

hereticum, necesse est aliquid speciale servare et modo speciali procedere.

Cum vero dicis quod nullus potest citare papam qui non est iudex pape, respondent quod quia non solum qui est in rei  
85 veritate iudex alicuius, sed etiam qui dubitatur esse iudex potest ipsum citare, ideo potest quis citare papam quando probabiliter dubitatur an sit iudex eius.

**Discipulus:** Nemo debet dubitare se esse iudicem pape, quia debet esse certus quod non est iudex pape antequam de  
90 heresi vincatur.

**Magister:** Respondetur quod quamdiu non apparet quis idoneus qui vellet accusare papam, nec est graviter diffamatus, debet quilibet esse certus se non esse iudicem pape. Quam cito autem apparet accusator idoneus de quo  
95 presumitur quod bono zelo papam accusare proponit, vel papa est de heresi graviter diffamatus ita ut talis diffamatio convenienter dissimulari non possit, quicumque esset iudex pape (si papa esset manifeste in heresi deprehensus) posset probabiliter dubitare se esse iudicem pape. Postquam autem  
100 papa esset aperte in heresi deprehensus talis non debet dubitare sed debet esse certus se esse iudicem olim pape. Non ergo in hoc casu quilibet debet esse certus se non esse iudicem pape, imo potest probabiliter dubitare papam ex suo delicto esse effectum de iurisdictione sua, et propter  
105 dubitationem probabilem habet potestatem in iure citandi ipsum.

**Discipulus:** Quid si non audet citare ipsum, scilicet papam?

**Magister:** Dicitur quod si principes et potestates ac clerici et laici causam Dei negligenter, et favor pape indebitus  
110 ita multitudinem occuparet quod papa nec ad submittendum se iudicio nec ad respondendum quomodolibet induci vel cogi valeret, non restaret illis qui eum de iure citare deberent nisi dolor et gemitus, essetque eis servandum consilium beati

---

**81** aliquid...servare] Cf. 1 Dial. 7.71 ("novitates")

---

**83** vero] ergo We **84** quod] *omitted* Ly **89** de...90 heresi] *omitted* Ly  
**91** Respondetur] Videtur Ly | quis] aliquis We **92** vellet] velit We  
**96** ut] quod Ly **97** possit] poss<sup>t</sup> An potest Ly **98** posset...100  
deprehensus] *omitted* Bb **101** se...pape] quod est iudex pape Ly  
**104** propter] talem *added* We **105** in] de We **107** ipsum scilicet]  
*omitted* We | scilicet] id est Ly **109** Dicitur] *omitted* Bb Respondetur  
We Respondetur Ly | et potestates] *omitted* Bb **113** valeret] posset Ly  
**114** essetque] et esset Ly | consilium] consilium We

Augustini quod dat catholicis quando peccans habet 115  
 multitudinem sociam, qui, libro secundo contra epistolam  
 Parmeniani, ut recitatur 23 q. 4 c. *Non potest*, ait: “*Non potest*  
*esse salubris a multis correptio, nisi cum ille corripitur, qui*  
*non habet sociam multitudinem. Cum vero idem morbus* 120  
*plurimos occupaverit, nichil aliud bonis restat quam dolor et*  
*gemitus”. Et infra: “Revera si contagio peccandi*  
*multitudinem invaserit, divine discipline severa misericordia*  
*necessaria est. Nam consilia separationis et inania sunt, et*  
*perniciosa atque sacrilega, quia impia et superba sunt, et*  
*plus perturbant infirmos bonos quam corrigant animosos* 125  
*malos”. Et infra: “Turba autem iniquorum, cum facultas est*  
*in populis promendi sermonem, generali obiurgatione*  
*ferienda est et maxime si occasionem atque opportunitatem*  
*prebuerit aliquod flagellum desuper Domini, quo eos*  
*appareat pro suis meritis vapulare”.* 130

Sic, si contra papam appareat idoneus accusator vel ipse  
 fuerit de heresi graviter diffamatus, si multitudo sibi favet ut  
 nec induci vel cogi possit in iudicio comparere, nichil aliud  
 accusatori illique qui esset iudex suus si esset manifeste in  
 heresi deprehensus et aliis bonis catholicis restaret quam 135  
 dolor et gemitus. Tunc enim citatio et accusatio essent inanes  
 et tamen non solum occulte sed etiam publice, cum facultas  
 haberetur absque perturbatione bonorum, essent fautores pape  
 graviter increpandi et modis omnibus inducendi ut laborarent  
 fideliter, quantum liceret pro officio cuiusque, quatenus in 140  
 favorem fidei christiane papa iudicio se submitteret, vel illi  
 qui esset iudex suus si esset manifeste in heresi deprehensus  
 respondere cogere.

Cum autem dicis quod papa non tenetur se submittere  
 iudicio cuiuscunque, respondent quod in casu, pro scandalo 145

---

117 23... potest<sup>1</sup>] C. 23 q. 4 c. 32 col. 1743

---

115 peccans] potestas Ly 116 sociam] sociorum Ly | qui] in We  
 117 Parmeniani] Permeniani Bb An Permeniam Ly | ait] enim added  
 We | ait... potest<sup>2</sup>] omitted Bb 118 ille] We: ipse Bb Fi An Ly  
 120 dolor] color Bb 121 si] cum Ww 122 severa] vera Ly  
 123 necessaria] necessa An | separationis] reparationis We | et<sup>1</sup>]  
 omitted Fi An We | sunt] istis added Ly 124 sunt] omitted Ww  
 127 populis] propriis Bb 128 est] Ly: omitted Bb Fi An We | atque]  
 adque We 129 aliquod... desuper] omitted Ly | Domini] Deo Bb Fi An  
 Ly | quo] qua Ly 131 ipse] pape Bb 132 favet] faveret Ly  
 133 comparere] parere Ly 134 illique] illius Ly 137 facultas] faculta  
 Bb 140 cuiusque] cuiuscunque Fi An cuiuslibet Ly 141 vel] omitted  
 Ly | illi] ille Bb 142 manifeste] manifestus Ly 144 dicis] omitted Bb

evitando et veritate catholica declaranda et exaltanda ac pro communi utilitate procuranda tenetur papa de necessitate salutis se iudicio inferiorum submittere.

### *Capitulum 59*

**Discipulus:** Pande rationem eorum quare, si apparet accusator idoneus, papa tenetur de necessitate salutis se iudicio inferioris vel inferiorum suorum submittere.

5 **Magister:** Non putes quod ipsi intendunt dicere papam in omni casu ad voluntatem cuiuslibet se debere submittere iudicio aliorum. Sed volunt quod absque causa rationabili papa non debet iudicium recusare quando ex submissione sua declararetur veritas et iustitia. Et talis submittio nullum sibi  
10 spirituale preiudicium generaret, et accusantis zelus vel malitia panderetur.

Ad hoc autem dicendum tali ratione moventur. Utilitas propria et communis sunt preferende malitie proprie et aliene  
15 omnique utilitati proprie temporali. Nam multorum utilitas preferenda est utilitati unius, ut habetur 7 q. 1 c. *Scias*, et 8 q. 1 c. *In scripturis*, et 25 q. 1 c. *Que ad perpetuam*. Ergo multo fortius utilitas propria et communis preferende sunt utilitati  
20 proprie, et multo magis preferende sunt malitie proprie et aliene. Sed papa quem accusator idoneus vult de heresi accusare, submittendo se iudicio catholicorum, procurat utilitatem propriam et communem, quia procurat declarationem veritatis et iustitie que est utilitas propria et communis. Et hec utilitas propriam utilitatem non impedit.  
Ergo papa ad hoc tenetur in hoc casu de necessitate salutis.

25 Hoc enim faciendo, si est innocens, ab omni impetitione super crimine falso liberat semetipsum accusantisque malitiam vel innocentiam manifestat, et veritatem exaltat ac bono exemplo sibi subiectos edificat universos, dum ex zelo veritatis et iustitie suorum inferiorum iudicium non recusat.  
30 Si autem papa est reus, multo magis tenetur se submittere

---

**59,15** 7...*Scias*] C. 7 q. 1 c. 35 col.1101 | 8...16 *scripturis*] C. 8 q. 1 c. 9 col. 1125 **16** 25...*perpetuam*] C. 25 q. 1 c. 3 col. 1897

---

**59,2** *Pande*] *Ostende* Ly | *apparet*] *appareat* Ly **4** *inferioris vel*] *omitted* We Ly **5** *intendunt*] *intendant* Fi An Ly **6** *casu*] et *added* We **8** *debet*] *omitted* Bb **9** *declararetur*] *declaretur* Ly | *nullum sibi*] We Vc Ox Ba: *nullius* Bb Fi An *nulli* Ly **11** *malitia*] *malitiam* We **12** *moventur*] *mo<sup>r</sup>* Fi nam *added* We | *Utilitas*] et *added* Bb **14** *proprie*] *pape* Ly **16** 1<sup>1</sup>] *omitted* Bb | 1<sup>2</sup>] 3 Ly **18** *magis*] *fortius* Ly **20** *submittendo*] *submitte* Bb | *iudicio*] *aliorum scilicet* *added* We **23** *utilitatem*] *omitted* Fi An **25** *enim*] *autem* Ly **30** *autem*] *ergo* Ly

aliorum iudicio vel sponte renuntiare papatui. Quia absque periculo anime non potest papatui presidere, eo quod omnis hereticus publicus et occultus est omni ecclesiastica dignitate privatus.

**Discipulus:** Ista assertio videtur probabilitate carere 35  
quia per predictam rationem papa pro omni iniuria quam  
faceret alicui et pro omni excessu teneretur se subdere  
aliorum iudicio. Si enim pro crimine falso teneretur se  
subdere iudicio aliorum, multo fortius pro vera iniuria et vero  
excessu se subdere iudicio teneretur. Sed hoc constat esse 40  
falsum et per verba Augustini evidenter convincitur, qui in  
libro De vita clericorum, ut recitatur dis. 86 c. *Quando*,  
asserit manifeste quod cum prelatus corrigendo subditos suos  
modum excedit, ab eo nequaquam exigitur ut veniam a  
subditis expostulet. Ergo multo magis si papa de crimine 45  
falso impetitur non est necesse quod inferiorum suorum  
iudicio se submittat.

**Magister:** Ad hoc respondetur quod non est simile de  
iniuriis, et nonnullis aliis criminibus, et de heresi, quia iniurie  
et alia crimina multa papam reum non deponunt, potestque 50  
papa aliter satisfacere passis iniuriam et de suis scandalizatis  
excessibus quam se alicuius iudicio submittendo, et ideo,  
quando hoc potest, non tenetur se submittere iudicio alicuius.  
Sed crimen heresis papam de papatu deponit ipso facto, et  
ideo, si non potest aliter satisfacere accusare volenti et 55  
scandalizatis de ipso nisi se submittendo iudicio, ad hoc de  
necessitate salutis astringitur. Et consimiliter dicunt quod si  
papa de aliqua iniuria vel alio excessu non aliter posset  
satisfacere illi vel illis cui vel quibus tenetur quam se  
submittendo iudicio, ad hoc esset de necessitate salutis 60  
astrictus. Si vero papa se nullius subdendo iudicio possit  
satisfacere ipsum de heresi accusare volenti et aliis  
scandalizatis de ipso, poterit alium modum tenere.

Ad Augustinum dicitur quod prelatus qui in corrigendo  
modum excedit aliter potest satisfacere subditis quam ab eis 65

---

37 teneretur] tenetur Ly | subdere] *omitted* Bb 38 crimine] mine Bb  
42 c Quando] ubi Ly 44 eo] We: eis Bb Fi An Ly 45 magis] fortius Fi  
An 46 impetitur] impeditur Ly | suorum] *omitted* Ly 53 hoc] *omitted*  
Ly | potest] *omitted* Fi | submittere] subdere We 56 submittendo]  
submittat Ly 58 alio] aliquo Ly 59 tenetur] teneretur We 60 ad hoc]  
adhuc Ly 61 possit] *omitted* Bb 63 de ipso] *omitted* Fi An 64 dicitur]  
dicunt We Ly | corrigendo] corripiendo Ly

veniam postulando, et ideo non exigitur de ipso ut veniam postulet ab eis.

**Discipulus:** Quomodo secundum istos posset papa satisfacere accusare volenti nisi subderet se alicuius iudicio?

70 **Magister:** Respondetur quod sepe potest negativa probari. Et ideo si esset talis casus quod contrarium illius quod accusare volens intendit posset papa probare, sufficeret pape talem negativam probare. Nec tunc teneretur se subdere alicuius iudicio.

75

### *Capitulum 60*

**Discipulus:** Puto quod intelligam istorum in hac parte sententiam. Sed queso, indica michi quid isti dicant agendum si papa se sponte iudicio arbitratorum submiserit, et accusator in probatione defecerit, an scilicet papa teneatur se purgare.

5

**Magister:** Dicunt quod si papa apud bonos et graves est enormiter de heresi diffamatus, ita quod grave scandalum apud catholicos est exortum, ipse de necessitate salutis se purgare tenetur si aliter suam famam recuperare non potest. Si autem taliter non est diffamatus, ad purgationem minime obligatur.

10

**Discipulus:** Pro primo membro si habent aliqua motiva profer in medium.

**Magister:** Dicta assertio pluribus rationibus videtur posse probari. Quarum prima talis est. Qui famam suam integram et illesam servare tenetur, si potest, etiam ipsam famam, si absque culpa sua vel etiam ex negligentia lesa est vel perdita, de necessitate salutis recuperare et restaurare, si potest, astringitur. Sed papa de necessitate salutis, si absque crimine potest, tenetur famam suam illesam et integram custodire. Igitur si fama pape ex aliquo casu lesa est vel perdita et ipse est immunis, de necessitate salutis, si potest, famam suam recuperare vel restaurare et reintegrare tenetur. Et per consequens si non potest aliter quam se purgando hoc

15

20

---

66 de] ab We 67 postulet] expostulet Fi deposcat We 71 probari] omitted An | talis] omitted Bb 73 negativam] negatiam Bb | Nec] Quia We | teneretur] tenetur Ly 60,3 dicant] iudicant Ly 9 suam] omitted Fi An 12 habent] habes Ly 16 etiam ipsam] ipse We 17 famam] omitted Ly | ex] e Bb 18 recuperare] reparare Ly tenetur added Fi An 21 pape] de necessitate salutis, si absque crimine potest, tenetur famam suam illesam et integram custodire. Igitur si fama pape added dittography Bb 24 hoc...25 facere] famam suam recuperare vel reintegrare We Vc Ox



facere, se purgare legitime de necessitate tenetur. Maior videtur evidens. 25

Minor probatur auctoritate Augustini qui, ut legitur 12 q. 1 c. *Nolo*, ait: “*Nolo ut aliquis de vobis inveniatur male vivendi occasionem. Providemus enim bona, ut ait Apostolus, non solum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Propter nos conscientia nostra sufficit nobis, propter vos fama nostra non pollui, sed pollere debet in vobis. Tenete quod dixi atque distinguite. Due res sunt conscientia et fama. Conscientia necessaria est tibi, fama proximo tuo. Qui fidens conscientie sue negligit famam suam crudelis est*”. 30 35

Item, Gregorius, ut habetur 11 q. 3 c. *Non sunt audiendi*, ait: “*Non sunt audiendi, sive viri sancti sive femine, quando reprehensa in aliquo negligentia sua, per quam fit ut in malam veniant suspicionem, unde suam vitam longe abesse sciunt, dicunt sibi coram Deo sufficere conscientiam, existimationem hominum non solum impudenter, verum etiam crudeliter contempnent, cum occidant animas aliorum*”. Et infra: “*Proinde quisquis a criminibus flagitiorum atque facinorum vitam suam custodit, sibi benefacit, quisquis autem etiam famam, et in alios misericors est. Nobis enim necessaria vita nostra est, aliis fama nostra*”. 40 45

Ex hiis aliisque quam pluribus colligitur evidenter quod quilibet christianus quantum in ipso est famam suam servare

---

**60,27** 12...28 *Nolo*<sup>1</sup>] C. 12 q. 1 c. 10 col. 1282 **29** ut...Apostolus] 2 Corinthians 8:21 **36** 11...audiendi] C. 11 q. 3 c. 56 col. 1245

---

**25** de] In **An** the contribution of the scriptor primus (who had copied the text of 1 Dial. from the very beginning of the manuscript (fo. 1va line 1) ended at mid-sentence with this word (“de”)(fo. 70va--line 23). Scriptor secundus completed the rest of fo. 70va(lines 23 to 48), beginning with the word “necessitate”. | necessitate] salutis added Vc Ox Vd Ba Fr tenetur] garbled An **28** vobis] nobis Ly **29** Providemus] Providimus Fi | enim] etiam Bb Fi An **30** omnibus] omitted We **31** sufficit] necessaria est Ww | nobis] omitted Bb Ly **32** fama nostra] famam nostram We | pollui] pollui] Fi | vobis] nobis Ww | Tenete...33 distinguite] omitted Ww **33** fama] bona added Ly **34** fidens] confidens Ww **36** c...37 ait] omitted Ly **37** sancti] We: omitted Bb Fi An Ly femine] qui added Ww | quando] non Fi An **38** reprehensa...sua] reprehenduntur in aliqua negligentia Ww | per] Ly: propter Bb Fi An We **39** veniant] veniat Fi **40** sciunt] Ly: sciunt Bb Fi An We | conscientiam] puram added Ww **42** occidant] Ly: occidunt Bb We occidunt Fi An **43** Proinde] Provide Ly | atque] adque We **45** autem] omitted Fi Ly et in] We: omitted Bb Fi An Ly | alios] aliis Ww **46** nostra<sup>2</sup>] We: omitted Bb Fi An Ly **47** quam] omitted We | pluribus] plurimis Ly

50 debet illesam. Ergo potissime ad hoc summus pontifex obligatur, quia ad illa que sunt de iure nature et ad utilitatem proficiunt aliorum non minus quam alii est astrictus. Et ex hoc evidenter infertur quod famam suam si lesa est vel perditam, si non potest aliter, per purgationem restaurare debet.

55 Secunda ratio est hec. Non minus debet papa satisfacere bonis et modestis apud quos de heresi graviter infamatur quam detractoribus malivolis et malignis, teste beato Gregorio qui, ut habetur 11 q. 3 c. *Inter verba*, ait: “*Quid enim, si homines non laudant et conscientia nos accuset? Aut que debet esse tristitia si omnes accusent et sola conscientia*  
60 *liberos nos esse demonstret ?*”. Et infra: “*Quid aliud detrahentes faciunt, nisi in pulverem sufflant, et in oculos suos in terram excitant ? Ut unde plus detractionis perflant, inde magis nichil veritatis videant. Vocandi tamen etiam sunt ipsi et tranquille admonendi, eisque satisfieri omnibus modis*  
65 *debet, scientes quid de iudeis Veritas dicit: ‘ne forte scandalizemus eos’*”. Ex quibus verbis patenter habetur quod innocens, a detractoribus malivolis et malignis mendaciter diffamatus, ipsis modis omnibus satisfacere debet. Ergo multo magis sive fortius si papa apud bonos et honestos est  
70 de heresi graviter, licet mendaciter, diffamatus, eis modis omnibus, et per consequens, si non potest aliter, se purgando, satisfacere debet.

75 Tertia ratio est hec. Papa non minus quam alii peccatum mortale vitare tenetur. Sed qui diffamatus de crimine recusat se purgare, cum non potest suam innocentiam aliter declarare,

---

57 11...verba] C. 11 q. 3 c. 55 col. 1243 65 Veritas dicit] Matthew 17:26

---

49 ad hoc] adhuc Fi An 50 nature] nullo modo Fi 54 minus] *The contribution of “scriptor secundus” in An ends with this word* (fo. 70va line 48), *also in mid-sentence.* | debet papa] *In An scriptor tertius took over with these words* (fo. 70vb line1) *and continued until the last script line of fo. 84vb . Cf. infra* (1 Dial. 6.79.705) 56 detractoribus] detractoribus We | beato] *omitted* Ly 57 qui] *omitted* We Ly | ait] *omitted* Ly 58 enim] ē Fi An | homines] nos *added* Ly | nos...59 conscientia] nostra Ww 60 demonstret] We: demonstraret Bb Fi Ly demret An | Quid] enim *added* Ww 61 et] ut Ly 62 in] *omitted* We Ly | excitant] excitent Ly | detractionis] detractionis Ly 63 inde] in Fi An 64 eisque] eisdem Fi An 65 quid] quod Ww 67 detractoribus] detractionibus An 68 omnibus] et per consequens *added* Fi An 69 magis sive] *omitted* We | sive] sine An 70 licet] vel Ly | eis...71 omnibus] *omitted* Ly 71 non] *omitted* We | aliter] excusare *added* Ly se] *omitted* Ly 73 hec] *omitted* Bb 74 qui] quod We cum Ly | recusat] recuset We

incurrit peccatum mortale, cum hoc sit scandalizare pusillos et infirmos, et etiam magnis et perfectis occasionem scandali dare. Tale autem scandalum est peccatum mortale, quod ex gravitate pene que sibi debetur constat aperte, cum Salvator dicat Matth. 18: “*Qui autem scandalizaverit unum de pusillis qui in me credunt expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo eius et demergatur in profundum maris*”. Ergo papa tale scandalum de necessitate salutis vitare tenetur, et ita debet se purgare, si non potest aliter suam innocentiam declarare et infamiam exortam sedare. 80 85

**Discipulus:** Dicerent forte aliqui quod si papa diffamatus nolit se purgare et alii scandalizantur de hoc, scandalum tale non est datum sed acceptum, et ideo propter tale scandalum non tenetur papa se purgare.

**Magister:** Hanc responsionem alii impugnare nituntur, probantes quod tale scandalum est datum, non acceptum, quia ille qui ex forma facti reddit se suspectum de crimine scandalizat infirmos active quantum in se est. Qui autem renuit se purgare quando est graviter diffamatus de crimine reddit se suspectum. Imo videtur quod facto fatetur se convictum. Quia non minus reddit se convictum de crimine qui, diffamatus, renuit se purgare, quam qui vocatus in ius iudicium nititur subterfugere, cum gravius et periculosius sit subire iudicium quam purgationem prestare. Sed qui iudicium subterfugit ostendit se convictum (Extra, *De presumptionibus* c. *Nullus* et 11 q. 1 c. *Christianis* et 3 q. 9 c. *Decernimus* et dis. 74 c. *Honoratus*). Ergo multo fortius qui, diffamatus, se purgare recusat, ostendit se convictum et per consequens scandalum exhibet manifestum. 90 95 100

Quarta ratio est hec. Illa oportet papam facere que sunt facilia ad agendum et sibi nec temporaliter nec spiritualiter obsunt, sed spiritualiter prosunt, et quorum obmissio est periculosa subditis et nociva. Sed quod papa diffamatus de 105

---

80 Matth 18] Matthew 18:6 100 Extra...101 Nullus] X. 2. 23. 4 col. 786 101 11...Christianis] C. 11 q. 1 c. 12 col. 1193 | 3...Decernimus] C. 3 q. 9 c. 10 col. 999 102 dis...Honoratus] D. 74 c. 8 col. 475

---

76 incurrit] Sm Sa Ba: est Ww Na Ce Vd Fr | pusillos] pupillos Bb Fi An 79 que sibi] omitted Fi An quam sibi We 80 18] 6 Ly | de] ex hiis We | pusillis] pupillis istis Bb Fi An 82 et...maris] etc. We 87 de] ex Ly 93 quantum] omitted Bb 95 quod] de added Ly 100 convictum] convictus Bb 101 Christianis] Christianus Ly | et 3] 23 Fi An Decernimus] Decrevimus Ly 102 diffamatus] est added Fi An est et added Ly 104 exhibet] generat Ly 105 papam] papa An 107 sed... prosunt] omitted Bb

110 heretica pravitare se purget, saltem per proprium iuramentum,  
est facile, et, si est innocens, sibi nec temporaliter nec  
spiritualiter obest, imo spiritualiter prodest. Talis autem  
purgationis omissio est subditis periculosa pariter et nociva.  
Ergo talem purgationem papa exhibere tenetur.

115 Maior videtur manifesta, quia qui talia subditis negligit  
exhibere ostendit aperte se utilitatem subditorum non amare,  
cum sine dampno proprio temporali et spirituali et labore  
gravi utilitatem eorum despiciat procurare.

120 Minor quo ad omnes suas partes veritatem continere  
videtur. Nam purgatio, presertim per proprium iuramentum,  
nulli debet videri difficilis. Talis etiam purgatio exhibenti nec  
temporaliter nec spiritualiter obest sed spiritualiter prodest,  
cum sit actus meritorius subiectos edificans et ab infamia  
liberans exhibentem. Quod autem talis purgationis omissio sit  
periculosa subditis et nociva patet de se, quia offendiculum  
125 prebet infirmis et conscientias percutit subditorum.

Quinta ratio est hec. Qui ex debito caritatis tenetur  
proximo exhibere illud quod minus est utile sibi, tenetur  
etiam illud quod magis est utile exhibere proximo, si est eque  
facile et nec sibi nec alicui alii preiudiciale in aliquo magis  
130 quam illud quod minus est utile. Si enim ex debito caritatis  
tenetur aliquis proximum suum vestire, ex eiusdem debito  
caritatis tenetur eundem pascere et potum dare, si eque  
faciliter potest et non maius dampnum aut periculum sibi vel  
alii imminet ex uno quam ex alio. Sed magis utile est  
135 fidelibus quod papa de heresi diffamatus suam innocentiam,  
se purgando, declaret, quam sit vestiri, pasci et potari ab ipso.  
Sed papa tenetur ad opera misericordie corporalis, si potest.  
Ergo magis tenetur ad purgationem que non immerito  
spiritualis misericordia est censenda, si eque faciliter, absque  
140 dampno et periculo aliorum et proprio, eam valeat exhibere.

---

111 obest...spiritualiter<sup>2</sup>] *omitted* Bb 116 proprio] *omitted* Bb  
spirituali] pariter *added* We 117 eorum] We Vc Ox Ba: propriam Bb Fi  
An Ly 118 Minor] Maior Ly vero *added* We | quo] quantum Ly  
120 etiam] autem Ly 121 obest] nocet Ly 122 edificans] edificans  
We 123 Quod] Qui Bb | omissio] amissio Bb Fi An 124 et nociva]  
*omitted* Ly | quia] quoniam Ly 125 conscientias] conscientiam We  
127 exhibere...128 proximo] *omitted* Bb 128 illud] *omitted* Fi An  
129 et] *omitted* Ly | alii] *omitted* Ly | preiudiciale] preiudicalem Bb  
130 Si] Ubi Ly 131 vestire] et *added* Ly 136 declaret] declararet Ly  
potari] portari An 137 corporalis] temporaliter We corporalia et  
spiritualia Ly | potest] Ly: habet Bb Fi An We 138 Ergo] multo *added*  
We 140 aliorum] eorum An | valeat] valea Bb

Sexta ratio est hec. Qui tenetur scandala evitare et minime suscitare, tenetur scandala suscitata tollere et sedare, si potest. Sed papa tenetur scandala evitare et minime suscitare, quia non erit aliter imitator Christi dicentis “*ut autem non scandalizemus eos*” etc. (Matth. 17), neque Apostoli Pauli dicentis 1 ad Cor. 8 “*si esca mea scandalizat fratrem meum non manducabo carnem in eternum, ne fratrem meum scandalizem*”, neque illud Apostoli ad Rom. 14 adimplebit: “*Iudicate magis ne ponatis offendiculum fratri vel scandalum*”. Ergo papa tenetur scandala suscitata a subditis remove, si potest, et maxime que de persona sua sunt exorta. Sed si est de heresi diffamatus, grave scandalum de ipso est exortum. Ergo hoc scandalum remove debet, si potest, et ita si non potest aliter remove nisi seipsum purgaverit, se purgare tenetur.

Septima ratio est hec. Ille qui propter scandala evitanda debet spiritualia bona ommittere, multo magis propter idem debet spiritualia bona perficere. Papa autem propter scandala evitanda debet nonnulla spiritualia bona ommittere saltem ad tempus, sicut predicationem verbi Dei, punitionem malorum, et nonnulla alia. Ergo multo magis propter scandala evitanda debet spiritualia bona perficere. Sed quod diffamatus se purget est bonum spirituale. Ergo propter scandala evitanda pariter et sedanda debet papa, si est diffamatus, se purgare.

**Discipulus:** Ista ratio dupliciter peccare videtur. Primo, quia si concluderet, sequeretur quod propter scandalum evitandum aliquis teneretur religionem intrare et proprietatem omnium temporalium in perpetuum abdicare, quod non videtur verum. Secundo deficit quia quod papa purget se non videtur bonum spirituale, quia talis purgatio posset esse sibi nociva. Nullum autem bonum spirituale est alicui nocivum.

**Magister:** Primam tuam instantiam isti nituntur excludere, dicentes quod ratio illa concludit de bonis

145 Matth 17] Matthew 17:26      146 1...8] 1 Corinthians 8:13

148 Rom...149 14] Romans 14:13

142 suscitare] sustinere Ly | tenetur...144 suscitare] omitted Fi An suscitata] suxitata We (substitution of “x” for “sc” frequent by this scriptor) 144 suscitare] sustinere Ly | dicentis] dicentes Bb | ut...145 non] Ly: ne forte Bb Fi An We 146 ad] omitted Bb Fi An | 8] Ly: 9 Bb Fi An We 147 carnem] Ly: carnes Bb Fi An We 148 meum] We: omitted Bb Fi An Ly | neque] nam Bb | Apostoli] Apostolicum We Vc Ba 149 adimplebit] hoc iudicate Ly 154 ita] omitted Ly 157 omitttere] dimittere Ly | idem] scandala evitanda We 167 teneretur] tenetur Ly 168 in] omitted Bb

175 spiritualibus que non sunt supererogationis. Huiusmodi autem  
est purgatio canonica quando aliquis est de crimine  
diffamatus. Et ideo quando papa est de heresi diffamatus,  
debet se purgare propter scandalum evitandum. Non tamen  
tenetur proprietatem omnium abdicare, quia hoc est  
180 supererogationis, et ideo ad hoc non tenetur. Secundam  
instantiam excludunt, dicentes quod purgatio non potest esse  
nociva pape nisi propter malam voluntatem pape,  
quemadmodum omnia bona spiritualia preter caritatem  
possunt esse occasio nocimenti. Est tamen inter bona  
spiritualia computanda.

185 Octava ratio est hec. Prelatus qui tenetur subditos suos a  
minori dampno vel periculo liberare, debet eos a maiori  
dampno vel periculo, si potest, eripere. Sed papa tenetur  
subditos suos a dampno ac periculo corporali et temporali, si  
potuerit, liberare, sicut et quilibet christianus, iuxta illud Exo.  
190 23: “*Si videris asinum odientis te iacere sub onere non  
pertransibis sed sublevabis cum eo*”. Et iuxta illud Prov. 24:  
“*Erue eos qui ducuntur ad mortem et qui trahuntur ad  
interitum liberare non cesses*”. Et iuxta illud Psalm. 81:  
“*Eripite pauperem et egenum de manu peccatorum liberate*”.  
195 Ergo multo magis debet papa subditos suos scandalizatos de  
ipso a dampno et periculo spirituali, si potuerit, liberare. Hoc  
autem potest se purgando. Ergo tenetur seipsum purgare.

200 Dicunt igitur isti, propter istas rationes et alias quarum  
multiplicitate te nolo gravare, quod papa de heresi graviter  
diffamatus, propter famam propriam restaurandam, et propter  
scandalum evitandum pariter et sedandum, et propter  
exaltationem et declarationem fidei christiane, ac etiam  
propter subditos ab omni spirituali periculo preservandos,

---

**189** Exo...190 23] Exodus 23:5    **191** Prov 24] Proverbs 24:11  
**193** Psalm 81] Psalms 81:4

---

**174** supererogationis] supererogationes Fi An    **175** aliquis] quis We  
**178** omnium] bonorum temporalium *added* We    **180** potest] debet Ly  
**181** voluntatem] volumptatem We    **182** quemadmodum] et *added* Bb Ly  
**183** nocimenti] et ideo talis purgatio licet possit esse occasio nocimenti  
*added* Wem Vc Ox | Est] Sunt Ly    **186** vel] et Bb | liberare...187  
periculo] tenetur a maiori Bbm Fim *omitted* Bb Fi An    **187** si potest]  
*omitted* Ly    **188** ac periculo] *omitted* Bb    **190** odientis] odiei' (*sic*) An  
onere] honore Fi We    **191** sublevabis] subsenabis An levabis Ly    **193** 81]  
*omitted* Ww    **194** Eripite] Eripe Fi | manu] ma. Bb | peccatorum]  
peccatoris Bb We    **197** seipsum] se We    **198** rationes] ones Bb  
**199** multiplicitate] multipli<sup>re</sup> Fi multipliciter We    **202** declarationem]  
dilatationem Ly

debet se purgare. Quomodo enim, ut dicunt, papa, pro fide  
 catholica dilatanda et pro ovibus suis animam suam morti  
 exponeret, si non curat pro eis a crimine se purgare? Aut  
 quomodo cum Apostolo carnem non manducaret in eternum  
 ne fratrem suum scandalizaret, sive subditos suos  
 scandalizaret, si non curat famam propriam declarare? Aut  
 quomodo curam debitam subditorum suorum censendus est  
 habere si, negligendo se purgare, animas occidit eorum?

### **Capitulum 61**

**Discipulus:** Ista sententia decretis sanctorum patrum  
 summorum pontificum obviare videtur. Nam Sixtus papa et  
 Leo papa, licet se purgaverint, ad hoc tamen minime  
 tenebantur.

Unde Sixtus papa, scribens omnibus episcopis, ut  
 recitatur 2 q. 5 c. *Mandastis*, ait: “*Mandastis, ut scriberem  
 vobis, qualiter instans iurgium contra me suscitatum sit, vel a  
 quo, ut vestro adminiculo pelleretur, et causa mea firmaretur.  
 Scitote me criminari a quodam Basso, et iniuste persequi.  
 Quod audiens Valentinianus Augustus nostra auctoritate  
 synodum congregari iussit. Et facto concilio, cum magna  
 examinatione satisfaciens omnibus, licet evadere aliter satis  
 potuissem, suspicionem tamen fugiens, coram omnibus me  
 purgavi, me scilicet a suspicione et emulatione liberans, sed  
 non aliis, qui noluerint aut sponte hoc non elegerint, faciendi  
 formam exemplumque dans*”.

Item, Leo papa, ut habetur eisdem causa et questione c.  
*Auditum*, ait: “*Auditum est, fratres carissimi, qualiter mali  
 homines in me gravia crimina confinxerunt. Quamobrem ego  
 Leo pontifex sancte romane ecclesie purifico me in conspectu  
 vestro coram Deo et angelis eius, quia istas criminosas et*

---

61,7 2...Mandastis<sup>1</sup>] C. 2 q. 5 c. 10 col. 849 18 c...19 Auditum<sup>1</sup>] C.2 q.  
 5 c. 18 col. 853

---

205 dilatanda] dilantanda We 208 sive] si, ne We | sive...209  
 scandalizaret] omitted Ly 209 si] omitted We | Aut] aud We  
 210 suorum] omitted We 61,1 ] no numbering Fi gap An 2 patrum...3  
 summorum] omitted We 3 Sixtus] Syxtus An Sistus We 6 Unde] Dum  
 We | Sixtus] Sistus We 7 5] 4 Ly | Mandastis<sup>2</sup>] Mandasti Bb  
 8 suscitatum] instigatum Ly 10 Scitote] Scire Bb Sitote We | iniuste]  
 me added Ww 14 tamen] si Fi An | coram] eorum Fi An  
 17 exemplumque] omitted Ww 18 eisdem...questione] ei de causa q. Fi  
 An | et] omitted Bb | questione] 2 (=et?) added Bb Fi An 19 ait  
 Auditum] omitted We 20 confinxerunt] confixerunt Bb Ly infixerunt Fi  
 21 Leo] omitted Bb | sancte] omitted Bb 22 quia] quod Bb An We

25 *sceleratas res, quas illi michi obiciunt, nec perpetravi nec perpetrari iussi. Hoc autem faciens non legem prescribo ceteris, qua id facere cogantur*".

Ex quibus auctoritatibus videtur manifeste probari quod summus pontifex diffamatus ad purgationem nequaquam astringitur, licet sponte, si voluerit, valeat se purgare. Qualiter tamen ad ista predicti assertores respondeant manifesta.

30 **Magister:** Predictas instantias multis modis refellere moliuntur, primo dicentes quod predicti summi pontifices Sixtus et Leo sponte, non de necessitate, se purgare volebant. Et ideo in tali casu in quo erant Sixtus et Leo formam faciendi consimilem aliis minime prefixerunt.

35 Ad cuius evidentiam dicunt esse sciendum quod, sicut notat glosa 11 q. 3 c. *In cunctis*: "*infamia orta ab inimicis non inducit purgationem, Extra, De purgatione canonica c. Cum in iuventute, et 2 q. 5 c. Omnibus, nec etiam a levibus personis, nec ab illis qui de facili credunt*". Quod etiam  
40 Innocentius 3<sup>us</sup>, ut habetur *Extra, De accusationibus c. Qualiter et quando*, testari videtur, dicens: "*Cum prelatus excedit, si per clamorem et famam ad aures superioris pervenerit, non quidem a malivolis et maledicis, sed a providis et honestis, nec semel tantum, sed sepe, quod clamor innuit et diffamatio manifestat, debet coram ecclesie senioribus veritatem diligentius perscrutari*". Ex quibus  
45 verbis datur intelligi quod propter infamiam ortam ab inimicis, maledicis, et levibus personis, non est necesse purgationem prestare.

50 Ex quo isti respondent ad prescriptas instantias dicentes quod si prefati pontifices Sixtus et Leo diffamati fuerint, illa infamia orta fuit ab inimicis et maledicis et detractoribus.

---

36 glosa] C. 11 q. 3 c. 52 s.v. maledicorum col. 1243 37 Extra...38 iuventute] X. 5. 34. 12 col. 1843 38 2...Omnibus] C. 2 q. 5 c. 19 col. 855 40 Extra...41 quando] X. 5. 1. 24 col. 1597

---

23 nec perpetravi] omitted Fi An 24 perpetrari] feci vel added Ww Hoc] Hec We 25 qua] quia Ly | id] illud Bb Fi An | cogantur] cogatur Fi An 26 probari] probare Ly 28 licet] sed Fi An 29 respondeant] respondent Fi 30 refellere] repellere We 32 Sixtus] Syxtus Bb Fi An Systus We | volebant] nolebant An 37 Cum...38 iuventute] in immunitate Ly 38 2] omitted Bb | a levibus] ab omnibus Ly 40 Extra] omitted Bb 41 dicens] quod added Ly 42 clamorem... famam] amorem etiam Fi clamorem etiam An 46 senioribus] superioribus Ly 48 maledicis] maledictis Fi | et] a added We 50 prescriptas] predictas Ly 51 prefati] predicti Ly 52 et<sup>2</sup>] omitted Ly detractoribus] detractionibus An



Quod evidenter Sixtus de se insinuat dicens “*scitote me criminari a quodam Basso et iniuste persequi*”. Hoc etiam Leo de se aperte demonstrat dicens “*mali homines in me gravia crimina confinxerunt*”. Ex quibus verbis apparet quod, si isti pontifices diffamati fuerint, illa infamia a malis processit. Quare propter talem infamiam non fuit necesse ut se purgarent.

Secundo dicunt quod sepe dicti pontifices non erant diffamati sed solummodo accusati, et ideo non fuit necesse quod purgationem prestarent, quia accusatore deficiente non cogitur reus se purgare nisi fuerit diffamatus.

Tertio dicunt quod predicti summi pontifices se purgando legem simile faciendi aliis summis pontificibus minime prebuerunt, quia nec potuerunt eis legem imponere, cum non habeat imperium par in parem. Prebuerunt eis tamen simile exemplum faciendi, et summi pontifices in tali casu ad hoc ex lege divina et iure nature ac debito caritatis necessario sunt adstricti.

**Discipulus:** Nulla istarum responsionum videtur sufficere. Prima non, quia videtur quod undecunque infamia sit exorta debet diffamatus purgationem exhibere, unde et rationes quas induxisti de laborante infamia undecunque suborta eque videntur concludere. Quod etiam glosa Extra, *De accusationibus c. Qualiter et quando* insinuare videtur, dicens: “*Satis potest dici quod indicenda est purgatio undecunque procedat infamia saltem propter scandalum argumentum infra De purgatione cap. Accedens*”.

Secunda autem responsio videtur deficere, quia secundum beatum Gregorium, sicut superius allegasti, detractoribus modis omnibus satisfieri debet. Ergo pape

---

75 glosa] *Ibid.*, s.v. a malevolis col. 1598 79 De...Accedens] X. 5. 34. 14 col. 1845 81 superius] 1 Dial. 6.60.54-71\* (*second argument*)

---

53 insinuat...55 se] *omitted* Bb | scitote] sitote We 54 et iniuste] iniuste et Fi An Ly | iniuste] me *added* We 55 homines] qui *added* Ly 56 gravia] graviter Bb | confinxerunt] confixerunt Bb Ly | verbis] *omitted* Bb 58 fuit] fuerit Fi fru<sup>t</sup> An 59 purgarent] purgaverint Ly 60 erant] erat An 61 solummodo] tantummodo We 62 accusatore] accusare An | deficiente] difficienti Fi An 65 simile] similem Ly 67 non] *garbled* Bb | habeat] habet Ly | tamen] *omitted* Fi 70 adstricti] astricti Fi We 72 sufficere] satisfacere Ly | undecunque] illius *added* Ly 74 induxisti] adduxisti Ly 75 suborta] exorta Ly videntur] videtur We | Quod] Quia Bb 79 infra] We: primum Bb Fi An Ly 80 autem] etiam We | responsio] rn<sup>10</sup> Fi An 81 beatum] *omitted* Ly | allegasti] de *added* Ly 82 omnibus] *omitted* Fi An

85 prefati suis detractoribus et criminatoribus satisfacere debuerunt, et per consequens saltem propter eos debuerunt se purgare.

Tertia etiam non procedit, quia Sixtus non solum asserit se aliis simile faciendi formam minime dare, sed etiam dicit quod aliter evadere potuisset.

90 **Magister:** Ista et plura alia allegant contra seipsos, que etiam conantur dissolvere.

Ad evidentiam prime obiectionis dicunt esse notandum quod infamia aliquando usque ad bonos et honestos procedit. Interdum vero providi et discreti ex infamia suscitata nichil mali suspicantur contra taliter diffamatum. In primo casu, 95 sive infamia orta sit ab incerto auctore, sive a certo auctore provido et honesto, sive a certo auctore malivolo, inimico, maledicto, vili persona, vel a personis suspiciosis et qui facile credunt, sive undecunque, purgatio est prestanda, et de taliter diffamato apud providos et honestos undecunque fama mala 100 procedat loquitur glosa inducta, et de tali rationes inducte superius concludere videntur. In secundo casu, quando quis solummodo apud inimicos, detractores, malivolos et suspiciosos, et qui facile credunt, aliquis diffamatus existit, purgationem prestare non oportet, et in hoc casu loquitur 105 Innocentius 3<sup>us</sup> et glosa 11 q. 3 c. *In cunctis*.

Ad secundam obiectionem respondetur quod detractoribus inimicis et malivolis satisfieri debet absque onere satisfacientis et periculo, quando de eorum correctione spes habetur. Si vero de eorum correctione spes nequaquam 110 habetur, non oportet satisfacere ipsis. Et ideo predicti summi pontifices suis detractoribus debuerunt satisfacere absque onere purgationis, eis veritatem indicando et monendo ne ipsos mendaciter diffamarent, si habebatur spes de correctione ipsorum.

---

83 detractoribus] detractionibus (?) An | criminatoribus] criminat<sup>o</sup>bus An  
 84 debuerunt<sup>1</sup>] debñu't (sic) An | debuerunt<sup>2</sup>] debu'nt Fi An 86 etiam]  
 responsio Ly | Sixtus] Sistus We 87 simile] similem We Ly  
 90 dissolvere] Et added We 91 prime] primo Fi 95 orta] exorta Ly  
 sive<sup>2</sup>...auctore<sup>2</sup>] omitted Bb 96 inimico] invidio Ly 97 maledicto]  
 maledico Bb We Ly | a] omitted Bb | qui] que Ly 98 sive] sicut Ly  
 101 videntur] omitted An | secundo] autem added Ly | quis] omitted  
 Ly 103 suspiciosos] suspectos Ly 104 non] debet nec added We  
 105 et...3] omitted Bb 107 malivolis] malvolis Bb 110 oportet] debet  
 Ly 113 ipsos] ipsi Ly | habebatur] habeatur Ly 114 ipsorum] eorum  
 We

Ad tertiam respondetur quod Sixtus aliter potuisset evadere quam se purgando, quia apud providos et honestos non extitit diffamatus et criminator ipsius incorrigibilis putabatur. 115

### *Capitulum 62*

**Discipulus:** Quid est agendum secundum istos si papa de heresi graviter diffamatus nullo modo voluerit se purgare?

**Magister:** Dicunt quod pro convicto debet haberi, et ideo est papatu privandus. 5

**Discipulus:** Quomodo probant quod pro convicto debet haberi?

**Magister:** Hoc probant sic. Magis debet haberi pro convicto papa diffamatus qui se purgare recusat quam ille qui, cupiens se purgare, conpurgatores habere non potest. Iste enim pretendit quod paratus est corrigi, nec in hoc peccat quod desiderat se purgare, presertim si est innocens, licet ex aliquo casu conpurgatores habere non possit. Ille vero incorrigibilem se ostendit, et novum scandalum ac peccatum committit cum se purgare recusat. Sed qui cupit se purgare et conpurgatores habere non potest, pro convicto haberi debet (Extra, *De purgatione canonica c. Cum P. et c. Inter*, et Extra, *De simonia c. Insinuatum et c. De hoc*). Ergo multo fortius si papa de heresi graviter diffamatur et se nullatenus vult purgare, pro convicto debet haberi. Per hoc enim est contra ipsum presumptio violenta propter quam poterit merito condemnari. 10 15 20

**Discipulus:** Quis secundum istos debet papam se purgare nolentem dampnare?

**Magister:** De hoc sunt diverse opiniones. Una est quod papa, eo ipso quod diffamatus esset de heresi et, requisitus, nollet se purgare, esset ipso facto papatu privatus tanquam 25

---

62,17 Extra<sup>1</sup>...P] X. 5. 34. 7 col. 1838 | c Inter] X. 5. 34. 10 col. 1841  
Extra<sup>2</sup>...18 Insinuatum] X. 5. 3. 13 col. 1612 18 c<sup>2</sup>...hoc] X. 5. 3. 11 col. 1610

---

62,1 ] *Capitulum 61 continues in Ly* 4 pro] omitted Bb 8 Hoc] omitted Fi An 9 convicto] convictu Bb An 10 cupiens] cupit Ly conpurgatores] cum purgatores Ly 11 pretendit] predit An 12 licet ex] sed Fi An 13 conpurgatores] purgatores Ly | possit] poss<sup>t</sup> An 14 peccatum] fautum Fi An 15 et...16 conpurgatores] cum purgatores Ly 16 potest] possit Ly | haberi] non added Ly 17 P] .p. Fi An Per Bb We Ly | Inter et] Intererit etiam Ly 19 diffamatur] diffamatus Bb diffamatus est Ly | vult] se<sup>2</sup> added Bb Fi An 20 est] omitted Fi 23 Discipulus] omitted Bb 27 facto] de added We

hereticus. Alia est quod non esset ipso facto depositus sed  
esset per iudicem deponendum.

30 **Discipulus:** Per quem?

**Magister:** Una est opinio quod per concilium generale,  
alia quod per diocesanum, vel per illum qui est iudex pape si  
esset per evidentiam rei in heresi deprehensus. Unde quidam  
dicunt quod deponendus esset a Romanis.

35

### *Capitulum 63*

**Discipulus:** Dic quomodo ad obiectiones in contrarium  
primo capitulo huius sexti et decimo adductas prefati  
respondent assertores.

5 **Magister:** Ad omnes auctoritates que contra prefatam  
assertionem sonare videntur unicam dant responsionem  
generalem, dicentes quod intelligi debent quando papa non  
est diffamatus de heresi nec in aliquo crimine de quo  
scandalizetur ecclesia incorrigibilis notorie reperitur.

10 **Discipulus:** Ista generali responsione nonobstante, dic  
quomodo ad singulas auctoritates responsiones dant speciales  
et quomodo eas pertractare conantur.

**Magister:** Dicunt quod prima auctoritas, sumpta ex  
primo capitulo (9 q. 3 c. *Nemo*), solvit seipsam cum dicit  
15 expresse: “*Nemo iudicabit primam sedem iustitiam temperare  
desiderantem*”. Ex quibus verbis colligitur quod illud  
capitulum loquitur de papa (manente papa) quando desiderat  
iustitiam temperare. Tunc autem non est papa incorrigibilis  
neque hereticus. Licet enim papa etiam notorie deliquerit, si  
20 tamen desiderat iustitiam temperare non est incorrigibilis  
reputandus.

---

**63,13** prima auctoritas] 1 Dial. 6.1. 36-44\*

---

**28** Alia] opinio added We | non] omitted We | ipso] de added Fi An  
**32** alia] est added Ly | est] esset We **33** quidam] qui Bb **63,1**] 62  
Ly **2** Dic] Dich Bb | obiectiones] auctoritates Ly | contrarium] in  
added Fi **3** et decimo] omitted Ly | prefati] pati Bb **6** sonare] senare  
Fi An **8** de...9 scandalizetur] scandalizaretur Ly **11** responsiones]  
irrisiones Bb rñ<sup>es</sup> Fi An **12** conantur] donantur Fi **14** primo] illo We  
Ly | q 3] et Ly **16** colligitur] intelligitur Ly | illud] dictum We  
**17** manente papa] omitted Ly | quando] qui Fi An **18** autem] ee An  
papa] omitted Ly | incorrigibilis] incorri<sup>l</sup> Fi incorri<sup>t</sup> An (*the “t” is  
probably a hurriedly scripted “l” . Cf. infra line 20*) **19** deliquerit] Ly:  
delinquerit Bb Fi An We **20** est] ideo added Ly | incorrigibilis] incorri<sup>l</sup>  
An

**Discipulus:** Secunda pars auctoritatis eiusdem expresse insinuat quod papa in nullo casu est iudicandus, cum dicit: “*neque enim ab Augusto*” etc. Ex quibus verbis datur intelligi quod papa in nullo casu est iudicandus a quoquam. 25

**Magister:** Isti respondent dicentes quod sane debes intelligere verba prefata, ut intelligas ea in illo casu in quo loquuntur precedentia verba, quando scilicet papa desiderat iustitiam temperare. Unde quod non sic generaliter, nullo casu excepto, debeant intelligi, glosa ibidem asserit manifeste, dicens nemo iudicabitur “*nisi se alicuius iudicio submittat ut 2 q. 7 c. Nos si, et in causa heresis 40 dis. c. Si papa, et cum submittit se confessori suo tenetur ei parere*”. Hic exprimuntur tres casus in quibus potest papa ab alio iudicari. Quartum casum exprimit glosa dis. 40 c. *Si papa*, sicut dictum est, quando scilicet de crimine notorio pape scandalizatur ecclesia et ipse est incorrigibilis. Et ita patet quod verba predicta non debent sine exceptione intelligi. Quando tamen ipsemet papa vult et potest facere iustitiam, non esset ab aliquo iudicandus. 30 35 40

**Discipulus:** Quid si papa esset hereticus et vellet se corrigere iustitiam temperando, essetne ab alio iudicandus?

**Magister:** Respondent dicentes quod papa, si efficiatur hereticus, eo ipso non est papa, et ideo quantumcunque tunc cuperet facere iustitiam, esset ab alio iudicandus. Sed si manet verus papa et vult facere iustitiam, non debet ab alio iudicari. 45

---

30 glosa] C. 9 q. 3 c. 13 s.v.nemo col. 1159 32 2...si] C. 2 q. 7 c. 41 col. 927 | 40...33 papa] D. 40 c. 6 col. 259 35 glosa] *Ibid.*, s.v. a fide devius col. 260 36 dictum est] 1 Dial. 6.2.14-16\*

---

22 pars auctoritatis] auctoritas Ly 23 cum...25 iudicandus] *omitted* Fi An | dicit] a quoquam *added* Ly 26 respondent] respondet An We 27 in<sup>1</sup>] ab We | in illo] que in Ly 31 se...32 causa] committat (?) (*garbled as “ommi”*) Fi An 32 submittat] committat Bb We | et] etiam Ly 34 tres] tee Bb 38 debent] deberent Fi debet An | intelligi] *Discipulus added* Sm Fr Ax Es<sup>1</sup> To Di 39 Quando...40 iudicandus] *omitted* Es<sup>2</sup> 40 esset] est We 41 Discipulus...42 iudicandus] **Bb Ly Vg Va Pa Sa Es<sup>2</sup> [Es<sup>2</sup> omitted **Discipulus** and overwrote the cancelled “Quando...iudicandus” passage (ll.39-40) with the text of ll. 41-42 keeping some original letters of line 42 ( printed in bold herewith) => Quid si papa erit (*rather than* esset) hereticus et vellet se (p)corrigere **iustitiam** temperando essetne **ab aliquo iudicandus**]: *omitted* Fi An Ce Na Sm Vd Fr Ax Es<sup>1</sup> To Di Ox Discipulus: Ergo secundum eos (ipsos Ba) si papa esset hereticus et vellet iustitiam facere non esset ab alio iudicandus **We Vc Ba 45** alio] aliquo Fi An **46** alio] aliquo Ly**

**Discipulus:** Si papa manens papa quocunque crimine involutus volens facere iustitiam non est ab alio iudicandus, ergo nullus alius haberet super ipsum iurisdictionem coactivam, quia incorrigibilitas pape non tribuit alicui iurisdictionem.

**Magister:** Dicunt quod sicut ratione delicti fit aliquis prius non subditus alicuius de iurisdictione eius, ita papa, ratione incorrigibilitatis in crimine de quo scandalizatur ecclesia, fit de iurisdictione illorum qui prius fuerunt sibi subiecti.

**Discipulus:** Quid si papa primo incorrigibilis apparet, et postea, cum causa sua inciperet ventilari, correctionem promitteret et corrigi vellet, nunquid qui inciperunt discutere causam pape ipsum iudicare deberent?

**Magister:** Circa hoc sunt assertiones diverse. Una est quod ex quo isti qui incepissent ventilare causam pape habuissent iurisdictionem super papam, propter promissionem pape nequaquam dictam iurisdictionem amitterent, et ideo ipsum iudicare valent. Alia est quod sicut per incorrigibilitatem pape acquiritur iurisdictione super ipsum, ita per corrigibilitatem amittitur.

**Discipulus:** Quomodo secundum istam assertionem erit nota incorrigibilitas pape?

**Magister:** Respondetur quod erit nota cum per presumptionem violentam constat quod habet propositum se nullatenus corrigendi, puta quia asserit quod non vult se corrigere, vel quia sepe monitus se non corrigit. Sic enim imperator et Romani papam Iohannem 12<sup>um</sup> incorrigibilem iudicaverunt, quia sepe monitus nullatenus se correxit.

**Discipulus:** Dic quomodo respondetur ad auctoritatem Symachi pape.

---

77 auctoritatem... 78 pape] 1 Dial. 6.1.45ss.\*

---

49 volens] nolens Bb | alio] aliquo Ly 53 aliquis] aliquid Fi ad An 54 prius] primus Bb Fi An 55 in crimine] et criminis Ly 56 prius] primus Fi An 58 apparet] appareret Bb Ly 59 ventilari] recusari Fi recusari or retulari An 60 inciperunt] inceperunt Bb We Ly 61 deberent] debent Bb Fi An 63 incepissent] cepissent Bb We incepisset An 64 habuissent] habuisset An 66 amitterent] amitterentur An 67 incorrigibilitatem] incorrigi<sup>o</sup> An 69 istam] ista Bb | erit] est Ly 70 nota] ñ Fi nō An 73 corrigendi] corripiendi Fi | quia] quod Ly 74 vel] omitted Fi An | corrigit] corri Bb vel quis sepe monitus se non corrigit added dittography Bb | Sic] Sicut Fi 75 12<sup>um</sup>] 22<sup>um</sup> We (Freudian slip?) 76 nullatenus] non Fi omitted An

**Magister:** Dicitur quod intelligenda est quando papa non est de heresi graviter diffamatus, nec in aliquo crimine de quo scandalizatur ecclesia incorrigibilis invenitur. Cum vero dicitur quod ubi canon non excipit nec nos debemus excipere, respondetur quod ista regula est regulariter vera. Fallit tamen ubi alius canon excipit, et ubi scriptura divina excipit, vel etiam ubi ius naturale vel ratio evidens naturalis dictat excipiendum. Sic est autem in proposito, quia ratio naturalis et ius naturale dictat quod ubi papa esset notorie hereticus vel criminus et scandalizaret ecclesiam, et se nollet corrigere, abiciendus esset. Que ratio scripture divine concordat approbanti assertionem Caipe principis sacerdotum dicentis: *“Expedit ut unus moriatur homo pro populo et non tota gens pereat”*. Ex quibus verbis colligitur quod si fuit expediens quod Christus innocens pro populo moreretur ne tota gens periret, etiam expedit quod papa hereticus et criminus et incorrigibilis moriatur civiliter, de papatu proiectus, et non tota gens pereat.

**Discipulus:** Que est ista ratio naturalis que dictat papam criminus et incorrigibilem abiciendum?

**Magister:** Dicitur quod ratio est tacta prius, ista videlicet quod membrum incurabile totius corporis infectivum est pro salute corporis amputandum.

**Discipulus:** Salus christianorum a Deo dependet. Deus autem potest conservare salutem eorum absque amputatione membri incurabilis.

**Magister:** Respondetur quod ubi fideles possunt humanum auxilium invenire, non debent ad potentiam divinam recurrere, Hoc enim esset Deum temptare. Quare, si aliquod membrum apparet incurabile debet humanitus amputari.

**Discipulus:** Dic quomodo respondetur ad auctoritatem Anteri pape.

---

**82** dicitur] 1 Dial. 6.1.53ss.\* **90** dicentis] John 11:50 **99** prius] *supra* 1 Dial. 6.11.21-31\* **110** auctoritatem... 111 pape] 1 Dial. 6.1.60-64\*

---

**80** nec] ut Fi **81** scandalizatur] scanda<sup>r</sup> Fi scanda datur An scandalizetur We Ly **83** regulariter] irregulariter Bb **85** vel] etiam *added* We **87** dictat] dictant Ly **88** scandalizaret] scanda datur An | scandalizaret ecclesiam] scandalizaretur ecclesia We **91** ut] et Bb | pro] *omitted* Bb et non] ne Ly **92** si] sicut Ly **94** periret] ita *added* Ly **95** civiliter] similiter sit Ly **99** tacta prius] *omitted* Bb Fi An Ly **101** amputandum... 102 Deus] *omitted* Fi An **103** autem] enim We **108** incurabile] non curabile Fi An **109** amputari] dampnari Bb **110** ad] *omitted* Bb tertiam *added* Ly **111** Anteri] Anterii Bb Fi An Anastasii We Antheri Ly

**Magister:** Respondetur quod Anterus papa loquitur quando papa vult seipsum corrigere. Unde hec est differentia inter papam et alios corrigendos. Quia alii, licet non sint  
115 incorrigibiles, iudicantur a papa, papa autem qui non est incorrigibilis a Domino solo iudicatur.

**Discipulus:** Dic quomodo dicunt quod papa in causa heresis, licet non probetur incorrigibilis, ab alio iudicatur.

**Magister:** Videtur quod non bene intelligis assertionem  
120 predictam. Tenet enim assertio sepe dicta quod nunquam est papa iudicandus ab homine nisi submittat se iudicio vel nisi incorrigibilis ostendatur. Et ideo papa existens papa non est pro causa heresis alicuius subiectus iudicio, licet si papa de heresi fuerit diffamatus, et recusaverit se subdere iudicio aut  
125 purgare, alii potestatem habeant inquirendi de ipso, imo etiam citandi ipsum, sed antequam apparuerit incorrigibilis vel hereticus ipsum iudicare non possunt.

**Discipulus:** Istud est omnino irrationabile reputandum quod aliquis habeat potestatem inquirendi de aliquo et citandi ipsum, et tamen non habeat potestatem iudicandi eundem,  
130 cum inquirere et citare non pertineat nisi ad iurisdictionem habentem. Qui autem habet iurisdictionem super aliquem ratione alicuius criminis, habet potestatem iudicandi et coercendi eundem. Aliter enim talis iurdictio esset omnino  
135 inutilis iudicanda.

**Magister:** Ad hanc obiectionem responsum est prius, ubi ostensum est quod quando dubitatur de iurisdictione, ratione illius dubitationis potest quis habere potestatem inquirendi et citandi alium, licet in rei veritate iurisdictionem non habeat super ipsum.  
140

**Discipulus:** Ista responsio videtur contraria veritati, quia quando dubitatur de iurisdictione alicuius eo ipso non est iudex, sicut quando dubitatur de tutela duorum neuter est tutor.

**Magister:** Dicunt te aperte errare contra iura, quia sepe  
145 ratione dubitationis fit quod alias non fieret, et precipue

---

136 prius] 1 Dial. 6.14

---

112 Anterus] Anterius Bb Fi An Anastasius We Antheros Ly 115 papa<sup>2</sup>] omitted Fi An 119 non...intelligis] male intelligas Ly | intelligis] intelligas We 123 iudicio] iurisdictioni Fi 125 habeant] *garbled* (hē ē) Fi hē est An 127 iudicare] corrigere Ly 130 habeat] habet Ly 131 pertineat] pertineant We Ly 132 habentem] habente An iurisdictionem] omitted Bb 133 et] omitted An 135 iudicanda] etc. added Ly 146 fit] illud added We | et] etiam added We



ratione dubitationis de iurisdictione alicuius. Si enim aliquis, qui in rei veritate non est subditus alicuius episcopi, graviter licet mendaciter diffamatur deliquisse in diocesi episcopi non sui, talis episcopus super diffamatum iurisdictionem minime habet, quia falsa infamia iurisdictionem nequaquam confert. Et tamen episcopus propter infamiam habet potestatem inquirendi et citandi diffamatum si fuerit in diocesi sua. 150

**Discipulus:** Istud exemplum est ad oppositum, quia talis episcopus habet iurisdictionem super taliter diffamatum eo quod, si crimen fuerit probatum contra ipsum, poterit eum condemnare. Si autem non fuerit probatum legitime, poterit eum absolvere. Non solum autem sententia condemnationis sed etiam sententia absolutionis spectat ad iurisdictionem habentem. 155 160

**Magister:** Respondetur tibi quod in hoc casu episcopus pro diffamato non profert sententiam absolutionis tanquam habens iurisdictionem super ipsum, sed pronuntiabit diffamatum (eo quod nullum crimen est probatum contra ipsum) ad suam iurisdictionem minime pertinere. 165

**Discipulus:** Hec responsio non videtur sufficiens, quia talis episcopus potest indicare purgationem taliter diffamato. Indicare autem purgationem pertinet ad iurisdictionem habentem, ergo etc.

**Magister:** Ad hoc dupliciter respondetur. Uno modo, quod episcopus non potest tanquam iurisdictionem habens super diffamatum eidem purgationem indicare, sed potest eum rogare quod propter scandalum vitandum vel sedandum se purget. Quod si ipse noluerit, ratione scandali quod prestat nolendo se purgare fit de iurisdictione episcopi, quia illud scandalum non est sine delicto. Aliter dicitur quod debet diffamatum ad suum superiorem remittere et ille sibi purgationem indicare. 170 175

**Discipulus:** Satis tractavimus istud exemplum, et ideo pone aliud quod ratione dubitationis de iurisdictione potest quis inquirere vel citare aliquem super quem tamen iurisdictionem minime habet. 180

---

147 Si] Dum Ly 148 in] omitted Bb 151 infamia...confert] infa Ly  
 153 citandi] citande An 156 eum] ipsum We de hoc added Ly  
 157 poterit] p<sup>i</sup> We 161 casu] quod added Fi pro added An  
 162 tanquam] omitted Bb 166 quia] quod Ly 171 tanquam] tā3 Fi ta'm  
 An 174 ipse] ille We 177 sibi] debet added We Ly

185 **Magister:** Aliud exemplum ponitur Extra, *De rescriptis*  
*c. Pastoralis*, ubi asseritur quod quando de revocatione  
 literarum ambigitur, tam priores iudices quam posteriores, si  
 neuter velit deferre aliis, de huiusmodi revocatione possunt  
 cognoscere, et tamen alteri nullam iurisdictionem habent  
 omnino. Aliud exemplum est de legatis ad quos litere, tacita  
 190 veritate vel suggesta falsitate, per fraudem et malitiam  
 impetrantur, qui antequam de hoc eis fuerit facta fides, per  
 tales literas possunt citare partem adversam, eo quod dubitant  
 an litere sint legitime impetrate. Qui tamen postquam  
 sciverint quod non sunt legitime impetrate, eis uti non debent  
 (Extra, *De rescriptis c. Super literis*).

195 Sic dicunt esse de papa, quod papa propter nullam  
 infamiam de heresi est alicuius subiectus iudicio, de quo  
 tamen catholici, eo quod dubitatur an sit hereticus (et per  
 consequens an sit effectus de iurisdictione catholicorum),  
 possunt et debent inquirere possuntque citare ipsum. Quod si  
 200 nec vult se iudicio submittere nec purgare, eum pro convicto  
 interpretatione iuris debent habere, et ideo tunc poterunt eum  
 legitime coercere.

**Discipulus:** Sufficiant ad presens ista de auctoritate  
 Anteri pape, et dic ad illam de Constantino.

205 **Magister:** Respondetur quod Constantinus non loquitur  
 specialiter de summo pontifice sed generaliter de omnibus  
 clericis, qui tamen possunt ab homine iudicari.

**Discipulus:** De illa materia, an scilicet clerici debeant a  
 laicis iudicari, alias disputabo. Ideo dic quomodo respondetur  
 210 ad auctoritatem Gelasii pape.

---

183 Extra...184 Pastoralis] X. 1. 3. 14 col. 44 194 Extra...litteris] X. 1.  
 3. 20 col. 52 204 illam...Constantino] 1 Dial. 6.1.65-73\* 209 alias  
 disputabo] *Infra* 1 Dial. 6. 99 210 auctoritatem...pape] 1 Dial.  
 6.1.74-85\*

---

183 De] *omitted* Bb 186 velit] volunt Bb voluerint We | velit...aliis]  
 voluerit differre Ly | possunt] possint We 187 habent] habet Fi An  
 188 omnino] omino Ly | legatis] Ly: delegatis Bb Fi An We 191 citare]  
 citari Fi An 195 papa<sup>2</sup>] *omitted* Ly 196 infamiam] *falsam* added We  
 197 tamen] possunt *added* We 198 effectus de] subiectus Ly  
 iurisdictione catholicorum] iurisdictioni eorum Ly 199 citare] citari An  
 201 interpretatione...202 legitime] *omitted* Fi An 203 Sufficiant]  
 Sufficiunt Ly | de auctoritate] ad auctoritatem We 204 Anteri] Anterii  
 Bb Fi An We Antheri Ly | pape] *omitted* Ly | et] *omitted* We  
 209 iudicari] iudi<sup>r</sup> An tecum *added* We Vc Ox

**Magister:** Respondetur quod illa verba Gelasii intellecta de summo pontifice non possunt generaliter absque omni exceptione intelligi. Tunc enim papa non posset alterius iudicio se submittere. Tunc etiam si papa iudicaret fidem christianam esse falsam et fictam, vel publice idolis immolaret, nulli liceret iudicare de ipso. Debent ergo intelligi si manens papa incorrigibilis minime reperitur. Et eodem modo respondetur ad auctoritatem Nicolai pape. Et similiter respondetur ad alias auctoritates que idem sonare videntur.

215

220

#### *Capitulum 64*

**Discipulus:** Dic quomodo respondetur ad rationes que in eodem capitulo 1<sup>o</sup> huius sexti sunt adducte.

**Magister:** Ad primam dicitur quod in casu heresis licet appellare a summo pontifice. Iura autem adducta loquuntur in alio casu quam in casu heresis.

5

**Discipulus:** De hac materia transi, quia dudum contuli tecum de ipsa. Ideo ad secundam rationem te converte.

**Magister:** Ad secundam rationem respondetur quod idem respectu eiusdem et eorundem potest esse superior et inferior in diversis causis. Sic enim delegatus quandoque est inferior ordinario iudice in multis causis, et in aliqua causa est eo superior. Sic papa de heresi diffamatus et notorie criminus, de quo scandalizatur ecclesia, si incorrigibilis fuerit in causa sua, est inferior catholicis aliis. In aliis tamen causis ante pronuntiationem sententie in causa sua omnibus est superior.

10

15

Ad tertiam rationem dicitur quod papa potest accusari. Nec obstat quod quedam decreta dicunt quod oves pastorum accusare non possunt, quia illa capitula sane intelligenda sunt et in multis casibus capiunt instantias, sicut per sacros canones claret aperte.

20

---

**218** auctoritatem...pape] 1 Dial. 6.1.86-92\* **219** ad...auctoritates] 1 Dial. 6.1.98-100\* **64,4** primam] 1 Dial. 6.1.102-106\* **7** dudum] 1 Dial. 6.55 **9** secundam] 1 Dial. 6.1.107-111\* **18** tertiam] 1 Dial. 6.1.112-118\*

---

**211** Gelasii] pape added Ly **215** vel] et Ly **216** immolaret] in inclaret (or m mclaret) garbled An **217** papa] in crimine added We **64,1**] c. 62 continues in Ly **10** respectu] respectum We **11** quandoque] omitted Ly **13** eo] etiam Fi | Sic] Sicut Fi An **15** inferior] inferio Bb | In aliis] omitted Fi An **16** causis] et added Ly | omnibus] quibus Fi An **19** quedam] predicta We **20** sunt] omitted Bb **22** claret] declaratur Ly

**Capitulum 65**

**Discipulus:** Quomodo secundum predictam assertionem ad rationes adductas in contrarium in 10<sup>o</sup> capitulo huius sexti respondetur, non differas explicare.

5 **Magister:** Ad primam illarum rationum dicitur quod falsa infamia non tribuit alicui super alium iurisdictionem coactivam. Nonnunquam tamen movet rationabiliter iurisdictionem habentem ad inquirendum de aliquo an ad eius iurisdictionem pertineat. Sicut si aliquis exemptus a  
10 iurisdictione episcopi falso fuerit diffamatus de crimine ratione cuius esset de iurisdictione ipsius episcopi, talis infamia non tribuit iurisdictionem episcopo super exemptum, et tamen rationabiliter movebit episcopum ad inquirendum de taliter diffamato.

15 Sic dicunt in proposito, quod nulla infamia falsa tribuit alicui iurisdictionem super papam, tamen debet movere catholicos fidei zelatores ad inquirendum an talis infamia contineat veritatem. Non enim videtur eis quod aliquis christianitatis amator deberet asserere quod, si papa esset  
20 publice et graviter diffamatus quod vellet sarracenos super christianos inducere et per eos christianos cogere universos ad recipiendam sectam sarracenorum et negandum Christum, non deberent christiani veritatem inquirere nec periculo futuro occurrere.

25 **Discipulus:** Propter solam infamiam non deberent catholici procedere ad talem inquisitionem de summo pontifice faciendam, nisi apparerent presumptiones aliquae violente quod papa vellet modo predicto vel alio consimili christianitatem destruere.

30 **Magister:** Si concedis quod propter infamiam et presumptiones violentas in quocunque casu sit de summo pontifice inquirendum, putant isti habere propositum quod licet in casu de summo pontifice inquisitionem facere

---

65,5 primam] 1 Dial. 6.10.27-32\*

---

65,1 ] Capitulum 63 Ly 2 Quomodo] gap + nō An | secundum] post Bb 3 ad rationes] omitted Fi An | capitulo] omitted Ly 5 dicitur] respondetur Ly 10 episcopi...11 iurisdictione] omitted Fi An diffamatus] accusatus Ly 11 ratione] omitted Bb | ipsius] huius Ly talis] omitted Bb 15 falsa] de papa added We 19 christianitatis] christianus Fi An | deberet] debeat Ly | quod] omitted We 20 vellet] pellet Fi An 21 christianos<sup>2</sup>] seducere added Fi 23 deberent] debeant Ly 25 deberent] debe't An 27 aliquae] omitted Ly 28 violente] violentes Bb | alio] omitted Fi 30 concedis] concedas Ly | infamiam] infamias Ly 32 habere] querere Bb

diligentem antequam sit ipso iure papatu privatus. Quia  
 propter solam heresim papa est ipso facto papatu privatus. 35  
 Ergo propter infamiam et presumptiones violentas non est  
 ipso iure summo sacerdotio destitutus. Ergo adhuc manet  
 verus papa, et tamen concedis quod propter infamiam et  
 presumptiones huiusmodi de ipso licet inquirere veritatem.  
 Ergo licet in casu de papa inquirere, licet in rei veritate non 40  
 sit alicuius iurisdictioni subiectus. In quibus autem causis  
 specialibus, et propter quam infamiam, et propter cuiusmodi  
 presumptiones hoc liceat, isti nequaquam specificant nisi  
 duos casus generaliter assignando, scilicet si est de heresi  
 graviter diffamatus, et si incorrigibilem de aliquo crimine se 45  
 ostendit.

**Discipulus:** Dic quomodo respondetur ad rationem  
 secundam.

**Magister:** Respondetur quod in una et eadem causa  
 numero et eodem tempore, idem respectu eiusdem vel 50  
 eorundem non est superior et inferior. Idem tamen respectu  
 alicuius vel aliquorum in una causa et in uno tempore est  
 superior et in alia causa eiusdem speciei et alio tempore  
 respectu eiusdem vel eorundem est inferior.

Rex enim alicuius regni quod alteri quam regi non est 55  
 subiectum, et quando rex non habet superiorem personam,  
 potest in aliqua causa esse inferior regno. Unde et regnum in  
 casu iuste posset regem incorrigibilem deponere. Et tamen,  
 quando rex inveniretur immunis a tali delicto et omnes de  
 regno suo culpabiles in delicto consimili probarentur, rex 60  
 esset omnibus superior et omnes posset de iure iuste punire,  
 si tantam haberet potentiam temporalem.

Sic etiam dicitur esse in ordinibus mendicantium, quod  
 capitulum generale pro aliquo delicto potest prelatum suum  
 supremum deponere. Et tamen si ipse immunis esset a delicto 65

---

47 ad...48 secundam] 1 Dial. 6.10.33-41\*

---

34 Quia...35 privatus] *omitted* Ly 35 heresim] heresi An 36 et]  
 propter *added* Ly 37 iure] facto papatu privatus nec a Ly | destitutus]  
 destitutus Fi An distinguendus Ly | adhuc] *omitted* Fi An  
 39 veritatem...40 inquirere] *omitted* Bb 40 in<sup>2</sup>] secundum We  
 veritate] veritatem We 42 quam...propter<sup>2</sup>] *omitted* Bb | cuiusmodi]  
 cius (*sic*) An 51 et] vel Bb Fi An 52 et] vel Ly | in<sup>2</sup>] *omitted* We  
 53 et<sup>2</sup>] in *added* Ly 54 respectu] *omitted* Bb | eorundem] eorum Bb  
 55 quod] *omitted* Bb | alteri] regni *added* Bb | est] *omitted* Bb  
 56 et...rex] licet Ly 57 potest] tamen *added* Ly | causa] *omitted* Fi An  
 60 consimili probarentur] consimiliter probaretur quod Ly 63 etiam]  
 enim We

tali, et omnes in generali capitulo congregati essent culpabiles, ipse in omnes et singulos posset iustitiam exercere.

70 **Discipulus:** Istud secundum exemplum non videtur  
conveniens, quia quod generalia capitula ordinum  
mendicantium possint pro aliquo delicto prelatos suos  
supremos deponere habent ex privilegio speciali Romani  
pontificis.

75 **Magister:** Hoc, dicunt isti, non impedit dictum eorum,  
quia, undecunque habeant, concedendum est quod idem  
respectu eiusdem vel eorumdem in una causa uno tempore est  
superior, et in alia causa eiusdem speciei alio tempore est  
inferior. Ex quo concludunt quod non est inconveniens quod  
idem respectu eorumdem in una causa sit superior, et tamen  
80 alias in causa alia eiusdem speciei illi qui sunt inferiores  
habeant potestatem inquirendi de superiore suo.

Et ita dicunt esse de papa, quod si omnes christiani  
preter papam errarent in fide, ipse omnes de iure punire  
deberet, et tamen in alio casu, si christiani in fide  
85 perseverarent catholica et papa de heresi esset graviter  
diffamatus, catholici potestatem haberent inquirendi de ipso.  
Si tamen ipsum invenirent innoxium, nullam iurisdictionem  
super ipsum haberent.

90 **Discipulus:** Video intentionem istorum ad rationem  
secundam. Ideo dic quomodo respondetur ad tertiam.

**Magister:** Ad tertiam dicitur quod non solum ecclesia  
universalis habet potestatem inquirendi de papa super crimine  
heresis graviter diffamato, sed etiam alii, qui haberent  
iudicare papam si esset manifeste in heresi deprehensus  
95 habent potestatem inquirendi de ipso. Quemadmodum absque  
universali ecclesia et concilio generali episcopi convenerunt  
ad inquirendum de facto beati Marcellini, qui idolatriam  
commiserat.

100 **Discipulus:** Istum peccatum fuit ita horrendum quod  
dissimulari non poterat.

---

90 tertiam] 1 Dial. 6.10.42-54\*

---

69 secundum] *omitted* Ly 71 possint] possunt We 72 Romani] *omitted*  
An 75 habeant] habeat Ly hoc *added* We 76 causa] in *added* Fi et in  
*added* Ly 77 alia] a<sup>d</sup> An 79 respectu] respectum We 81 potestatem]  
po<sup>o</sup> An | superiore] superiori An Ly 83 in] a Bb Fi An  
85 perseverarent] perseveraret An 87 invenirent] inveniret An 90 Ideo]  
*omitted* Ly 91 tertiam] rationem *added* We 96 convenerunt]  
convenerint We

**Magister:** Si concedis quod pro quocunque peccato sit inquirendum de papa, totam illam assertionem enervas que dicit quod papa in nullo casu habet superiorem in terris. Quia si conceditur quod papa pro publica idolatria, vel si publice et manifeste predicaret Christum fuisse mendacem et falsum prophetam, aut fidem christianam esse falsam, aut sectam sarracenorum esse tenendam, aut si se circumcideret et iudeum efficeret, vel corpus Christi in lucum proiceret, vel resurrectionem futuram negaret, aut aliquod tale omnibus fidelibus detestandum presumeret perpetrare, esset catholicorum subiectus iudicio. Oportet consequenter concedere quod papa potest in casu habere superiorem in terris, ex quo sequitur quod posset accidere casus quod de papa diffamato haberent fideles inquirere veritatem.

**Discipulus:** Nunquid secundum istos est concedendum quod aliqua persona habet potestatem inquirendi de papa super crimine heresis diffamato?

**Magister:** Isti concedunt quod sic. Sicut concedunt quod si papa esset in heresi notorie deprehensus aliqua persona haberet iurisdictionem super ipsum.

**Discipulus:** Dic quomodo respondetur ad exempla de Marcellino et Symacho.

**Magister:** Respondetur quod per utrumque exemplum habent isti propositum. Nam beato Marcellino de heresi diffamato, inquisitionem fecerunt episcopi, et ipsi propter talem infamiam reputaverunt se potestatem habere inquirendi de papa. Sed postquam inquisierunt et invenerunt veritatem, scilicet quod beatus Marcellinus non erat hereticus et quod idolatraverat timore mortis tantummodo, constabat eis quod licet antea habuissent potestatem inquirendi de papa veritatem propter dubitationem in cordibus eorum exortam ex infamia precedenti, tamen post inquisitionem non habuerunt potestatem iudicandi ipsum, nec sibi de iure debebant aliquam penitentiam pro commisso infligere.

---

121 exempla... 122 Symacho] 1 Dial. 6.10.57-114\*

---

101 concedis] concedas Ly 104 conceditur] concedatur Ly 106 aut<sup>1</sup>] aud We | sectam] septam We 107 aut] aud We | si] omitted Ly circumcideret] circumcideat An | et] vel Fi 108 lucum] lacum Ly 109 aut] aud We 124 Nam] de added Fi Ly 125 ipsi] ideo We 126 reputaverunt] repu<sup>z</sup>t An | potestatem] potentes Bb 127 inquisierunt] inquisierunt Bb inquisiverunt We 128 erat] esset We | et] omitted Bb 129 idolatraverat] idolatravit (sic) An 130 habuissent] habuisset An haberent Ly 131 eorum exortam] exortam et Ly 134 infligere] in affligere An

135 Consimiliter dicunt de Symacho pape. Quod quia in  
 generali concilio congregati non invenerunt ipsum hereticum,  
 non habuerunt potestatem iudicandi ipsum. Prius tamen,  
 propter infamiam suscitatum de ipso, habuerunt potestatem  
 140 inquirendi et etiam cogendi ipsum oppositionibus respondere,  
 quod ex verbis superius allegatis, ut videtur istis, evidenter  
 apparet.

### *Capitulum 66*

**Discipulus:** De istis responsionibus sollicite cogitabo, et  
 post istud opus de ipsis tecum conferam diligenter. Nunc  
 autem queso ut dicas quomodo isti assertores respondent ad  
 5 rationes adductas supra 12<sup>o</sup> capitulo huius sexti, quibus  
 ostenditur quod concilium generale non habet iurisdictionem  
 super papam de crimine heresis diffamatum.

**Magister:** Ad primam istarum respondetur quod  
 ecclesia universalis, si esset simul congregata (sicut  
 10 aliquando potuit congregari, et nescitur an ad tantam  
 paucitatem deveniet quod posset insimul convenire),  
 potestatem haberet inquirendi de papa super heresi diffamato,  
 et si probaretur hereticus ipsum punire deberet. Ad rationes  
 autem in contrarium responsum est prius.

15 Ad secundam dicitur quod, in casu, non solum  
 congregatio particularis sed etiam aliqua persona potestatem  
 haberet super papam. Si enim, ut dicunt, papa publice  
 predicaret et assereret fidem christianam esse falsam, fictam,  
 et iniquam, diocesanus catholicus cui hoc constaret haberet  
 20 potestatem de iure capiendi et detinendi ipsum. Si etiam papa  
 efficeretur iudeus vel sarracenus, deficientibus prelatibus  
 ecclesiasticis, potestas secularis ipsum captivare deberet. Si  
 autem papa de tali flagitio esset graviter diffamatus, non

---

66,8 primam] 1 Dial. 6.12.10-14\* 14 prius] 1 Dial. 6.65 15 secundam]  
 1 Dial. 6.12.15-21\*

---

135 pape] papa Fi We 136 ipsum] omitted An 66,1 ] Capitulum 64 Ly  
 4 respondent] respondet An 5 rationes] ratione Bb | 120] 14<sup>o</sup> An  
 quibus] qui hius (sic) Bb 7 heresis] heresi Ly 8 respondetur]  
 respondent We Ly 10 potuit] simul added Ly 11 deveniet] deveniat  
 We | posset insimul] possit simul We 12 heresi] crimine heresis Ly  
 15 secundam] secundum Ly 18 christianam] vanam added Ly | esse  
 falsam] esse et falsam et Ly | fictam] fidem Fi An 19 iniquam]  
 nunquam Fi | cui] cum Bb 21 efficeretur] esset Ly | deficientibus] de  
 vicinibus Bb de vicibus Fi An 22 potestas] pot<sup>is</sup> Bb



solum concilium generale sed etiam prelatus specialis haberet  
potestatem inquirendi de papa, non capiendi nec puniendi. 25

Ad tertiam respondetur quod etiam persona que potest  
contra fidem errare, dum tamen non erret de facto, posset in  
casu habere iurisdictionem super papam.

Ad quartam patet, ut dicunt, per illa que dicta sunt in  
capitulo precedenti. Quia, sicut si papa esset in heresi notorie 30  
deprehensus, concilium generale haberet iurisdictionem super  
ipsum, et tamen si papa esset fortis in fide et omnes alii de  
concilio generali errarent, essent sibi subiecti. Ita, si papa  
esset de heresi diffamatus, concilium generale haberet 35  
potestatem inquirendi de ipso, et tamen si papa non erraret et  
omnes alii errarent, papa de iure ipsos iudicare deberet. Et  
hoc quia, sicut dictum est, in diversis causis eiusdem speciei  
diversis temporibus idem respectu eiusdem vel eorundem  
potest esse superior et inferior.

Ad quintam dicitur quod concilium generale habet 40  
auctoritatem principaliter ab ecclesia universali cuius vicem  
gerit et cuius auctoritate principaliter convocatur, licet  
immediate per papam, si est catholicus et desideret sequi  
iustitiam, congregetur. Unde et absque papa congregari posset  
in casu. 45

### *Capitulum 67*

**Discipulus:** Recitasti nonnulla de quibus  
investigationem specialem habeo. Verumptamen antequam  
illa proponam numera modos in quibus catholici et fideles  
habent potestatem super papam. 5

**Magister:** Intendis solummodo loqui de papa qui est  
verus papa, vel generaliter de illo qui fuit verus papa et gerit  
se pro papa, sive de iure fuerit papa sive non?

---

26 tertiam] 1 Dial. 6.12.22-26\*      29 quartam] 1 Dial. 6.12.27-48\*  
40 quintam] 1 Dial. 6.12.49-56\*

---

25 capiendi] captivandi Ly | nec] vel Ly 26 Ad] Item An | tertiam]  
tertium Ly | que] *omitted* An 27 non] ni An | erret] erraret We  
28 super] supra Ly 29 quartam patet] quartum respondetur Ly | dicunt]  
patet Ly 32 de] ad An 34 de] in Ly 36 errarent] errarem Bb  
38 respectu] respectum We | vel] et Ly | eorundem] eorum Bb  
40 quintam] quintum Ly 41 auctoritatem] potestatem Ly | cuius] eius  
Bb An 42 licet] sed Ly 43 desideret] desiderat We Ly 44 Unde]  
*omitted* Bb | papa] papam Bb 45 casu] cau Bb tertium *added* Fi 67,1 ]  
Capitulum 65 Ly 3 specialem] speciale An | Verumptamen] V<sup>m</sup> p<sup>n</sup> An  
4 illa] *omitted* Ly 7 papa<sup>1</sup>] *omitted* Ly | generaliter] generalius An  
We | qui] postquam *added* Ly | et] *omitted* Ly 8 papa<sup>2</sup>] *omitted* Ly

10 **Discipulus:** Loquor de omni illo qui, postquam fuisset  
verus papa, gereret vel niteretur se gerere pro papa.

**Magister:** Adhuc volo scire de qua potestate intendis,  
an de potestate que est iurisdictio, an de omni alia quam  
15 potest quis licite in alium exercere? Minister enim iudicis  
potest exercere potestatem in dampnatum per iudicem, et  
tamen iurisdictionem minime habet super eum. Potest etiam  
quis licite insidiantem occidere, et eum qui vult eum occidere,  
et tamen ex hoc iurisdictionem super insidiantem minime  
habet. Contingit etiam quandoque licite absque iudicis  
auctoritate latrones occidere, super quos occidens  
20 iurisdictionem minime habet. Licet enim non habenti  
iurisdictionem vim vi repellere.

**Discipulus:** Aperte conspicio quod contingit non  
habentem iurisdictionem licite potestatem in aliquem  
exercere. Et ideo loquor de potestate communiter dicta.

25 **Magister:** Nunc video intentionem tuam, et ideo, ad  
mentem tuam respondendo, dico quod assertores predicti  
asserunt manifeste quod contingit licite exercere potestatem  
simpliciter vel secundum quid in papam.

30 **Discipulus:** Expone quam potestatem vocant  
'potestatem simpliciter' et quam vocant 'potestatem  
secundum quid'.

**Magister:** 'Potestatem simpliciter' vocant quam quis  
vel ordinarie vel in aliquo casu pro determinato tempore  
contingit in alium exercere ipso nolente et a principio  
35 renitente. 'Potestatem secundum quid' vocant quam potest  
quis in alium exercere ipso volente.

**Discipulus:** Intelligo distinctionem eorum, et ideo  
explica in quibus casibus contingit fideles licite exercere  
potestatem in papam verum vel in eum qui fuit et gerit se pro  
40 papa.

---

10 pro papa] *omitted* Bb 11 intendis] intelligis Ly 12 an<sup>2</sup>] vel We  
14 in] et An 15 minime] ml<sup>ne</sup> An | minime...eum] non habet minime  
super eum Bb Fi An | eum] ipsum We 16 insidiantem] insidiantem An  
et...occidere<sup>2</sup>] *omitted* Ly | eum<sup>2</sup>] *omitted* We 18 Contingit] Contigit  
Bb 22 contingit] contigit Bb contingint We 24 potestate] iuridica  
*added* Ly 26 tuam] *omitted* Bb | respondendo] respondeo et We  
respondebo Ly 27 contingit] contigit Bb contingint We 30 vocant  
potestatem] *omitted* Ly 33 in] *omitted* Ly | pro] aliquo *added* Ly  
34 alium] aliquem We | et] etiam Fi An We 35 renitente] retinente Bb  
Fi An 36 volente] violente An 39 in<sup>1</sup>...41 potestatem] *omitted* An  
et] vel Ly

**Magister:** Dicunt quod potestatem secundum quid possunt catholici exercere in papam si eorum iudicio vel potestati inquirendi se submittat. Sic enim Leo papa iudicio imperatoris et suorum se submisit. Unde, et legitur 2 q. 7 c. *Nos si*, scribens Ludovico imperatori, ait: “*Nos, si incompetenter aliquid egimus et in subditis iuste legis tramitem non conservavimus, vestro ac missorum vestrorum cuncta volumus emendare iudicio*”. 45

Hinc etiam Gregorius cupiebat se subdere aliorum iudicio qui, ut habetur causa et questione predictis c. *Si quis*, ait: “*Si quis super his nos redarguere voluerit vel extra auctoritatem nos facere contenderit, veniat ad sedem apostolicam, quo omnia ecclesiastica negotia de quibus questio habetur confluere iussa sunt, ut ibi ante confessionem beati Petri mecum iuste decertet, quatinus inibi unus ex nobis sententiam suscipiat suam*”. 50 55

Ex hiis datur intelligi quod cum papa iudicio se submittit, alius in ipsum suscipit potestatem. Sicut autem papa potest se submittere iudicio aliorum, ita valet committere aliis potestatem inquirendi de ipso. 60

**Discipulus:** Refer casus in quibus aliquis haberet potestatem simpliciter in papam.

**Magister:** Ponunt quattuor casus nec tamen alios negant.

Primus est si papa in se vel in alium manus crudeles cupit inicere. Puta si seipsum vult occidere aut graviter vulnerare vel mutilare, vel alium sine omni causa vult occidere. In hoc enim casu licet papam, sive fuerit alienatus a sensu sive non, compescere et modo debito cohercere. 65

---

67,44 2...45 si<sup>1</sup>] C. 2 q. 7 c. 41 col. 927 50 c...quis] C. 2 q. 7 c. 42 col. 931

---

41 quod] secundum added Fi | quid] quod Fi An 42 possunt] post Bb 43 Sic] Sicut Ly 44 submisit] submixit We | Unde] etiam added Ly et<sup>2</sup>] ut We Ly 45 si<sup>1</sup>] omitted Ly | scribens] scribas We | Ludovico] Ludewico Bb Ludovico Fi An 46 aliquid] a<sup>d</sup> An | et] omitted Ly 47 tramitem] tramite Bb | conservavimus] We: servavimus Bb Fi An observavimus Ly ac added Fi 49 Hinc] omitted Ly 50 predictis] predicta Fi 53 quo...54 sunt] omitted Ww 54 confessionem] confexionem We 55 inibi] ibi Ww | nobis] nb' An 58 suscipit] suscit An | Sicut...60 potestatem] omitted An 61 haberet] habet We 63 Ponunt...65 papa] omitted An 65 in<sup>2</sup>] omitted Ly 66 inicere] mittere Ly 67 causa] omitted An 68 occidere] in omni casu vult occidere added An | licet] sed An

70           Secundus casus est si papa, hoc est qui fuit verus papa et cupit gerere se pro papa, in heresi manifeste deprehenditur. Tunc enim licet ipsum de sede eicere violenter et debite subdere ultioni.

75           Tertius est si papa in aliquo crimine fuerit deprehensus de quo scandalizatur ecclesia, et ipse incorrigibilem se ostenderet.

80           Quartus est si fuerit de heresi diffamatus etiam mendaciter. Tunc enim catholici habent potestatem inquirendi de ipso, licet non habeant potestatem iudicandi ipsum nisi cum scandalo ecclesie irrevocabiliter sive pertinaciter se submittere vel purgare renueret.

          Preter istos casus forte ponerent alios, sed ad istos vel ad aliquem eorum potuerunt forte reduci.

### *Capitulum 68*

5           **Discipulus:** Postquam de papa super crimine heresis mendaciter diffamato plura quesivi, et quedam interserui de papa effecto heretico, volo nunc plura de papa vere heretico indagare. In primis autem exoro ut disseras an papa, si efficiatur hereticus, ipso facto sit omni auctoritate et ecclesiastica dignitate nudatus.

10           **Magister:** De hoc videntur esse diverse sententie. Una est quod papa si efficiatur hereticus, sive manifestus sive occultus, ipso facto est papatu privatus. Alia est quod non est papatu privatus quamdiu ab ecclesia toleratur.

**Discipulus:** Quo iure dicunt papam esse papatu privatum si hereticam incurrerit pravitatem?

**Magister:** Dicunt quod iure divino est privatus.

15           **Discipulus:** Quomodo possunt hoc dicere, cum in tota scriptura divina de papa heretico nulla mentio penitus habeatur?

---

71 cupit] capit An | deprehenditur] deprehentur An 72 ipsum] eum detinere et Ly | eicere] deicere Ly 75 scandalizatur] scanda<sup>r</sup> Bb Fi scanda<sup>r</sup> An scandalizetur We 76 ostenderet] ostendit Ly 77 est] We: *omitted* Bb Fi An Ly | etiam] et Ly 79 habeant] habeat An | nisi] ipse *added* We 81 submittere] submitti An iudicio *added* We | renueret] renuerit Bb Fi renuit Ly 82 ad<sup>l</sup>] *omitted* Ly 83 aliquem] aliqui An eorum] istorum Ly | potuerunt] poterunt Fi We Ly 68,3 et] etiam We An (*cancelled*) 5 exoro ut] exordiis Ly 7 ecclesiastica] ecclesiastico An activa We 9 manifestus] malus Fi An 10 Alia...11 quamdiu] quamvis Ly 11 toleratur] toll<sup>r</sup> An toleretur Ly 13 hereticam] hereticum An

**Magister:** Respondent quod, licet in scriptura divina non fiat de papa heretico mentio specialis et vocalis, plura tamen universalia in scriptura sacra reperiuntur que possunt ad papam hereticum applicari. Ex quibus (et ista vel consimili ‘papa est hereticus’) concluditur evidenter quod papa hereticus non est verus papa, et per consequens quod est papatu privatus.

**Discipulus:** Hoc scire desidero, scilicet, quomodo ex contentis in scriptura divina probare nituntur quod papa, si efficiatur hereticus, non est verus papa.

**Magister:** Hoc per plures rationes probare conantur.

Quarum prima est hec. Verus papa, quantumcunque sceleratus et impius, a catholicis est sequendus, quia, licet eius opera imitanda non sint, eius tamen doctrina est servanda, Ipsa Veritate testante, que Matthei 23 ait: “*Super cathedram Moysi sederunt scribe et pharisei, omnia ergo quecunque dixerint vobis servate et facite, secundum opera vero eorum nolite facere*”. Ex quibus verbis colligitur quod sacerdotes veteris legis sequendi fuerunt quantum ad doctrinam et precepta. Ergo multo magis papa sequendus est quamdiu manet papa. Sed si papa efficiatur hereticus, nullatenus est sequendus, precipiente Christo qui, ut habetur Luce 21, ait: “*Multi enim venient in nomine meo dicentes quia ‘ego sum’, et tempus appropinquabit, nolite ergo ire post illos*”. Ex quibus verbis colligitur quod, qui venerit in nomine Christi, et tamen est adversarius Christi, non est eundum post eum. Sed quicumque dicit se esse vicarium Christi, venit in nomine Christi, et si errat contra fidem est adversarius Christi. Ergo non est eundum post illum, nec est aliquo modo sequendus, et per consequens non est verus vicarius Christi, quia verus vicarius Christi est sequendus. Et ita papa quam cito fit hereticus sententia Christi est papatu privatus.

---

68,32 Matthei 23] Matthew 23:2-3 40 Luce 21] Luke 21:8

---

18 Respondent] respondet An 19 non fiat] nulla inveniatur Ly  
 20 universalial] verba We 21 et] ex We 23 quod] omitted We  
 25 desidero] desi<sup>re</sup> An | scilicet] omitted Ly 26 nituntur] mittuntur Bb  
 nituntus An 35 vero] autem We | verbis] vobis An 37 papa] omitted  
 Ly 38 efficiatur] efficitur Bb efficeretur Ly 40 enim] omitted Ww  
 41 quia] omitted Ww | sum] Christus added We 42 venerit] ve<sup>t</sup> Fi An  
 44 quicumque] qui Ly 46 illum] eum We 48 Christi<sup>1</sup>] omitted Bb  
 sequendus] secandus An 49 est] omitted Bb An We

**Discipulus:** Ista ratio tripliciter videtur deficere. Primo, quia male intelliguntur verba Christi cum dicit “*multi enim venient in nomine meo dicentes ‘ego sum’*”. Non enim loquitur Christus de illis qui venturi erant in nomine Christi, asserturos se esse vicarios Christi, quales sunt summi pontifices. Sed loquitur de illis qui venturi erant in nomine Christi dicturi se habere potestatem et dignitatem ac sublimitatem Christi, et illi nullo modo sunt sequendi. Si enim aliquis papa primo catholicus postea diceret se esse Christum, et quod honor divinus esset ei impendendus, nullo modo esset eundem post ipsum.

Secundo videtur deficere ratio supradicta, quia ire post papam contingit dupliciter: vel sequendo eius doctrinam, vel sequendo precepta ipsius. Quamvis ergo, si papa efficeretur hereticus, non esset eundem post ipsum sequendo eius doctrinam, quia doctrina heretica est omnimodo vitanda. Esset tamen eundem post ipsum eius obediendo preceptis, et ita maneret verus papa.

Tertio deficit ratio supradicta, quia, si ipsa concluderet, probaret aperte quod, si papa absque omni pertinacia erraret contra fidem, esset papatu privatus. Nam qui docet falsam doctrinam, sive pertinaciter sive non pertinaciter, non est in hoc sequendus. Et ita qui veniret in nomine Christi dicens ‘ego sum papa et vicarius Christi’, et teneret quomodocunque doctrinam contra fidem, non esset eundem post illum. Et per consequens esset papatu privatus, quod est omnino contrarium veritati.

**Magister:** Istantias tuas quidam pro re frivolas arbitrantur, putantes per ipsas demonstrative probare conclusionem intentam.

Per primam enim ostendunt, ut eis videtur aperte, quod papa, si efficiatur hereticus, voce Christi est papatu privatus. Talem namque faciunt rationem. Idem iuris est de heresi

---

52 enim] *omitted* Ww 53 venient] veniunt Bb Fi An 54 erant] *omitted* An 55 asserturos] assertures An asserentes Ly | vicarios] vicario An 56 loquitur] Ly: loquebatur Bb Fi An We | illis] naturalis An 57 et dignitatem] *omitted* Bb 58 Christi] *omitted* Bb 62 supradicta] predicta Ly 63 contingit] contigit Bb | vel<sup>1</sup> ...doctrinam] *omitted* Bb | eius] *omitted* Ly 64 sequendo...ipsius] precepta eius Ly | si] *omitted* Ly 65 esset] *omitted* Bb 66 doctrinam quia] *omitted* Bb | doctrina] eius *added* We | est] et *added* We | vitanda] esset *added* We 74 quomodocunque] quemcumque Bb 75 illum] eum We 76 omnino] omnino Ly 78 pro re] prompte Fi pro te We *omitted* Ly 79 arbitrantur] arbitri An 82 efficiatur] effi<sup>tr</sup> Bb 83 iuris] ius Ly

minima et de maxima, quia idem iuris est in parvis et in magnis. Sic etiam deferendum est pro causa minima sicut pro maxima interiecte appellationi. Furtum etiam ita committitur in re minima sicut in maxima. Sed si aliquis papa, effectus hereticus, diceret se esse Christum et verum Deum sicut Christus fuit verus Deus, voce Christi esset papatu privatus, cum dicit "*nolite ire post illos*". Illis enim verbis Christus precepit nullum esse sequendum qui diceret se Christum et Deum, et per consequens eisdem verbis papam papatu privavit, si presumeret se asserere Christum et verum Deum. Ergo, consimiliter, Christus eisdem verbis papatu privavit omnem papam qui in quamcunque, etiam minimam, heresim laberetur. Et per hoc respondent ad instantiam memoratam, dicentes quod verba Christi predicta debent intelligi tam de illis qui dicturi erant se dignitatem Christi habere quam de omnibus hereticis asserentibus se doctrinam veram asserere.

Per secundam etiam instantiam conclusionem intentam probare nituntur, quia, si papa est sequendus, aut sequendus est quantum ad doctrinam, aut quantum ad precepta. Sed neutro modo papa hereticus est sequendus. Ergo non est verus papa. Maior videtur aperta. Minor probatur, quia quod non sit sequendus quo ad doctrinam patet, quia nulla doctrina heretica est sequenda. Quod etiam non sit sequendus quantum ad precepta patet, quia unum de principalibus preceptis pape est ut subditi eius doctrinam observent. Si ergo papa hereticus non est sequendus quo ad doctrinam, nec etiam quo ad precepta est sequendus, et per hoc patet responsio ad instantiam quam adducis.

Ad tertiam respondetur quod papa non in omnibus est sequendus. Si enim male vivit eius vita nullatenus est sequenda. Et ideo si docet aliquid absque omni pertinacia contra fidem in hoc minime est sequendus. Papa tamen,

---

84 minima] minime An | iuris] ius Ly | in<sup>2</sup>] omitted Bb 85 magnis] magis An | est] a papatu added We 86 interiecte] interdicte An appellationi] omitted We | ita] omitted Ly 88 esse] omitted Ly 89 esset] omitted An 91 precepit] precipit Bb Fi An 92 papatu] privata An 93 asserere] omitted Ly 95 in] omitted Bb | quamcunque] quantamcunque Ly | minimam] mo<sup>nam</sup> An 96 hoc] hec Bb 98 dicturi] ducturi An 99 se] sese Ly | asserere] astruere Ly 100 etiam] omitted Fi | conclusionem] etiam added We | conclusionem intentam] intentum Ly 104 probatur] sic added We | quia] omitted Ly 105 quo] quantum We 107 principalibus] principalioribus Bb 108 observent] servent Ly 110 etiam] omitted Bb 111 quam] quo Bb An

manens papa, quantum ad illa que irrevocabiliter docet est sequendus. Et ideo, si irrevocabiliter aliquid docet contra fidem, sit eo ipso non verus papa et est papatu privatus. Si autem aliquid docet contra fidem et paratus est corrigi, non est propter hoc papatu privatus.

120

**Discipulus:** Quomodo scietur quod papa docet aliquid irrevocabiliter contra fidem, et aliquid non irrevocabiliter?

**Magister:** Ad hoc dicitur quod hoc iudicari debet per verba et opera eius. Quandoque enim convincendus est per verba que dicit, quandoque per opera que agit, sicut ex quarto huius potes advertere.

125

**Discipulus:** Suntne plures rationes pro assertione predicta?

**Magister:** Secunda ratio, in scriptura divina fundata, est talis. Universi pseudoprophete et pseudochristi a cunctis fidelibus sunt vitandi, Ipsa Veritate testante, que, ut habetur Matthei 24, ait: *“Surgent enim pseudochriste et pseudoprophete et dabunt signa magna et prodigia ita ut in errorem inducantur, si fieri potest, etiam electi. Ecce predixi vobis. Si ergo dixerint vobis ‘ecce in deserto est’, nolite exire, ‘ecce in penetrabilibus’, nolite credere”*. Ex quibus verbis datur intelligi quod pseudoprophete et pseudochristi sunt vitandi. Sed papa, si efficiatur hereticus, inter pseudoprophetas et pseudochristos est censendus. Ergo voce Christi, quam cito scitur esse talis, a cunctis catholicis est vitandus et per consequens voce Christi est papatu privatus, quia verus papa a catholicis nullatenus est vitandus.

130

135

140

Tertia ratio talis est. Qui est de medio fidelium auferendus non est verus papa, cum verus papa sit a cunctis fidelibus honorandus. Sed papa hereticus, etiam si signa faceret et predicaret aliquid et ita eveniret, est de medio fidelium auferendus, eo quod sententia divina lata est contra ipsum

145

---

125 sicut... 126 advertere] PP\* 132 Matthei 24] Matthew 24:24-26

---

116 quantum... 117 sequendus] quantum autem ad illa que contra fidem docet irrevocabiliter non est sequendus Ly 118 sit] sic Ly | non] est added Ly 121 scietur] hoc added Ly 124 et] per added Ly 126 potes advertere] potest averti We 129 divina] sacra Ly 130 Universi] uñs Fi An 131 vitandi] vitanda Bb 132 Matthei] omitted An | enim] omitted Bb Fi An | pseudochriste] seudochryste We 133 ut] non Bb An 136 penetrabilibus] penetra<sup>bus</sup> Fi penetalibus Ly 139 Ergo] vera added Ly 140 cito] sic added Ly 141 est] omitted Bb 145 a cunctis] ab omnibus We 146 faceret] fieret An 147 eveniret] evenirent Ly 148 lata] latam An



Deuteronomio 13, ubi sic legitur: “*Si surrexerit in medio tui propheta aut qui sompnium vidisse se dicat, et predixerit signum atque portentum et evenerit quod locutus est et dixerit tibi ‘eamus et sequamur deos alienos’ quos ignoras, et ‘serviamus eis’, non audies verba prophete illius aut sompniatoris, quia temptat vos Dominus Deus vester*”. Et infra: “*Propheta autem ille aut fictor sompniorum interficietur quia locutus est ut vos averteret a Domino Deo vestro qui eduxit vos de terra Egipti et redemit vos de domo servitutis, ut errare te faceret de via quam precepit tibi Dominus Deus tuus, et auferes malum de medio tui*”. Ex quibus verbis colligitur quod quicumque, nullo excepto, nisus fuerit a via Domini et a veritate catholica fideles avertere, est de medio fidelium auferendus. Sed papa, si est hereticus et pravitatem docuerit hereticam, a fide conatur fideles avertere, ergo est de medio fidelium auferendus, et per consequens verus papa minime est censendus.

**Discipulus:** Si papa doceret servire diis falsis vel colere idola, videtur quod eo ipso non esset reputandus verus papa. Sed propter quamlibet heresim non videtur quod sit statim papatu privatus.

**Magister:** Hic concedis quod est aliqua heresis quam, si papa incurreret, statim ipso facto est papatu privatus voce Dei. Ergo pro omni heresi cui pertinaciter adhererit est ipso facto per divinam sententiam papatu privatus, quia de heresi una et alia quantum ad hoc consimiliter est dicendum.

Quarta ratio est hec. Antichristus non est verus Christi vicarius reputandus. Sed papa hereticus est veraciter Antichristus, teste beato Iohanne qui, in canonica sua 1<sup>a</sup> cap. 4<sup>o</sup>, ait: “*Omnis spiritus qui solvit Iesum ex Deo non est, et hic*

---

149 Deuteronomio 13] Deuteronomy 13:1-3 155 infra] Deuteronomy 13:5 178 beato Iohanne] 1 John 4:3

---

149 medio] meo An 150 qui] quis Ly | sompnium] sompnes Fi 151 evenerit] veniret Bb venerit Fi An We | locutus] omitted Ly 153 prophete] prophētē Fi prophētē An 156 vos] nos An 157 domo] medio We 159 tuus] Fi (*scripted then cancelled*) omitted Bb An We Ly 160 verbis] omitted Bb | nisus] visus An Ly 162 Sed] si added An 163 docuerit] docet We | hereticam] hereticum An 166 colere] celere An 168 quamlibet] omitted An 171 incurreret] incurrerit Bb We | est] omitted Bb 176 Antichristus] Antechristus An 177 reputandus] omitted Ly 178 Antichristus] An<sup>x</sup> An | qui] omitted Ly | in] omitted Fi An 1a] 9<sup>a</sup> (=contra) Bb 179 4o] 9 An Ly | ait] dicit We | solvit] sol<sup>vi</sup> or so<sup>m</sup> Fi | Iesum] Ihiū An

180 *est Antichristus de quo audistis quoniam iam venit*". Ex  
 quibus verbis datur intelligi quod quicumque negat fidem  
 Christi Antichristus est censendus. Papa ergo hereticus est  
 Antichristus, et per consequens non est verus vicarius Christi.  
 Ex quo sequitur quod est papatu privatus.

185

Quinta ratio est hec. Ille non est verus papa cui fideles  
 minime communicare debent, quia pape est communicandum  
 et obediendum. Sed pape heretico fideles communicare  
 minime debent. Ergo papa hereticus non est verus papa.  
 190 Maior est manifesta. Minor probatur auctoritate beati  
 Iohannis qui, in canonica sua 2<sup>a</sup>, ait: "*Si quis venerit ad vos et  
 hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum, nec  
 'ave' ei dixeritis. Qui enim dicit ei 'ave' communicat operibus  
 eius malignis*". Que verba Beda, ut legitur 24 q. 1 c. *Omnis*,  
 195 exponens, ait: "*Si quis venit ad vos, et hanc doctrinam non  
 affert, nolite recipere eum in domum, nec 'ave' ei dixeritis.  
 Qui enim dicit illi 'ave' communicat operibus eius malignis*".  
*Hec Iohannes de hereticis sive schismaticis detestandis que  
 verbis docuit etiam factis exhibuit. Narrat enim de illo  
 200 auditor eius sanctissimus et martyr fortissimus Policarpus,  
 Smyrneorum antistes, quod tempore quodam, cum apud  
 Ephesum balneas lavandi gratia fuisset ingressus, et vidisset  
 ibi Cherinthum, exilierit continuo, et discesserit non lotus,  
 dicens 'fugiamus hinc, ne et balnee ipse corruant, in quibus  
 205 Cherinthus lavat inimicus veritatis'*". Ex quibus verbis datur  
 intelligi quod illi qui non affert doctrinam Christi est  
 nullatenus communicandum. Papa autem hereticus non affert

---

190 beati... 191 Iohannis] 2 John 1:10-11 194 24...Omnis] C. 24 q. 1 c.  
 24 col. 1843

---

180 de quo] et de eo Ly | audistis] audivistis An 182 censendus]  
 censendus Bb 186 non est] omitted An 187 pape] et added Bb Fi An  
 We 191 in] omitted Fi An We | 2a] 2<sup>o</sup> An omitted Ly | venerit] Ly:  
 venit Bb Fi An veñ We 192 doctrinam] suam added Ly 193 dicit]  
 dixerit Ly | ei<sup>2</sup>] Ly: illi Bb Fi An We 194 malignis] We: malis Bb Fi An  
 Ly | 24] .e. added Bb 195 venit] Ly: venerit Bb Fi An We 197 dicit]  
 dixit Ly | eius] illius Ly | malignis] We: malis Bb Fi An Ly 198 Hec]  
 enim added Ly | detestandis] devitandis Ww | que] qui An 199 etiam]  
 et Fi Ly 200 sanctissimus] vir added Ly 201 Smyrneorum] Ly:  
 Smirorum Bb Fi Simirorum An Smirniorum We 202 Ephesum]  
 Epheseum Ly | balneas] balnea We 203 exilierit] omitted Bb Fi An We  
 exiit Ly | et] Ly: omitted Bb Fi An We | discesserit] discescit We  
 204 et] omitted Ly 205 Cherinthus] Chorinthus Bb Corinscus Fi An  
 lavat] lavatur Ww 206 illi] ei Ly

doctrinam Christi, ergo ei nullatenus est communicandum, et per consequens non est verus papa.

**Discipulus:** Beatus Iohannes non loquitur de papa heretico, sed de aliis hereticis quibus non est communicandum. 210

**Magister:** Hec responsio impugnatur. Primo, quia beatus Iohannes inter papam non afferentem doctrinam Christi et alium non distinguit, sed dat pro regula generali quod quicumque non attulerit doctrinam Christi, non est communicandum eidem. 215

Secundo, ostenditur ex ratione beati Iohannis quod regula sua magis intelligenda est de papa heretico quam de aliis hereticis. Assignans enim pro ratione quare hereticus est vitandus, et non est ei dicendum ‘ave’, ait: “*Qui enim dicit illi ‘ave’ communicat operibus eius malignis*”. Ex quibus verbis datur intelligi quod qui dicit ‘ave’ heretico communicat operibus eiusdem malignis. Sed operibus malis neque pape heretici neque aliorum hereticorum est communicandum quoquo modo. Immo minus communicandum videtur operibus malis pape heretici quam aliorum hereticorum, eo quod propter dignitatem qua fungitur papa hereticus magis nocere valebit fidei orthodoxe, si fautores, sequaces, et defensores habuerit, quam alii heretici, teste beato Augustino qui, ut legitur dis. 83 c. *Nemo*, ait: “*Nemo quippe in ecclesia amplius nocet quam qui perverse agens nomen vel ordinem sanctitatis habet. Delinquentem namque hunc nemo redarguere presumit, et in exemplum culpa vehementer extenditur, quando pro reverentia ordinis peccator honoratur*”. Ex quibus verbis infertur quod nemo amplius nocere potest ecclesie Dei quam papa perverse agens et 220 225 230 235

---

215 dat...generali] Unusual formulation. Ockham as a rule prefers “nec nos debemus distinguere”. 221 ait] 2 John 1:11 231 dis...Nemo<sup>1</sup>] D. 83 c. 2 col. 531

---

210 loquitur] le<sup>ur</sup> Bb 214 afferentem] auferentem An 220 Assignans] affirmatur Ly | quare] qualiter We 221 ait] dicit Ly | enim] omitted An | dicit] dixerit We Ly | illi] sibi Ly 222 eius] illius Bb An | eius malignis] suis malis Ly | Ex...224 malignis] omitted We | verbis] omitted Bb 224 eiusdem] suis Ly 226 quoquo...227 hereticorum] omitted Ly | videtur...227 malis] est operibus malignis We 227 hereticorum] omitted An 229 valebit] valeret Ly 230 habuerit] haberet Ly 231 qui] est An | ecclesia] Dei added We Ly 232 agens] ageret Bb 233 sanctitatis] vel sacerdotis added Ly | nemo] nullus Ww 236 nemo] potest added An 237 agens] omitted Ly

heresim dogmatizans, si pro reverentia papalis officii honoratur. Si ergo operibus malis aliorum hereticorum catholici communicare non debent, multo magis communicare non debent operibus malis pape heretici. Et per consequens ei dicere ‘ave’ minime debent, quia, secundum beatum Iohannem, qui dicit cuicumque heretico ‘ave’ communicat operibus illius malignis.

245 **Discipulus:** Alias rationes adducas.

**Magister:** Sexta ratio est hec. Ille non est verus papa qui neque in spiritualibus neque in temporalibus debet esse iudex fidelium, quia verus papa est verus iudex omnium christianorum. Sed papa hereticus neque in spiritualibus neque in temporalibus debet esse iudex fidelium. Quod autem non in temporalibus patet per Apostolum qui, 1 Corinth. 6 Corinthios reprehendit quod coram infidelibus litigabant, dicens sic: “*Non est inter vos sapiens quisquam qui possit iudicare inter fratrem suum? Sed frater cum fratre iudicio contendit, et hoc apud infideles?*” Ex quibus verbis datur intelligi quod fideles, etiam pro temporalibus, non debent coram infideli contendere, si inter se sapientem habuerint qui inter ipsos sciat et valeat iudicare. Ex quo concluditur quod multo fortius infidelis in spiritualibus non debet esse iudex fidelium. Papa autem hereticus est infidelis. Ergo non debet esse iudex fidelium, et per consequens non est verus papa.

Septima ratio est hec. Ille qui, tanquam proprio iudicio condempnatus, est a fidelibus devitandus, non est verus papa, quia verus papa nec est condempnatus nec est a fidelibus devitandus. Sed papa hereticus, tanquam proprio iudicio condempnatus, est a fidelibus devitandus, teste Apostolo qui, ad Titum 3<sup>o</sup>, ait: “*Hereticum hominem post unam et secundam correptionem devita, sciens quia subversus est qui*

---

251 1...6] 1 Corinthians 6: 5-6 268 ad...3o] Titus 3:10-11

---

238 reverentia] rev'e'a<sup>o</sup> An 240 debent] debet An 242 minime] non Ly 245 adducas] deductas An 246 qui] omitted Bb 250 autem] omitted We Ly 251 non] omitted Bb Fi An | 1] ad added We Ly | 1 Corinth] omitted Fi 252 reprehendit] rep'hē<sup>t</sup> Fi rep'hēt An 254 suum] et fratrem Bb Fi An We | fratre] in added Ww 256 debent] debet An 257 infideli] infidelibus Ly | habuerint] hir'it An 263 hec] talis Ly 264 condempnatus] est added Ly | devitandus] evitandus Ly | non... 266 Sed] omitted Ly 265 nec<sup>1</sup>] non We | a...266 devitandus] af<sup>e</sup>de<sup>s</sup> followed by gap An 267 condempnatus] est ergo added Ly devitandus] evitandus Ly 268 unam] Ly: primam Bb Fi An We 269 quia] quod Ly | qui...270 eiusmodi] cuiusmodi Fi

*eiusmodi est et delinquit proprio iudicio condemnatus*". Ex 270  
quibus verbis patet quod papa hereticus, tanquam proprio  
iudicio condemnatus, est vitandus.

Quod etiam Ambrosius, ut habetur 24 q. 1 c. *Que*  
*dignior*, asserit manifeste, ita dicens: "*Fides ergo in primis*  
*ecclesia querenda mandatur, in qua, si Christus habitator sit,* 275  
*haud dubie sit legenda. Sin vero populus perfidus, aut*  
*preceptor hereticus deformet habitaculum, vitanda*  
*hereticorum communio, fugienda synagoga censetur,*  
*excutiendo pedum puluis, ne fatiscentibus perfidie sterilis* 280  
*siccitatibus tanquam humi arido arenoaque mentis tue*  
*vestigium polluatur. Nam sicut corporeas infirmitates populi*  
*fidelis suscipere in se debet evangelii predicator, et tamquam*  
*propriis inania gesta pulveri comparanda allevare, atque*  
*abolere vestigiis, iuxta quod scriptum est 'quis infirmatur, et* 285  
*ego non infirmor?'*, ita, si qua est ecclesia que fidem respuat,  
*nec apostolice predicationis fundamenta possideat, ne quam*  
*labem perfidie posset aspergere, deserenda est. Quod*  
*Apostolus quoque evidenter asseruit dicens 'hereticum*  
*hominem post unam et secundam correptionem devita*". Ex 290  
quibus verbis datur intelligi quod papa hereticus, etiam  
absque omni humana sententia, est vitandus. Ratio enim  
quare Ambrosius asserit hereticos devitandos est ne quos labe  
perfidie, scilicet pravitatis heretice, possint aspergere. Papa  
autem hereticus inter omnes hereticos efficacius, fortius,  
celerius, et universalius potest aspergere heretica pravitate 295

---

273 24...274 dignior] C. 24 q. 1 c. 26 col. 1846 284 scriptum est] 2  
Corinthians 11:29

---

270 et delinquit] omitted We | delinquit] cum sit added Ly | Ex...272  
vitandus] ergo est vitandus Ly 273 q] omitted Bb | Que] Qui Bb An  
We 275 ecclesia] ecclesie We Ly 276 haud] hanc Bb haut Fi An se  
added We | legenda Sin] legendum. Si Ww | aut] ac Fi An  
277 deformet] ecclesie added Ww 279 excutiendo] excuti<sup>d</sup> Bb  
excutiendus Fi An We Ly | puluis] p<sup>o</sup>lvis An 280 humi] huni Bb  
humarido Fi hūm An | arido] aride Ly omitted An | arenoaque]  
arenosque Fi arenosunque An arenoseque Ly | mentis...281 polluatur]  
In We scriptor 10<sup>as</sup> begins his copywork with these words (at fo. 103r line  
1) | tue] Ly: sue Bb Fi An We 281 corporeas] corpore etas (sic) An  
282 et...284 vestigiis] omitted Ww 286 quam...287 labem] quem labe  
Ww 287 posset] possit Ww | deserenda] desenda An 288 Apostolus]  
App<sup>9</sup> Fi 289 secundam] alteram Ww 290 datur] potest Ly  
292 devitandos] devintandos An 293 perfidie] omitted Bb  
294 hereticos] et (omitted We) plusquam quicumque hereticus added We  
Vc Ox 295 universalius] Fi: ul'u<sup>9</sup> Bb ullus An uilius We ulius Ly (  
*abbreviations*)

populos christianos. Ergo papa hereticus, ante omnem humanam sententiam, est a catholicis, tanquam divina condempnatus sententia, devitandus, et per consequens verus papa minime est censendus.

300 **Discipulus:** Verba Apostoli videntur ostendere quod papa hereticus non est sententia divina condempnatus, cum dicat Apostolus “*hereticum hominem post unam et secundam correctionem devita*”, aperte insinuans quod ante primam et secundam correctionem non est a fidelibus devitandus. Ex  
305 quo infertur quod papa hereticus ante primam et secundam correctionem non est divina sententia condempnatus.

**Magister:** Ad istam obiectionem respondetur quod prima et secunda correctio minime requiruntur ad condempnationem pape heretici, nec precedunt  
310 condempnationem eius, quia absque omni correctione papa hereticus est dampnatus. Cum enim correctio sententiam dampnationis nequaquam contineat, et nullus absque omni sententia divina et humana est vitandus, si papa hereticus post  
315 primam et secundam correctionem sic est vitandus, constat quod ante correctionem primam et secundam papa hereticus aliqua sententia divina vel humana extitit condempnatus, et ita prima et secunda correctio non precedunt sententiam condempnationis pape heretici. Sed sepe quando aliquis fit  
320 hereticus, quia negat veritatem quam non tenetur explicite credere, ad hoc quod sciatur esse condempnatus divina sententia, et per consequens ut constet quod est a catholicis devitandus, requiritur prima et secunda correctio, quia sepe aliter constare non potest quod est pravitate heretica irretitus. Quandoque enim per primam correctionem minime innotescit  
325 quod errans contra fidem pertinaciter errat, et ideo adhuc non constat quod est vitandus. Per secundam autem correctionem constat an paratus sit corrigi, vel in sua sententia pertinaciter perseveret. Et ideo tunc scitur an sit divina sententia condempnatus, et per consequens an sit a fidelibus evitandus.

---

302 unam] primam Ww 304 a fidelibus] hereticus We | devitandus] evitandus We 306 est] a fidelibus devitandus (evitandus Vc) et per consequens ante primam et secundam correctionem non est added We Vc Ba (*but not* Ox) 309 precedunt] prece<sup>ut</sup> An 310 eius] cuius An 311 sententiam] omitted An 313 si...314 vitandus] omitted An 314 sic est] sit Fi We 316 vel] et An 317 ita] ī An 318 aliquis] quis We | fit] sit An 320 esse] hoc added Fi | condempnatus] dampnatus We Ly 321 catholicis] chatholicis Bb 324 innotescit] innotesit We 327 vel] omitted An 328 perseveret] perseverare Ly 329 condempnatus] condampnatus We | evitandus] devitandus We

Per primam ergo et secundam correctionem intelligit 330  
Apostolus omnem correctionem qua innotescit errantem esse  
in sua sententia pertinacem, et per consequens qua constat  
ipsum esse divina sententia condempnatum et a catholicis  
devitandum.

**Discipulus:** Suntne plures rationes pro assertione 335  
predicta?

**Magister:** Octava ratio est hec. Qui est anathematizatus  
non est verus papa, quia talis est ab ecclesia separatus. Verus  
autem papa est ab ecclesia minime separatus, cum sit caput  
ecclesie. Caput vero ab ecclesia separatum non est verum 340  
caput, sicut nec caput a corpore separatum est amplius caput,  
quemadmodum homo mortuus non est homo, et, ut dicit  
quidam, ‘caput est capitati caput’. Sed papa hereticus est  
anathematizatus, teste Apostolo, qui, ad Galatos 1<sup>o</sup> cap., ait:  
“*Licet nos aut angelus de celo evangelizet vobis preter quam 345*  
*quod evangelizavimus vobis anathema sit, sicut prediximus et*  
*nunc iterum dico, si quis vobis evangelizaverit preter id quod*  
*accepistis, anathema sit*”. Ergo papa hereticus non est verus  
papa.

**Discipulus:** Videtur quod ista ratio non concludit quia 350  
Apostolus non dicit quod talis evangelizator anathema est,  
sed dicit ‘anathema sit’, insinuans quod talis non est  
anathematizatus sed anathematizandus. Et ita papa hereticus  
non est anathematizatus sed anathematizandus.

**Magister:** Respondetur quod verba Apostoli non recte 355  
intelligis. Non enim dicit Apostolus ‘anathema sit’ quia  
evangelizator hereticalis doctrine est anathematizandus non  
anathematizatus, sed ideo dicit ‘anathema sit’ quia vult verba

---

**342** ut...343 quidam] Ockham, *Expositio in librum predicamentorum Aristotelis*, cap. 13 (OPh, II, p.253): “caput dicitur convenienter caput”. Cf. L. Minio-Paluello, *Aristoteles Latinus*, I, (Bruges-Paris: Descles de Brouwer, 1961) pp. 19, 60, 98. **344** Galatos...cap] Galatians 1:8-9

---

**330** correctionem] in *added* Ly **332** qua] quia Bb Fi An **333** ipsum] illum Ly **338** est<sup>1</sup>] *omitted* Bb | talis] anathematizatus We **339** caput] capud We **340** vero] autem Ly | verum] amplius Ly **343** quidam] We Vc Ox: Aristoteles Ly Va Vg Aristoteles *added* Bb Fi An Na Vd **345** evangelizet] evangelizaret Fi An **346** quod] *omitted* Bb evangelizavimus] evangelizamus Bb An evangelizemus Fi | prediximus] Ly: predixi Bb Fi An We **347** evangelizaverit] evange<sup>lit</sup> An **348** verus] *omitted* Ly **350** concludit] concludat We **351** dicit] concludit Ly anathema...354 anathematizandus] anathe<sup>us</sup> An **353** sed...354 anathematizandus] *omitted* Fi **354** sed] est *added* We **355** recte] *omitted* Bb **356** enim] ideo *added* We **357** evangelizator] evangelista Fi | anathematizandus] anathe<sup>us</sup> An

360 sua intelligi conditionaliter, scilicet, si aliquis evangelizaret  
 contra doctrinam apostolicam, sequitur quod sit anathema, ita  
 quod talis conditionalis est vera: ‘si aliquis evangelizaret  
 contra doctrinam Apostoli ipse est anathema’.

Aliter dicitur, et predictis non obviat, quod cum dicit  
 Apostolus ‘anathema sit’, sic debet intelligi: anathema sit,  
 365 hoc est tanquam anathema sit habendus, et per consequens  
 talis est ab ecclesia fidelium separatus.

**Discipulus:** Alias libenter audiam rationes.

**Magister:** Nona ratio est hec. Homo alterius secte non  
 debuit esse rex fidelium constitutorum sub veteri lege. Ergo,  
 370 multo fortius, homo alterius secte non debet esse caput  
 constitutorum sub nova lege. Papa autem est caput omnium  
 constitutorum sub nova lege. Ergo nullus alterius secte potest  
 esse verus papa. Sed verus papa est caput omnium  
 christianorum, papa autem hereticus est alterius secte, ergo  
 375 papa hereticus non est verus papa.

Quod autem homo alterius secte non debuit esse rex  
 fidelium constitutorum sub veteri lege lex divina apertius  
 manifestat, cum dicat Deuteronomio 17: “*Non poteris  
 alterius gentis hominem regem facere qui non sit frater tuus*”.  
 380 Ergo consimiliter homo alterius secte non est verus papa.

Decima ratio est hec. Nemo alterius secte est verus  
 propheta et doctor christianorum. Ergo, multo magis, nemo  
 alterius secte est verus papa catholicorum. Papa autem  
 385 hereticus est alterius secte, ergo non est verus papa.

Quod autem nemo alterius secte possit esse propheta aut  
 doctor catholicorum divinis testimoniis videtur aperte probari.  
 Ait enim Deus Moysi Deuteronomio 18: “*Prophetam  
 suscitabo eis de medio fratrum suorum similem tui, et ponam  
 390 verba mea in ore eius*.” Ex quibus verbis colligitur quod  
 verus propheta et doctor christianorum catholicorum est de

---

**378** Deuteronomio 17] Deuteronomy 17:15    **388** Deuteronomio 18]  
 Deuteronomy 18:18

---

**359** evangelizaret] evangelizet We    **360** doctrinam] doctrina Bb | ita]  
 ista Bb infra An    **361** evangelizaret] evangelizet We    **363** quod] *omitted*  
 Ly    **364** sit<sup>1</sup>] et *added* We | sic] *omitted* An | sic...sit<sup>2</sup>] *omitted* Ly  
**368** hec] talis Ly    **369** Ergo...371 lege] *omitted* Ly    **370** esse] *omitted*  
 An    **373** verus<sup>2</sup>...est] papa est verus Bb    **375** papa<sup>1</sup>] *omitted* Ly  
**378** 17] 16 Ly    **383** et] aut We | doctor] docto Bb    **387** probari]  
 probare Bb Fi An    **388** Deus] Dominus We Ly | Moysi...18] Moy  
 sideutō 28 (*sic*) An | 18] 28 Fi    **391** propheta] We Vc Ox Ba: papa Bb  
 Fi An Ly | christianorum] *omitted* We



medio fidelium tantummodo suscitandus, et ita alterius secte esse non potest. Et per consequens homo alterius secte non est verus papa, cum verus papa sit verus propheta, id est doctor, fidelium, quia verbo pascere debet catholicos, Christo dicente Petro “*pasce oves meas*”. 395

Undecima ratio est hec. Verus papa est verus pastor ovium Christi. Papa autem hereticus non est verus pastor ovium Christi. Ergo papa hereticus non est verus papa. Maior est manifesta, quia est successor beati Petri, qui fuit verus pastor constitutus a Christo. Minor probatur, quia verus pastor ovium Christi est sequendus, teste ipso Christo qui, ut legitur Iohann. 10, de vero pastore loquens, ait: “*Oves vocem eius audiunt et proprias oves vocat nominatim et educit eas et cum proprias oves emiserit ante eas vadit et oves illum sequuntur*”. Et ita patet quod verus pastor est sequendus. Papa autem hereticus non est sequendus. Ergo non est verus pastor. 400

Item, fur non est verus pastor, quia Veritas Ipsa, ubi prius, furem a vero pastore distinguit. Sed papa hereticus est fur, quia papa hereticus tanquam fur non venit nisi ut furetur, et mactet, et perdat. Ergo papa hereticus non est verus pastor, et per consequens non est verus papa. 410

Duodecima ratio est hec. Qui non est de corpore ecclesie militantis non est verus papa, eo quod verus papa est verum caput ecclesie. Sed papa hereticus, nulla contra eum lata humana sententia, non est de corpore ecclesie militantis. Ergo papa hereticus non est verus papa. Maior est evidens. Minor ostenditur sic. Nullus hereticus est de corpore ecclesie quantumcunque putetur esse de corpore ecclesie. Ergo papa hereticus non est vere de corpore ecclesie. Antecedens probatur aperte auctoritate Augustini asserentis quod licet 415

---

396 dicente Petro] John 21:17 404 Iohann 10] John 10:3-4 411 prius] John 10:1ss.

---

392 ita] infra An 393 esse...secte] omitted Bb 395 verbo] volo An 400 ovium...401 successor] omitted Bb 402 pastor] papa Ly 404 10] 18 An 405 vocat] vocant Fi An 406 emiserit] omiserit An | illum] We: ipsum Bb Fi An eum Ly 407 Et] omitted Ly 410 Ipsa] omitted Ly 416 Duodecima] 22<sup>a</sup> An 418 nulla] nulli Fi An etiam added Ly | eum] ipsum We 419 militantis] quantumcunque putetur esse de corpore ecclesie Ly 420 verus] omitted Ly 422 quantumcunque...ecclesie] omitted Ly 423 vere] omitted Ly 424 Augustini] Vc: Gregorii Ww Ox

425 mali catholici pertineant ad ecclesiam que comprehendit  
 bonos et malos, heretici tamen non sunt de societate ecclesie.  
 Ait enim in omelia de parabola zizaniorum: “*Cum  
 negligenter agerent prepositi ecclesie, et dormitionem mortis  
 acciperent Apostoli, venit diabolus et superseminavit eos*  
 430 *quos malos filios Dominus interpretatur. Sed recte queritur  
 utrum heretici sint an male viventes catholici. Possunt enim  
 dici filii mali etiam heretici, qui etiam ex eodem evangelii  
 semine et Christi nomine procreati, pravis opinionibus ad  
 falsa dogmata convertuntur. Sed quod dicit eos in medio*  
 435 *tritici seminatos, quasi videntur illi significari qui unius  
 communionis sunt. Verumptamen quoniam Dominus agrum,  
 non ecclesiam, sed hunc mundum interpretatur, intelliguntur  
 heretici, qui non societate unius ecclesie vel unius fidei, sed*  
 440 *societate solius nominis christiani in hoc mundo  
 permiscentur bonis, ut illi qui in eadem fide mali sunt, palea  
 potius quam zizania deputentur, quia palea etiam  
 fundamentum ipsum habet cum frumento, radicemque  
 communem. In illa plane sagena qua concluduntur et mali et*  
 445 *boni, non absurde mali catholici intelliguntur. Aliud mare  
 quod magis mundum istum significat, aliud sagena que unius  
 fidei vel unius ecclesie communionem videtur ostendere*”. Ex  
 quibus verbis aperte colligitur quod absque omni humana  
 sententia omnes heretici sunt a corpore ecclesie separati, nec  
 sunt de ecclesia, licet quidam eorum putentur esse de ecclesia  
 450 quia quod sint heretici ignoratur. Dicit enim Augustinus quod  
 heretici “*non societate unius ecclesie vel unius fidei sed  
 societate solius nominis christiani in hoc mundo  
 permiscentur bonis*”. Ex quo patenter habetur quod heretici  
 non sunt de corpore eiusdem ecclesie cum bonis.

---

427 Ait] Augustinus Hipponensis, *Questiones septemdecim in evangelium secundum Mattheum*, q. XI (PL, t. 35, col. 1367)

---

425 comprehendit] comprehendet An 427 enim] Gregorius added Bb Fi An Ly | in] omitted Fi 430 Dominus] Deus Ly 431 sint] sit An 432 etiam<sup>1</sup>] et Ly | etiam<sup>2</sup>] omitted We Ly 434 quod] quid Fi 435 quasi] quo Ly 436 communionis] conditionis Ly | quoniam] Ly: quando Bb Fi An We | agrum] agl'u An 438 non] omitted Bb 441 deputentur] reputentur Ly 442 ipsum] idem Ly 443 illa] palea added Bb Fi An Ly | plane sagena] sane sagonaque Ly 444 mare] magnum added Ly 445 quod...significat] magnum quod significat istum mundum Bb Fi An | magis] omitted Ly 447 aperte] omitted Ly 448 heretici] catholici An 450 Augustinus] Vc: Gregorius Ww Ox 451 unius<sup>2</sup>] omitted Bb

Item, omnes qui sunt de corpore ecclesie militantis, sive sint boni sive mali, in una sagena concluduntur. Sed heretici cum catholicis, licet sint in uno mari, quia in uno mundo, non tamen sunt in una sagena secundum Augustinum. Ergo heretici non sunt de corpore ecclesie.

460

Quod etiam sic probatur. Ecclesia Christi est regnum Christi. Sed heretici non spectant ad regnum Christi, quia soli catholici spectant ad regnum Christi, teste beato Augustino qui, super Iohannem, ait quod fideles christiani sunt regnum quod non tollitur, imo emitur sanguine Christi. Et alibi super Iohannem ait: "*Quid est enim regnum eius nisi credentes?*" Ex quibus patet quod heretici non sunt de regno Christi, licet mali catholici sint de regno Christi. Quod autem regnum Christi sit ecclesia asserit evidenter Gregorius qui, in omelia de communi virginum, ait: "*Sciendum nobis est quod sepe in sacro eloquio regnum celorum presentis temporis ecclesia dicitur, de quo in alio loco Dominus dicit 'mittet filius hominis angelos suos, et colligent de regno eius omnia scandala'*". Cum ergo heretici non sint de regno Christi, quod comprehendit bonos et malos, sequitur quod non sunt de corpore ecclesie militantis. Et ita papa hereticus non est de corpore ecclesie.

465

470

475

Item, quod heretici non sint de corpore ecclesie sic probatur. Qui est extra ecclesiam non est de corpore ecclesie. Sed omnes heretici sunt extra ecclesiam. Ergo non sunt de corpore ecclesie. Maior est evidens. Minor probatur multis modis.

480

Primo sic. Qui noviter veniunt vel redeunt ad ecclesiam catholicam, prius extra ecclesiam restiterunt. Sed heretici,

485

---

**464** super Iohannem] Ockham paraphrases Augustine's *De Trinitate*, I, c. 10 (PL, t.42, col. 835) where the latter, commenting on John 16:25-28, states: "fideles quippe eius quod redemit sanguine suo dicti sunt regnum eius". **465** alibi] Augustinus Hipponensis, *In Iohannis evangelium*, tract. 115 (PL, t.35, col. 1939) **469** Gregorius] Gregorius Magnus, *Homiliarum in evangelio libri duo*, lib. 2, homil. 12 (PL, t.76, col. 1118) **472** in... loco] Matthew 13:41

---

**457** sint] sit An sunt Ly | sagena] segena An **459** Augustinum] Vc: Gregorium Ww Ox **462** heretici...quia] omitted Ly **464** quod] Kn: omitted Ww Na Vc Ox Vg Vd Fr **465** tollitur imo] colligitur sed Ly **466** est] omitted Ly **467** quibus] verbis added Ly **470** nobis] vobis Ly **472** quo] et added We **474** sint] sunt Ly **477** ecclesie] militantis added Ly **484** sic] modo Ly **485** catholicam...486 ecclesiam] omitted Bb restiterunt] Bb: extiterunt Fi An We Ly

suas hereses relinquentes, veniunt vel redeunt ad ecclesiam (1 q. 7 c. *Si qui voluerint* et c. *Quotiens* et c. *Saluberrimum* et c. *Convenientibus*). Ergo heretici non sunt de corpore ecclesie.

490 Item, illi qui sunt alibi quam in ecclesia catholica non sunt de corpore ecclesie. Sed heretici sunt alibi quam in ecclesia catholica (1 q. 7 c. *Qui in qualibet* et c. *Si qui presbyteri*). Ergo heretici non sunt de corpore ecclesie.

Item, qui exit de ecclesia non est de corpore ecclesie. Omnes autem heretici, quando efficiuntur heretici, exeunt de ecclesia (1 q. 1 c. *Si quis de ecclesia*). Ergo heretici non sunt vere de corpore ecclesie, etiam nulla lata humana sententia contra ipsos.

500 Item, ecclesia catholica ab ecclesia hereticorum distinguitur. Ergo heretici non sunt intra ecclesiam catholicam. Et ita papa hereticus non est de corpore ecclesie catholice.

Item, ecclesia catholica est congregatio fidelium. Sed papa hereticus, quantumcunque reputetur papa, etiam absque omni humana sententia, non est de congregatione fidelium. Ergo ante omnem humanam sententiam, eo ipso quod est hereticus, vere est extra ecclesiam et non est de corpore ecclesie.

510 Item, aut heretici, eo ipso quod sunt heretici, absque omni humana sententia, sunt extra ecclesiam, aut solummodo sunt extra ecclesiam per humanam sententiam. Si detur primum, habetur intentum, quod papa eo ipso quod est hereticus, ante omnem humanam sententiam, est vere extra ecclesiam. Si autem heretici sunt extra ecclesiam solummodo per humanam sententiam, ergo heretici qui precesserunt talem humanam sententiam fuerunt intra ecclesiam, quod non

---

**486** 1...487 voluerint] C. 1 q. 7 c. 8 col. 795 **487** c Quotiens] C. 1 q. 7 c. 9 col. 795 | c Saluberrimum] C. 1 q. 7 c. 21 col. 803 | c<sup>4</sup>...488 Convenientibus] C. 1 q. 7 c. 4 col. 789 **491** 1...qualibet] C. 1 q. 7 c. 10 col. 797 | c<sup>2</sup>...492 presbyteri] C. 1 q. 7 c. 1 col. 785 **495** 1<sup>1</sup>...ecclesia<sup>2</sup>] C. 1 q. 1 c. 70 col. 699 **515** non...516 censendum] A point against the opinion of 1 Dial. 6. 75

---

**486** relinquentes] delinquentes Ly | vel] et Fi An Ly **487** qui voluerint] Quis voluerit Fi | Saluberrimum] saluberrimi Ly **489** illi] omitted Ly alibi] omitted Bb **490** sunt<sup>2</sup>] omitted Bb **491** qualibet] quolibet An et] in added Fi An **496** vere] omitted Ly **498** hereticorum] heretica Bb catholicorum Fi An **503** quantumcunque] quandocunque Bb Fi An **504** de] omitted An **506** est<sup>2</sup>] omitted An **509** omni] We Vc Ox: omitted Bb Fi An Ly **512** ante...sententiam] absque omni humana sententia We **513** solummodo] secundo modo Ly **515** intra] extra We

modicum inconueniens est censendum. Ex hec enim sequitur  
 manifeste quod aliquando fuit una ecclesia catholicorum et  
 hereticorum, immo sequitur quod posset adhuc esse una  
 ecclesia catholicorum et hereticorum, quia omnis humana  
 sententia qua heretici extra ecclesiam missi fuerunt, posset, 520  
 per illos qui eandem auctoritatem habent quam habuerunt qui  
 talem tulerunt sententiam, revocari. Et ita, revocata humana  
 sententia, possunt heretici in sua perfidia persistentes reverti  
 ad ecclesie unitatem, quod impossibile est censendum. Quia,  
 si, revocata humana sententia qua sola heretici ab ecclesia 525  
 exclusi fuerunt, redirent ad ecclesie unitatem, aut redirent ad  
 unitatem ecclesie catholice, aut redirent ad unitatem alterius  
 ecclesie quam catholice. Si redirent ad unitatem ecclesie  
 catholice, ergo intra ecclesiam catholicam includuntur  
 heretici, et sic ecclesia catholica ita esset infidelium sicut 530  
 fidelium, quod impossibile est censendum. Si autem redirent  
 ad aliam ecclesiam quam ad catholicam, et redirent ad  
 unitatem a qua per humanam sententiam exclusi fuerunt, ergo  
 catholici essent de alia ecclesia quam de ecclesia catholica,  
 quod etiam est inconueniens reputandum. Omnis ergo 535  
 hereticus, sive papa sive alius, eo ipso quod est hereticus, etsi  
 nulla contra ipsum proferatur sententia, vere est extra  
 ecclesiam catholicam. Ex quo sequitur quod papa hereticus,  
 eo ipso quod est hereticus, non est de corpore ecclesie, et per  
 consequens non est caput ecclesie. Et ita papa hereticus non 540  
 est verus papa.

Tertiadecima ratio principalis est hec. Verus papa habet  
 potestatem et ius super omnes catholicos. Sed papa hereticus  
 nil potestatis aut iuris habet omnino. Ergo papa hereticus non 545  
 est verus papa. Maior est evidens. Minor ostenditur

---

516 modicum] modicom Bb | Ex...enim] Eo quod ex illis verbis Ly  
 hec] hoc Bb We 517 et...518 hereticorum] omitted Bb 518 sequitur]  
 omitted An | posset] possit Ly 520 missi] exclusi Ly 521 habuerunt]  
 habebant Ly 522 tulerunt] tulerit An 523 possunt] pn'e An 525 sola]  
 We: omitted Bb Fi An Ly | ecclesia] sola added Bb Fi An 526 ecclesie]  
 catholice added Ly 527 redirent...unitatem<sup>2</sup>] omitted Ly 528 redirent]  
 rediret Bb 529 catholicam] catholicum An | includuntur] includerentur  
 We 530 sic] ita We 531 censendum] cencendum Bb | redirent]  
 rediret Bb rodirent An 532 ad<sup>2</sup>] omitted Ly 533 a] omitted An  
 fuerunt] fuerant Ly 535 ergo] autem Ly 537 ipsum] eum Ly  
 proferatur] proferetur We humana added We Vc Ox 543 Tertiadecima]  
 Tredecima Ly 545 habet] 9<sup>et</sup> (badly scripted "h"?) An

auctoritate beati Cypriani qui, ut legitur 24 q. 1 c. *Didicimus*, ait: “*Didicimus omnes omnino hereticos et schismaticos nil habere potestatis aut iuris*”.

550 **Discipulus:** Bene probatur quod papa hereticus non est verus papa, et quod est papatu privatus, sed non probatur per auctoritatem predictam quod papa hereticus sit per divinam sententiam papatu privatus, quia beatus Cyprianus non dicit ‘didicimus in scriptura divina omnes omnino hereticos’ etc. ,  
555 sed sine determinatione ait “*didicimus*” etc. Potuit autem in canonibus sacris addiscere quod omnes omnino heretici nichil habent potestatis ac iuris, quia licet per scripturam divinam heretici non sint omni potestate privati, sunt tamen per sacros canones omni potestate ac iure nudati.

560 **Magister:** Videtur nonnullis quod, si verba sequentia beati Cypriani pensares subtiliter, invenires quod beatus Cyprianus asserit manifeste se in scriptura divina didicisse omnes omnino hereticos et schismaticos nichil habere potestatis ac iuris. Nam ad probandum verba predicta subdit:  
565 “*Invenimus in tali facinore non solum duces et auctores, sed etiam participes penis destinari, nisi a communione malorum se separaverint, precipiente per Moysem Domino et dicente ‘separamini a tabernaculis hominum istorum durissimorum, et nolite tangere ab omnibus que sunt eis ne simul pereatis in peccatis eorum’*. Et quod comminatus per Moysem fuerat Dominus, implevit, ut quisquis se a Chore et Dathan et Abiron non separasset, penas statim pro impia communione persolveret. Quo exemplo ostenditur et probatur obnoxios

---

547 24...Didicimus] C. 24 q. 1 c. 31 col. 1849 564 subdit] *Ibid.*  
567 dicente] Paraphrasing Numbers 16:26: “Recedite a tabernaculis hominum impiorum, et nolite tangere que ad eos pertinent, ne involvamini in peccatis eorum”

---

547 auctoritate] auctoritati An | beati] *omitted* Ly | 24] 34 An  
Didicimus] Dicimus We 548 Didicimus] Dicimus We 551 papatu]  
inapatu (*sic*) An 554 didicimus] dicimus We | in] ex Ly | ] *omitted*  
Ly 555 didicimus] didiscimus An dicimus We 556 addiscere] addisce  
An 557 habent] habeant Ly | ac] aut Ly | ac...558 potestate] *omitted*  
An 558 sint] sunt Ly 560 Magister] *gap* An | verba] We: *omitted* Bb  
Fi An Ly 561 pensares] pensare Fi An 562 scriptura divina] sacra  
scriptura Ly 563 et] *omitted* An 564 ac iuris] *omitted* Ly 565 facinore]  
facinora An | auctores] auctoritates An 566 participes] eorum *added*  
Ww | malorum] We: eorum Bb Fi An Ly 568 tabernaculis] tabernaculo  
Ly 569 ab] de Ww | eis] eorum Ww | pereatis] per’ An  
570 comminatus] locutus Ly 571 et] a *added* We | Dathan] Dethan  
An 572 non] *omitted* Bb | statim] *stim* We (*abbr.*) | pro] *omitted* Ly  
impia] ipsa Ww

*omnes et culpe et pene futuros, qui se schismaticis contra prepositos et sacerdotes irreligiosa temeritate miscuerint, sicut etiam per Osee prophetam Spiritus Sanctus testatur et dicit 'sacrificia eorum tamquam panis luctus, omnes qui manducant ea, contaminabuntur', docens scilicet et ostendens, omnes omnino cum auctoribus supplicio coniungi, qui fuerint eorum peccato contaminati*". Et infra: "*Si autem foris cuncti heretici et schismatici non habent Spiritum Sanctum, et ideo apud nos eis manus imponitur, ut hic accipiatur, quod illic nec esse nec dari potest: manifestum est, nec remissionem peccatorum dari per eos posse*". Ex quibus verbis colligitur quod beatus Cyprianus ad declarationem assertionis, scilicet, quod omnes omnino heretici et schismatici nichil habent potestatis ac iuris auctoritates scripture divine adducit. Ex quo sequitur evidentem quod in scriptura sacra didicit quod omnes heretici nichil habent potestatis ac iuris, et non solum per canones, quia canones asserentes quod omnes heretici nil habent potestatis ac iuris hec a scriptura accipere divina.

Item, quod beatus Cyprianus intelligat se in scriptura divina didicisse quod heretici nichil habent potestatis ac iuris ex aliis verbis eius colligitur. Nam, ut habetur 1 q. 1 c. *Si quis inquit*, idem Cyprianus ait: "*Si quis (inquit) de ecclesia heretica presumptione exierit, a semetipso dampnatus est. Cum huiusmodi, secundum Apostolum, nec cibum quidem*

---

577 dicit] Osee 9:4 595 1<sup>1</sup>...596 inquit<sup>1</sup>] C. 1 q. 1 c. 70 col. 699

---

574 omnes et] *omitted* Bb | et<sup>1</sup>] *omitted* Fi An We Ly | culpe...pene] pene et per consequens culpe Ly | et<sup>2</sup>] in We 575 sacerdotes] sacerdos An | miscuerint] miscuerint An We miscuerunt Ly 576 testatur] contestatur Ww 577 luctus] lictus An latens Ly 578 ea] eam Fi An 579 omnino] *omitted* Ly | auctoribus] suis *added* Ww | supplicio] supplicii Fi An suppliciiis Ly | coniungi] An: iungi Bb Fi We mergi Ly 580 fuerint] fuerunt Ly | peccato] peccatis Ww 581 schismatici] sunt *added* Ww | non...582 Sanctum] Ly: *omitted* Bb Fi An We 582 ideo] omnino Fi An | nos] et *added* Bb Fi An | imponitur] impe<sup>lo</sup> An 583 nec esse] non est Ww | manifestum] institutum Fi An 584 posse] possunt Bb posso An quos constat Spiritum Sanctum non habere *added* Ly 586 assertionis] sue *added* We 587 ac] et An aut Ly 589 sacra] divina Ly | habent] habeant Ly 590 ac] hac Bb aut An Ly | et...591 iuris] We Vc Ox Bam: *omitted* Bb Fi An Ly 592 hec] licet Bb hoc We accipere] accepere We | divina] dicuntur *added* Ly 594 ac] *omitted* Bb aut Ly 596 inquit<sup>1</sup>] in quid Bb Fi An We *omitted* Ly | inquit<sup>2</sup>] *omitted* Ww 597 est] Ly: *omitted* Bb Fi An We

600 *sumere debemus. Declaratur hoc in libro Regorum, ubi, cum*  
*homo Dei ad Hieroboam missus esset, qui ei peccata sua*  
*exprobraret atque ultionem futuram prediceret, panem*  
*quoque apud illum edere et aquam bibere vetaretur”. Et infra:*  
*“Et audet quisquam dicere, aquam baptismi salutarem et*  
 605 *gratiam celestem communem cum hereticis esse posse, cum*  
*quibus nec terrestris cibus, nec secularis potus debet esse*  
*communis ?”.* Ex quibus verbis aperte colligitur quod beatus  
 Cyprianus in scriptura divina se fundavit asserens quod  
 hereticorum communio est vitanda, et per consequens quod  
 nihil habent potestatis ac iuris.

610 Ex quo sequitur evidenter quod, sicut papa hereticus per  
 scripturam divinam communione fidelium est privatus, ita per  
 scripturam divinam est omni potestate et ecclesiastica  
 dignitate nudatus. Cum vero enim papa communicandum est.  
 Nullus etiam fugere a communione veri pape tenetur. Ergo  
 615 ille qui est communione fidelium auctoritate scripture divine  
 privatus non est verus papa.

Quarta decima ratio est hec. Ad verum papam sunt  
 cause fidei deferende (24 q. 1 c. *Quotiens*). Sed ad papam  
 620 hereticum non sunt cause fidei deferende, quia ad  
 adversarium fidei sunt cause fidei minime deferende. Papa  
 autem hereticus est adversarius fidei christiane. Ergo ad  
 papam hereticum non sunt cause fidei deferende, et ita papa  
 hereticus non est verus papa.

625 **Discipulus:** Ista ratio videtur fortis si ex iure divino  
 haberet papa verus quod ad ipsum essent cause fidei  
 deferende, quia non videtur quod minor, scilicet quod ad

---

599 in...Regorum] 1 Kings 13:7-9 619 24...Quotiens] C. 24 q. 1 c. 12  
 col. 1835

---

599 sumere] accipere Ww | Regorum] Regnorum An We Regum tertio  
 Ly 600 Hieroboam] Iereboam Bb | ei] omitted Ww 601 prediceret]  
 predicerent An 602 quoque] omitted Ww | illum] We: ipsum Bb Fi An  
 Ly | vetaretur] prohibitus est Ww 603 Et audet] An debet Ww  
 quisquam] quisque Bb An | aquam...salutarem] sacramentum salutare  
 Ww 608 quod] omitted Ly 609 habent] habet Ly | ac] aut Ly  
 613 enim] etiam Ly 614 etiam] enim We | veri] domini Fi An  
 618 papam] po3 An 619 papam] propam An 621 fidei<sup>2</sup>] omitted Bb Fi  
 An | deferende] perferende We 623 deferende] perferende We | ita]  
 infra An ideo Ly 625 videtur] videretur We 626 essent] sint Fi Ly  
 cause] questiones Ly 627 deferende] Ly: perferende Bb Fi An We  
 videtur] video We Ly | minor] hoc Ly



papam hereticum non sint cause fidei deferende, probatione indigeat. Et ideo proba quod ex iure divino papa verus illam prerogativam obtineat quod ad ipsum sint cause fidei deferende. 630

**Magister:** Hoc videtur posse probari per hoc quod ex eodem iure habet papa verus quod ad ipsum sint questiones fidei deferende ex quo iure super omnes fideles dinoscitur habere principatum. Sed papa verus ex iure divino super omnes fideles obtinet principatum (dis. 21 c. *Quamvis* et dis. 22 c. *Omnes* et c. *Sacrosancta*). Igitur ex iure divino habet quod ad ipsum sunt cause fidei deferende. 635

Decima quinta ratio est hec. Ille cui secundum legem divinam catholici debent se opponere, maxime in hiis que ad religionem pertinent christianam, non est verus papa, cum verus papa caput sit omnium christianorum, precipue in hiis que spectant ad religionem specialiter christianam. Sed pape heretico, secundum legem divinam, catholici se opponere astringuntur. 640 645

Unde et Dominus per Ezechielem prophetam, 13<sup>o</sup> capitulo, illos qui non resistunt hereticis acriter reprehendit, dicens: “*Non ascendistis ex adverso neque opposuistis vos murum pro domo Israel ut staretis in prelio in die Domini*”. 650 Ex adverso enim ascendere et pro domo Israel se murum opponere, est pro defensione catholice veritatis cuicumque heretico domum Israel (que est ecclesia) cupienti destruere totis viribus obviare.

Quod evidenter Urbanus papa videtur innuere qui, ut legitur 1 q. 3 c. *Salvator*, ait: “*Salvator predicat in evangelio circa finem seculi pseudochristos et pseudopphetas surgere et multos seducere, et fideles suos in mundo multas habituros*” 655

---

636 dis<sup>1</sup>...Quamvis] D. 21 c. 3 col. 223 (*misprint for 123*) | dis<sup>2</sup>...637 Omnes] D. 22 c. 1 col. 129 637 c Sacrosancta] D. 22 c. 2 col. 129 647 Ezechielem] Ezechiel 13:5 656 1...Salvator<sup>1</sup>] C. 1 q. 3 c. 8 col. 757

---

628 sint] sit An sunt Ly | deferende] perferende Bb We | probatione] probari Ly | probatione...638 deferende] *omitted* An 629 proba] probatur We michi *added* Ly 632 ex] *omitted* Ly 635 principatum] primatum Bb Fi We 637 ex] de Ly 640 Decima quinta] Quintadecima We Quindecima Ly | Ille] illi Bb Fi An 645 legem] *omitted* Bb 649 opposuistis] apposuistis An 651 pro domo] *omitted* Bb 656 predicat] Bb: predixit Fi An We Ly 657 pseudochristos] pseudochristianos We pseudoapostolos Ly | et pseudopphetas] prophetas Bb 658 seducere] seduce An

660 *pressuras, sed tamen portas inferi non prevalituras. Proinde, quia ut ait Apostolus, oportet hereses esse, ut qui probati sunt manifesti fiant, oportet nos cum propheta ex adverso consurgere, et murum opponere pro domo Israel*". Ex quibus verbis datur intelligi quod contra quascunque hereses insurgentes oportet catholicos ex adverso consurgere, et se  
665 murum opponere pro defensione fidei orthodoxe. Ergo, si papa fiat hereticus et fidem molitus fuerit destruere orthodoxam, oportet catholicos ei animosius obviare.

Et per consequens papa hereticus non est verus papa censendus secundum testimonia sacrarum scripturarum.

670

### *Capitulum 69*

**Discipulus:** Pro ista assertione fortiter allegasti, et puto quod apparentiores rationes pro ipsa non est facile invenire. Ideo, ut michi detur occasio cogitandi, pro assertione  
5 contraria aliquas rationes excogitare conare.

**Magister:** Quod papa hereticus non sit iure divino papatu privatus videtur multis modis posse probari. Primo quidem sic. Sicut papa est caput fidelium qui sunt sub nova  
10 lege, ita summus sacerdos, quantum ad illa que spectant ad legem divinam, caput erat fidelium qui erant sub lege veteri constituti. Sed summus sacerdos in veteri lege, quamvis errasset a fide, non fuisset summo sacerdotio iure divino privatus, quia, ut videtur, plures summi sacerdotes in antiqua  
15 lege deviaverunt a fide, et tamen postea summo sacerdotio fungebantur. Ergo, licet papa erraret a fide et efficeretur hereticus, non esset divino iure papatu privatus.

Confirmatur hec ratio. Quia non magis per scripturam divinam probari potest quod papa hereticus est papatu  
20 privatus, quam quod summus sacerdos veteris legis, effectus hereticus, fuit sacerdotio summo privatus. Quia rationes sumpte ex scriptura sacra, maxime ex veteri testamento, non magis concludunt de summo sacerdote nove legis quam veteris. Sed summus sacerdos in antiqua lege, effectus hereticus, non fuit iure divino sacerdotio summo privatus.

---

660 Apostolus] 1 Corinthians 11:19

---

659 inferi] We: inferni Bb Fi An Ly 660 quia] omitted Ww 661 fiant] fiunt Fi | oportet] et added Ly 663 quascunque] qualescunque Fi 666 fuerit] fuit An 668 papa<sup>1</sup>] omitted Ly 669 testimonia] testimonio An testimonium Ly 69,1 ] 67 Ly 4 ut] omitted Bb 5 excogitare] cogitare Bb 8 quidem] omitted Ly 17 magis] mag<sup>o</sup> An 20 fuit] omitted An fuerit Ly 21 ex<sup>1</sup>] de An | sacra] divina Ly

Ergo nec papa, effectus hereticus, iure divino est papatu  
privatus. 25

Secunda ratio est hec. Papa non est deterioris conditionis  
quam alii prelati et episcopi. Sed alii prelati et episcopi, si  
efficiantur heretici, non sunt iure divino omni dignitate 30  
privati. Ergo nec papa hereticus est iure divino omni dignitate  
privatus. Maior videtur certa. Minor probatur. Quia, si  
episcopi et alii prelati, effecti heretici, essent iure divino omni  
dignitate privati, non possent absque nova electione ad suas 35  
recipi dignitates, vel saltem suas dignitates minime retinerent.  
Sed nonnulli prelati, effecti heretici, absque nova electione ad  
suas dignitates recepti fuerunt, vel retinuerunt easdem (1 q. 7  
c. *Maximum* et q. 1 c. *Omnis cuiuslibet* et c. *Quod quidam*).  
Ergo et papa, quamvis efficiatur hereticus, papalem retinet 40  
dignitatem, et ita nequaquam est iure divino papatu privatus.

Tertio sic. Non deterioris conditionis est papa quam  
imperator, vel principes seculares. Sed imperator, effectus  
hereticus, iure divino non est imperiali dignitate privatus, nec  
reges, nec alii principes seculares, si efficiantur heretici, iure 45  
divino suis dignitatibus sunt privati. Ergo nec papa hereticus  
est iure divino dignitate papali privatus. Maior videtur certa.  
Minor ostenditur manifeste. Nam in veteri lege multi reges  
idolatre et heretici effecti fuerunt, et tamen veri reges  
remanserunt. Iulianus etiam Apostata hereticus de christiano 50  
fuit effectus, et tamen fuit verus imperator (11 q. 3 c.  
*Iulianus*). Ergo principes seculares heretici nequaquam  
dignitatibus suis iure divino privantur. Ergo nec papa,  
quamvis efficiatur hereticus, iure divino est privatus papatu.

---

69,37 1...38 Maximum] C. 1 q. 7 c. 19 col. 803 38 q...cuiuslibet] C. 1  
q. 1 c. 112 col. 735 | c<sup>3</sup>...quidam] C. 1 q. 1 c. 97 col. 717 51 11...52  
Iulianus] C. 11 q. 3 c. 94 col. 1263

---

25 Ergo...26 privatus] *omitted* Ly | papa] ipse Fi 30 efficiantur]  
efficiuntur We fiant Ly 31 privati...dignitate] *omitted* An | Ergo...32  
privatus] *omitted* Ly | omni] eī Bb 34 possent] posset An  
35 retinerent] retineret An 38 Omnis] omnes Ly | Quod] Quam Ly  
42 sic] *omitted* Ly | quam] hereticus *added* An 43 principes] princeps  
We Ly | seculares] secularis Bb We Ly 44 dignitate] dignitatem An  
45 nec] et We | alii] *omitted* Ly 48 manifeste] manifesta We  
49 idolatre] idolare We 50 remanserunt] et tamen veri reges  
remanserunt *added dittography* Bb | Iulianus] Iuliano Fi | etiam] We:  
item Bb autem Fi An quoque Ly 54 est] *omitted* Bb An We | privatus]  
privatur We

55

Quarto sic. Si papa hereticus esset iure divino papatu  
privatus, hoc non esset propter aliam causam nisi quia  
hereticus catholicis preesse non potest. Sed hereticos et  
infideles prefuisse catholicis, et catholicos infidelibus  
60 obedisse, in sacris literis et aliis scripturis auctenticis legitur  
manifeste. Joseph enim servivit et obedivit Pharaoni, et  
Daniel Nabuchodonosor, et christiani plures infidelibus  
imperatoribus servierunt. Ergo non est contra legem divinam  
quod hereticus vel infidelis fidelibus presit. Ergo non est  
65 contra scripturam sacram quod papa hereticus remaneat verus  
papa.

Quinto sic. Ad quem pertinet institutio alicuius, ad  
eundem destitutio spectat eiusdem (Extra, *De hereticis*, c.  
70 *Cum ex inuncto*). Sed papa non instituitur iure divino, sed  
eligentium electione canonica et concordia. Ergo nec papa  
destituitur iure divino, sed, si est destituendus, oportet quod  
ipsum destituant electores.

Sexto sic. Illa assertio nullatenus est tenenda ad quam  
sequi potest totius ecclesiastice ierarchie confusio, cui tota  
ecclesia subvenire non posset. Sed, si papa hereticus iure  
divino esset papatu privatus, posset sequi totius ecclesiastice  
ierarchie confusio. Posset enim papa esse occultus hereticus,  
80 cuius ordinationes, promotiones, consecrationes, et cetera  
facta eius, nullius essent momenti, si iure divino esset papatu  
privatus. Et ita, si papa occulte efficeretur hereticus, nullus  
prelatus factus per ipsum esset verus prelatus, et per  
consequens totus ordo ecclesiasticus esset confusus, quia  
85 nullus esset verus prelatus, nec tota ecclesia Dei, que de  
occultis iudicare non potest, valeret tali confusione  
ecclesiastici ordinis obviare. Ergo non est tenendum quod  
papa, effectus hereticus, statim iure divino sit papatu privatus.

---

61 Joseph] Genesis 39:4 62 Daniel] Daniel 2:48 69 Extra...70  
inuncto] X. 5. 7. 12 col. 1677

---

56 sic] omitted Ly 57 esset] esse Bb 58 hereticos] heretico An  
60 scripturis] litteris Fi 62 Nabuchodonosor] Nabugodonoxor (*sic*) We  
infidelibus] et fidelibus An (*the 'et' sign mistakenly replaces "in-"*)  
65 scripturam] scriptura An 68 pertinet] pertineat We 69 spectat]  
spectant Bb An 70 inuncto] incerto Ly 76 ierarchie] iararchie Bb  
tota] contra An 77 papa] hereticus added Bb 78 ecclesiastice] ecclê  
An 79 ierarchie] iararchie Bb 82 ita] infra An | efficeretur] efficitur  
Ly 84 quia] quare Ly 85 que] contra An 88 effectus] omitted Ly

Septimo sic. Illa pena pape heretico per scripturam 90  
divinam minime est inflicta de qua in tota scriptura nulla  
mentio reperitur. Sed de pena privationis officii et beneficii  
nulla penitus in sacra scriptura mentio reperitur. Ergo per  
scripturam sacram papa hereticus papatu nullatenus est  
privatus. 95

### *Capitulum 70*

**Discipulus:** Ista assertio est pure negativa, et ideo cum  
asserit in sacris literis minime reperiri papam hereticum ipso  
facto esse papatu privatum, videtur quod contra omnem  
proterviam probari non posset, nisi per singula loca scripture 5  
sacre (presertim que tractant de hereticis vel infidelibus)  
discurrendo. Hoc autem nolo quod facias. Ideo cum pro ista  
parte rationes, ut michi videtur, alligaveris fortiores, queso ut  
indices qualiter ad ipsas respondere contingat. De rationibus  
enim pro alia parte tecum post completionem istius Dialogi 10  
collocationem habebo.

**Magister:** Ad primam istarum rationum multipliciter  
respondetur. Dicitur enim uno modo quod summus sacerdos  
veteris legis, eo ipso quod efficiebatur hereticus, fuit  
sacerdotio summo privatus, nec tunc erat verus summus 15  
sacerdos secundum veritatem, licet extiterit secundum  
opinionem hominum summus sacerdos. Verumptamen, inter  
summum sacerdotem veteris legis et summum pontificem  
nove legis talis fuit differentia, quod summus sacerdos veteris  
legis, effectus hereticus, si postea convertebatur ad fidem 20  
veram, sacerdotium recuperavit amissum, quemadmodum

---

70,2 Ista...7 cum] PP\* 4 videtur...5 posset] But the response of the  
original draft was nevertheless preserved *infra*. Cf. lines \*\*\*\*\* 9 De...  
11 habebo] PP\* 12 Ad primam] 1 Dial. 6.69.7-26\*

---

90 Illa] *omitted* An 91 inflicta] inf<sup>r</sup>ucta An 92 reperitur] recipitur An  
70,1 ] 78 Fi 68 Ly 2 ideo] *omitted* Fi 3 asserit] asserat We quod  
*added* Ly | reperiri] reperitur Fi An Ly 4 privatum] privatus Bb An  
omnem...5 proterviam] protervum Ly 6 que] contra An (9 as q?) | que  
tractant] tractantia Ly | vel] et An 8 ut<sup>l</sup>...9 indices] *omitted* An  
9 rationibus] allegatis *added* Ly 10 enim] etiam Ly | tecum] to<sup>m</sup> Bb  
completionem] completionem We 11 collocationem] collationem We  
12 multipliciter] dupliciter Ly 14 efficiebatur] efficitur Bb Fi effi<sup>cr</sup> An  
16 sacerdos] pontifex Ly | secundum<sup>l</sup>] rei *added* Ly 17 opinionem]  
epi<sup>em</sup> An | inter] ipsum et *added* Ly 18 summum<sup>l</sup>...et] *omitted* Ly  
pontificem] pon<sup>ce</sup> An 21 recuperavit] recuperabat Ly

excommunicatus et executione privatus officii, quando  
absolvitur, officii recuperat executionem. Sed si summus  
pontifex nove legis efficitur hereticus, quantumcunque  
25 occultus, sic papatum amittit quod, quantumcunque postea  
convertatur ad fidem, papatum nequaquam recuperat.

**Discipulus:** Istud videtur ratione carere, cum nequeat  
neque auctoritate scripture divine neque ratione muniri. Quod  
non ratione de se patet, quia talia que sunt positiva per  
30 rationem probari non possunt. Neque auctoritate scripture  
divine, quia talis differentia inter summum sacerdotem veteris  
legis et papam in tota scriptura non poterit inveniri.

**Magister:** Respondetur quod predicta differentia ex  
scripturis sacris accipit fulcimentum. Constat enim secundum  
35 scripturam divinam quod summum sacerdotium veteris legis  
certe cognationi aut generi debebatur. Nullus enim preter  
filios Aaron debuit esse summus sacerdos. Papatus autem  
certe cognationi aut generi non debetur. Petrus enim  
nequaquam pro se et filiis papatum recepit a Christo. Ex quo  
40 ergo iure successionis qui erat summus sacerdos in veteri lege  
sacerdotium summum obtinuit. Et non erat statutum in lege  
veteri quod summus sacerdos effectus hereticus, ipso ab  
heresi desistente, non recuperaret illud quod sibi debebatur  
iure successionis hereditarie. Conveniens fuit, ut videtur,  
45 quod ipso ad fidem reverso recuperaret sacerdotium quod per  
hereticam pravitatem amiserat. Papa autem iure successionis  
hereditarie papatum minime habet, et ideo, si propter  
perfidiam heresis papatu privatur, nequaquam papatum  
recuperat, nisi eligeretur de novo.

50 Aliter dicitur quod, quia summus sacerdos antique legis  
sacerdotium habuit iure successionis, ideo executionem  
officii amittere potuit per hereticam pravitatem. Officium  
autem, quamdiu vixit, non amisit. Sed papa non habet  
officium papatus iure successionis. Ideo amittendo  
55 executionem papalis officii ipsum officium papale amittit. Et

---

34 secundum...35 divinam] Exodus 29:9,28

22 quando...23 officii] *omitted* Bb 24 efficitur] efficiatur We  
quantumcunque] quomodocunque Ly 29 non] de *added* Fi  
31 sacerdotem] pontificem Ly 33 predicta] talis Ly 36 aut] Fi Na: et  
aut Bb An et We Ly 37 sacerdos] pontifex Ly 38 Petrus] Futuros (*sic*)  
We 39 filiis] suis *added* Ly | papatum] papatu Bb 40 ergo] *omitted*  
An 45 ipso] ipse Ly | fidem] fide Bb | reverso] reversus Ly | per]  
propter We 48 papatum] papatu Bb Fi An 49 eligeretur] obligeretur Bb  
Fi An 51 habuit] habuerit Fi An 52 per] propter Ly | hereticam]  
hereticum An

ita differentia est inter papam hereticum et summum sacerdotem hereticum in veteri lege.

**Discipulus:** Intellego responsonem istorum ad primam rationem. Ideo indica qualiter respondetur ad secundam.

**Magister:** Ad secundam rationem dicitur quod omnes episcopi et prelati ecclesiastici incurrentes hereticam pravitatem, sive publice sive occulte, iure divino suis dignitatibus sunt privati, quia in hiis que sunt propria religioni christiane nulla potest esse communicatio heretici ad fidelem. Et ideo, quantum ad illa que spiritualia sunt, hereticus fidelibus preesse non potest. Distinctio enim fidelis et infidelis non est ex iure humano canonico et civili, sed est ex iure divino. Et ideo quod infidelis, qualis est omnis hereticus, fidelibus in spiritualibus preesse non debeat est ex iure divino. Quare iure divino omnis hereticus omni prelatione ecclesiastica est privatus. Quod Apostolus 2 Cor. 6 insinuare videtur cum dicit: *“Nolite iugum ducere cum infidelibus, que enim participatio iustitie cum iniquitate, aut que societas lucis ad tenebras, que autem conventio Christi ad Belial, aut que pars fidelis cum infidele, quis autem consensus templo Dei cum idolis?”* In quibus verbis Apostolus videtur precipere fidelibus universis ne subsint infidelibus, et ne communicent eis. Quod potissime veritatem habet quantum ad spiritualia et ea que propria sunt religioni christiane. Quamvis enim in temporalibus possint fideles subesse infidelibus et communicare ipsis, in spiritualibus tamen eis subesse non debent. Et ita omnis hereticus, cum sit infidelis, iure divino omni prelatione ecclesiastica est privatus. Et ita, minor istius rationis est falsa secundum assertionem istam.

Ad probationem eius respondetur quod licet episcopi inferiores summo pontifici, et alii prelati, si hereticam incurrerint pravitatem, sint iure divino omni ecclesiastica prelatione privati, tamen ex causa rationabili, per ordinationem concilii generalis vel summi pontificis possunt,

---

60 Ad...rationem] 1 Dial. 6.69.27-40\* 71 2...6] 2 Corinthians 6:14-16

---

56 ita] ista Bb Ly 59 secundam] rationem added Ly 61 hereticam] omitted An 62 sive publice] omitted An 63 hiis] illis We 66 et...67 infidelis] omitted Bb 67 humano] sive added Ly | canonico] canonica An | et] vel We 68 infidelis] infideles Ly 69 debeat] debeant Ly 72 cum dicit] ait enim Ly 74 lucis] luci We | Belial] belli An 75 fidelis] fidele] infidele] infideli Ww | templo] Ly: templi Bb Fi An We 76 Dei] omitted Bb Fi An | videtur] insinuare et added Ly 77 fidelibus...78 Quod] omitted An 81 ipsis] omitted Ly | eis] ipsis Ly 85 probationem] istam added Bb 86 pontifici] pontifice Bb An Ly

90 si conversi fuerint, ad suas restitui dignitates. Quamvis enim  
iure divino heretici sint omni ecclesiastica prelatione privati,  
restitutio tamen eorum ad pristinam dignitatem, si conversi  
fuerint, est iure divino nullatenus interdicta, et ideo per  
ecclesiam restitui possunt, et talis restitutio vel est nova  
95 electio vel equipollet electione nove.

**Discipulus:** Ista responsio sacris canonibus obviare  
videtur. Nam non videtur quod episcopus factus hereticus iure  
divino sit episcopatu privatus. Quia qui iure divino est  
episcopatu privatus statim absque licentia cuiuscunque  
100 episcopatu renuntiare tenetur. Qui enim auctoritate superioris  
est dignitate privatus non debet petere ab inferiori cedendi  
licentiam. Sed episcopus factus hereticus non potest  
renuntiare sine licentia pape (qui est inferior lege divina,  
Extra, *De renuntiatione c. Nisi et c. Post translationem*). Ergo  
105 episcopus factus hereticus non est per legem divinam  
episcopatu privatus.

Item, si episcopus hereticus esset iure divino episcopatu  
privatus, quilibet qui fuit subditus eius, sciens ipsum esse  
hereticum, ipsum vitare deberet nec deberet sibi  
110 quomodolibet obedire. Sed hoc canoni Symachi pape, qui  
ponitur 8 q. 4 c. *Nonne*, aperte repugnat, qui iubet nullum  
clericum ante tempus sententie ab episcopo suo discedere,  
dicens: “*Nonne directa sunt verba canonum ‘quicumque  
clericorum ab episcopo suo ante sententie tempus pro dubia  
115 suspicione discesserit, manifestam eum manere censuram’.*  
*Lex enim ecclesiastica pontificem ab aliis accusatum  
priusquam sub luce obiecta constiterint exigit non relinqui*”.  
Ex quibus verbis datur intelligi quod ante tempus sententie  
non est ab obedientia episcopi heretici recedendum, et per  
120 consequens non est iure divino episcopatu privatus.

**Magister:** Ad evidentiam prime obiectionis tue, que  
fundatur in hoc quod pro nullo crimine potest episcopus

104 Extra...Nisi] X. 1. 9. 10 col. 232 | c<sup>2</sup>...translationem] X. 1. 9. 11  
col. 238 111 8...Nonne] C. 8 q. 4 c. 1 col. 1139

91 sint] sunt Ly | ecclesiastica] ecclesiastico An 93 est] ex Ly  
nullatenus] est added Ly 97 non] omitted Ly 98 divino<sup>1</sup>] non added Ly  
99 cuiuscunque] quacunq[ue] Ly 100 tenetur] teneretur Ly 107 Item...  
108 privatus] omitted An 111 repugnat] repignat An 112 discedere]  
descendere Bb 113 quicumque] si quis Ly 114 clericorum]  
canonicorum Fi An 115 discesserit] discessit Bb We | manifestam] ma<sup>a</sup>  
Bb An in added Ww | eum] Ly: eo Bb Fi An We 116 enim] ab added  
Fi 117 luce] Ly: lege Bb We le<sup>e</sup> Fi An | constiterint] constituerit An  
constiterit We ex added Bb | relinqui] reliqui Fi relique An



renuntiare episcopatus sine licentia pape, dicitur esse sciendum quod, sicut recitat glosa in capitulo preallegato (Extra, *De renuntiatione* c. *Nisi*), de hoc sunt opiniones contrarie, quibusdam dicentibus “*quod nullus criminus, nullus irregularis potest renuntiare sine licentia pape... etiam si talis sit qui titulum non habeat ut simoniacus et intrusus*”, et secundum istos videtur quod episcopus factus hereticus non potest renuntiare sine licentia pape. Alii dicunt quod quidam renuntiare possunt sine licentia pape. Unde “*dicunt quod simoniacus et intrusus non habent titulum sed fures et invasores sunt, 1 q. 1 c. Ordinationes et 9 q. 1 c. Ordinationes. Et ideo quanto plus rem tenent tanto plus peccant et fur semper est in mora...*” Unde dicunt quod isti renuntiare “*tenentur canonis auctoritate, 1 q. 1 c. Si quis*” etiam absque licentia pape. Sed “*in aliis qui titulum habent secus est: ibi enim necessaria est licentia pape*”. Patet ergo quod de petenda cedendi licentia sunt opiniones diverse.

Hoc viso, dicitur distinguendo, ut videtur, concordando cum glosa que opiniones recitat supradictas. Quia episcopus criminus aut habet titulum secundum veritatem, vel hominum opinionem (sicut simoniacus, saltem non notorius sed occultus, vel non notorius hereticus), aut non habet titulum neque secundum veritatem neque secundum opinionem hominum (sicut publice intrusus). In secundo casu, videtur quod, cum habet conscientiam et propositum renuntiandi, statim renuntiare debet, nec videtur quod unquam tenetur petere cedendi licentiam. Si autem criminus habet titulum secundum veritatem, nullo modo

---

**124** glosa] X. 1. 9. 10 s.v. sed dumtaxat col. 233 **131** dicunt] *Ibid.* col. 234 **133** 1<sup>1</sup>...Ordinationes] C. 1 q. 1 c. 113 col. 735 | 9...134 Ordinationes] C. 9 q. 1 c. 5 col. 1143 **135** Unde dicunt] X. 1. 9. 10 s.v. sed dumtaxat col. 234 **136** 1<sup>1</sup>...quis] C. 1 q. 1 c. 70 col. 699 **137** Sed] X. 1. 9. 10 s.v. sed dumtaxat col. 234

---

**124** sicut] s<sup>u</sup> An **127** pape] (...) *Ockham abbreviates by not listing the specific authorities available in the gloss.* | etiam] et An **128** talis... qui] *omitted* Ww **132** simoniacus] symochus An | habent] habet An **133** et...134 Ordinationes] *omitted* Ww **134** quanto] quando Fi An rem] *omitted* Ww **135** et] quia Ww | mora] (...) *Again Ockham abbreviates by not listing the relevant authorities available in the gloss.* quod] *omitted* Fi An **137** aliis] illis Ly | habent] habet An **138** enim] *omitted* We **140** viso] *omitted* Bb | videtur] habetur Fi An **142** vel] aut secundum Ly **143** non] anon Bb **145** secundum] rei *added* Fi **147** quod] talis statim *added* Bb An We Ly talis statim *written then cancelled* Fi **149** tenetur] teneatur Bb An Ly | cedendi] cendendi Bb **150** habet] habeat Ly

potest cedere absque licentia petita et obtenta. Si autem habet  
 titulum non secundum veritatem sed secundum opinionem  
 hominum, ab omni administratione et executione officii  
 statim cessare tenetur, et nichilominus in manu superioris,  
 155 scilicet pape, renuntiare debet, et ita debet quodammodo  
 petere cedendi licentiam, vel verius quare non potest retinere  
 officium explicare. Et hoc debet non quin sit dignitate  
 privatus, sed quia debet satisfacere illis qui ipsum reputant  
 verum titulum habuisse, presertim cum possit esse occultum  
 160 quod non habuit titulum verum, et nullus debet diffamare  
 seipsum. Quare, ne diffamet seipsum, debet petere cedendi  
 licentiam, et auctoritate superioris renuntiare sollempniter.  
 Hiis glosa concordare videtur, que ait: “*Licet titulum non*  
*habeat simoniacus, tamen videtur habere titulum, cum per*  
 165 *electionem habuerit ecclesiam, quo ad communem opinionem*  
*habet titulum, cum occulta fuerit simonia. Unde saltem*  
*propter hoc tenetur licentiam petere, et causa potest subesse,*  
*quia, si bene administraverit, papa de facili dispensabit cum*  
*eo”. Et post: “Satis posset hic dici quod intrusus omnino*  
 170 *debet cedere, quia nec quantum ad opinionem nec quantum*  
*ad veritatem titulum habet”. Ex his patet quod quandoque*  
*occupans dignitatem debet statim cedere, quandoque non*  
*debet statim cedere, publice scilicet renuntiando, licet*  
*nonnunquam ante talem renuntiationem publicam cessare*  
 175 *debeat ab omni administratione et officii executione.*

Per hoc ad tuam obiectionem taliter respondetur, quod  
 interdum episcopus iure divino episcopatu privatus, licet  
 statim debeat cessare ab administratione officii, potest tamen  
 et debet publice ex causa petere cedendi licentiam ab inferiori  
 180 iure divino, non quia non est privatus iure divino, sed ex alia  
 rationabili causa. Sic est de episcopo pravitate hereticam  
 incurrente, quia debet petere licentiam cedendi, non quia non

---

163 glosa] *Ibid.* 169 Et post] *Ibid.*

---

151 habet] habeat Ly 154 cessare] cassare We | nichilominus] no<sup>9</sup> Bb  
 superioris] superiorum An 155 debet<sup>2</sup>] *omitted* Ly 156 verius]  
 renuntiare *added* Ly 157 explicare] explicite allegando Ly 160 habuit]  
 habuerit An 164 cum] enim *added* Ly 165 electionem] electores Bb  
 habuerit] habuit Ww 166 cum] si Ww 167 subesse] *omitted* Bb  
 168 cum] *omitted* Bb 169 post Satis] per hoc Ly | hic] *omitted* Ww  
 quod] quia An 170 quia] quod Fi 171 ad] *omitted* An | veritatem]  
 veritate An 172 dignitatem] dignitate An 174 nonnunquam] nunquam  
 Ly | publicam] *omitted* Ly 175 debeat] debet Ly 176 hoc] hec We  
 177 iure] quare Bb 178 debeat] debet Ly 179 ab inferiori] a superiori  
 Ly 180 non est] *omitted* Bb

sit de iure divino privatus, sed quia ante perfidiam heresis habuit verum titulum, et post habuit secundum opinionem hominum. Et ideo debet statim cessare ab omni administratione et executione episcopalis officii, sed non debet statim publice et sollempniter renunciare, presertim si est occultus hereticus, ne prodat et diffamet seipsum, sed debet a papa petere licentiam renunciandi, ut sic auctoritate pape publice et sollempniter renuntiet, ne credatur quod renuntiat propter hereticam pravitatem.

**Discipulus:** Per hanc rationem non deberet cessare ab executione episcopali officii, quia sic proderet et diffamaret seipsum.

**Magister:** Dicitur quod absque diffamatione suiipsius de heretica pravitate potest cessare ab executione episcopalis officii, et ideo debet cessare, quia sibi non licet, quantumcunque sit penitens, exequi officium episcopale, ex quo fuit hereticus et per superiorem vel potestatem habentem est minime restitutus. Sed petere licentiam renunciandi vel renunciare in manu pape licet sibi quantumcunque fuerit heretica pravitate fedatus, et ideo hoc debet facere, tum propter statutum ecclesie, tum propter scandala evitanda.

Ad secundam obiectionem dicitur quod quicumque scit episcopum suum esse hereticum, ipsum debet non episcopum reputare et sibi minime obedire, sicut notat glosa 2 q. 7 c. *Sacerdotes*, et glosa 24 q. 1 § 1 que ait: “*Si scirem prelatum meum esse hereticum, quia novam fingit, nec tamen predicaret, si me excommunicaret, celebrarem in occulto*”. Ex quibus verbis clare patet quod episcopo heretico non debet sciens ipsum esse hereticum obedire, sed licet ab ipso discedere, quia iam sententia legis divine et etiam

---

207 glosa...208 Sacerdotes] C. 2 q. 7 c. 8 s.v. agant col. 906  
 208 glosa...1<sup>2</sup>] *Dictum Gratiani ante* C. 24 q. 1 c. 1 s.v. qui vero col. 1828 213 et...214 ecclesie] Anticipating (or including) the positions of 1 Dial. 6.75

---

183 de] omitted We 184 post] opus Bb 188 prodat] perdat Fi 192 Per] Propter Ly | deberet] debent An 193 quia] si added Ly | proderet] perderet Fi | proderet et] procederet Ly 196 de...197 officii] omitted An 202 hoc] omitted Bb 203 statutum] statum Bb 205 quod] omitted Bb | scit] sit We 206 esse] omitted Bb 208 § 1] c. 1 Ly Si Fi An prelatum] prelatus We 209 novam] heresim added Ww 210 celebrarem] celebrare Fi An | in occulto] omitted An sed non in aperto added Ly 211 patet] apparet Ly 213 quia] quare Ly

215 constitutionis ecclesie est dampnatus. Nec huic obviat canon  
Symachi pape, si quis subtiliter verba eius inspexerit. Nam,  
sicut expresse patet, ipse loquitur de illis qui pro dubia  
suspensione ab episcopo accusato antequam obiecta  
constituerint presumunt recedere, quod est minime  
220 faciendum. Quia quantumcunque episcopus aliquis fuerit  
effectus hereticus, nullus subditus eius pro dubia suspensione  
debet ab eo recedere ante tempus sententie. Secus est de illo  
qui non dubitat, sed scit, episcopum suum pravitatem  
hereticam incidisse.

225 **Discipulus:** Dic quomodo ad tertiam rationem  
respondetur.

**Magister:** Ad tertiam respondetur quod secus est de  
prelacione ecclesiastica et seculari. Nam prelacio ecclesiastica  
introducitur a iure divino, quia ex ordinatione divina est  
quod unus fidelis aliis fidelibus in spiritualibus preest.  
230 Prelacio vero secularis introducitur a iure humano, quia ex  
ordinatione humana est quod unus in temporalibus aliis  
preest. Et ideo, quia distinctio debet esse inter fideles et  
infideles quoad spiritualia, nec in spiritualibus communicant  
vel concordant sed dissentiunt, possunt autem in  
235 temporalibus concordare. Ideo, licet principes seculares,  
quamvis efficiantur heretici, non sint iure divino principatu  
seculari privati, prelati tamen ecclesiastici, si efficiantur  
heretici, iure divino ipso facto principatu ecclesiastico sunt  
privati.

240 **Discipulus:** Ista responsio tripliciter videtur deficere.  
Primo, quia aliquorum regum principatus secularis fuit a iure  
divino, et tamen, quamvis fuissent effecti heretici, non  
fuissent principatu seculari iure divino privati. Ergo non est  
hec causa quare principes ecclesiastici, si efficiantur heretici,

---

226 Ad tertiam] 1 Dial. 6.69.42-54\*

---

214 Nec] Sic An 216 qui] omitted Bb | dubia] dua An (*perhaps meant to script du<sup>a</sup> as infra line 220*) 218 constituerint] constiterint Ly  
220 pro] omitted Ly | dubia] du<sup>a</sup> An 222 scit] sit We | suum] in  
added We Ly 226 respondetur] sic added Ly 227 ecclesiastica<sup>1</sup>]  
heretica Fi An 228 quia] omitted Bb 229 in] omitted Fi An | preest]  
preesse debet Ly 230 quia...232 preest] omitted Ly | ex...232 quia]  
omitted An 233 nec...spiritualibus] omitted Bb 234 dissentiunt]  
discentiunt We 235 seculares] singulares Ly 236 efficiantur] efficia'  
An | non sint] omitted Bb | sint] sit de An 237 tamen] autem Fi An  
Ly | ecclesiastici] ecclesie Ly 242 fuissent] fuisset An fuissent (*sic*)  
We 243 fuissent] fuisset An 244 quare] quia Fi An | principes] id est  
added Fi An | efficiantur] efficiuntur Ly

iure divino sunt privati quia eorum scilicet principatus est a iure divino. 245

Secundo, videtur quod etiam principes seculares, si efficiantur heretici, iure divino suis principatibus sunt privati. Quia illi sunt iure divino privati dominio et principatu super fideles quibus ex precepto iuris divini fideles communicare non debent. Sed ex precepto iuris divini fideles infidelibus communicare non debent, teste Apostolo qui, sicut allegatum est prius, ait “*nolite iugum ducere cum infidelibus*”. Ergo principes seculares, si efficiantur heretici, iure divino suis principatibus sunt privati. 250 255

Tertio, videtur quod propter hoc quod fideles et infideles quoad spiritualia dissentiunt et discordant, non est dicendum quod infideles quoad spiritualia fidelibus preesse non possint. Nam boni et mali quoad spiritualia dissentiunt et discordant, et tamen malus bonis quoad spiritualia preesse potest. Ergo consimiliter, licet fideles et infideles quoad spiritualia dissentiant et discordent, tamen infidelis etiam quo ad spiritualia fidelibus preesse valebit. 260

**Magister:** Ad primam istorum respondetur quod non ideo prelati ecclesiastici, si efficiantur heretici, omni prelatione ecclesiastica sunt iure divino privati quia sint prelati a iure divino, sed quia prelatio ecclesiastica a iure divino solummodo sumpsit originem, nec humanitus est inventa, quamvis quod aliqui sint prelati ecclesiastici habeant ex iure humano (quod enim unus sit episcopus et non alius est ex voluntate humana eligentium et consentientium). Prelatio autem secularis est inventa humanitus, vel potuit humanitus ordinari, licet quidam fuerint principes seculares ex speciali ordinatione divina. Et ideo idem dicendum est de illis principibus secularibus qui ex ordinatione pre fuerunt divina 265 270 275

---

253 prius] 1 Dial. 6.70.71-78\* (2 Corinthians 6:14)

---

245 scilicet] *omitted* We 247 quod] *omitted* Bb | quod etiam] etiam quod Ly 249 dominio et] *omitted* Ly | super...250 fideles<sup>1</sup>] suo Ly 250 ex] de An 251 debent] debet An 252 debent] debet An Apostolo] Apo<sup>le</sup> An 253 prius] primus An 257 dissentiunt] discenciunt We 258 possint] p<sup>l</sup> We 259 dissentiunt] discenciunt We 260 malus] mali Ly | potest] possunt Ly | Ergo] *omitted* Bb 262 dissentiant] discenciant We | discordent] discordant Bb | infidelis] infideles Ly etiam] *omitted* Bb Ly | etiam...ad] quo etiam ad Fi An 263 valebit] valebunt Ly 264 primam] p<sup>m</sup> An We | istorum] *omitted* Ly 265 si efficiantur] si officiantur Bb cum efficiuntur Ly 266 sint] sunt Bb Fi An 270 ex] a Ly 271 ex] a Ly 272 humanitus<sup>1</sup>] *omitted* Ly 275 pre fuerunt] presunt An | divina] sicut *added* Ly

et de aliis regibus sive principibus qui ex ordinatione  
 pfeuerunt humana, quia non aliud ius vel aliam prelationem  
 habuerunt isti quam alii, licet consimile ius vel prelationem  
 habuerint ab alio isti quam alii. Prelati autem ecclesiastici  
 280 aliud ius et aliam prelationem habent quam principes  
 seculares, quia prelationem habent inventam divinitus, quam  
 infideles super fideles habere non debent. Et causa  
 apparentior assignatur, quia fideles et infideles in  
 spiritualibus, que respicit prelatio ecclesiastica, non  
 285 communicant sed discordant. Et ideo, sicut infideles nolunt in  
 ritibus suis doceri et regi ab aliquo ritus contrarii, ita non  
 debent fideles quoad spiritualia et ritus religionis sue aliquo  
 modo infideli subesse.

Ad secundam tuam instantiam respondetur quod  
 290 principes seculares infideles, sive nunquam fidem susceperint  
 sive fidem susceptam reliquerint, vel pertinaciter contra  
 fidem erraverint, non sunt suis principatibus iure divino  
 privati, nec regulariter ex precepto iuris divini fideles eos  
 vitare tenentur, quia in temporalibus eos vitare non necessario  
 295 astringuntur regulariter ex iure divino (licet ex iure divino  
 aliqui infideles fuerint specialiter devitandi), sed in  
 spiritualibus et in hiis que contra religionem faciunt  
 christianam eos vitare tenentur. Quod enim infideles ex iure  
 divino non sunt in omnibus evitandi aperte insinuat Paulus  
 300 Apostolus cum dicit 1<sup>a</sup> Corinth. 7: “*Si quis frater uxorem  
 habet infidelem et hec consentit habitare cum illo, non  
 dimittat illam, et si qua mulier habet virum infidelem et hic  
 consentit habitare cum illa non dimittat virum*”. Ex quibus  
 verbis datur intelligi quod licet fidelibus communicare  
 305 infidelibus. Quod etiam in plerisque locis epistolarum suarum  
 innuit manifeste, precipiens fidelibus dominis etiam

---

300 1a...7] 1 Corinthians 7:12-13

---

277 quia] qui Ly | aliam] omitted Ly 278 isti] omitted Ly | quam alii]  
 omitted An aliam Ly | alii] illi We 279 habuerint] habuerunt Ly | alii]  
 illi We 281 seculares] seures An | inventam] inventa An 282 debent]  
 debet An 284 ecclesiastica] ecclesiastico An 285 nolunt] volunt Fi  
 286 regi] omitted Bb | non] nec We 289 secundam...instantiam] aliam  
 obiectionem Ly 290 susceperint] susceperit An 291 reliquerint]  
 relinquerint Bb An 292 sunt suis] sint Ly 294 necessario] omitted An  
 295 regulariter] irregulariter Bb | ex<sup>1</sup>] precepto added Fi An | licet...  
 divino<sup>2</sup>] omitted Bb 296 sed] omitted Bb 300 Apostolus] omitted Ly  
 1a] ad added Ly 301 habet] habeat Ly 304 verbis] omitted Ly  
 communicare] cum Ly 305 Quod] Quia An 306 dominis] et added  
 Ly | dominis...307 infidelibus] omitted Bb

infidelibus obedire. Verumptamen, in hiis que erant contra legem divinam, nec eis communicare nec eis obedire debebant, teste beato Augustino qui, ut habetur 11 q. 3 c. *Imperatores*, ait: “*Iulianus extitit infidelis Imperator. Nonne extitit apostata, iniquus, idolatra? Milites christiani servierunt Imperatori infideli. Ubi veniebatur ad causam Christi, non agnoscebant nisi illum qui in celo erat. Quando volebat ut idola colerent, ut thurificarent, preponebant illi Deum. Quando autem dicebat, producite aciem, ite contra illam gentem, statim obtemperabant. Distinguebant Deum eternum a domino temporali*”. Ex quibus verbis colligitur quod infidelibus et hereticis in nova lege licebat fidelibus in temporalibus obedire, sed non in spiritualibus. Et ideo, quantum est ex iure divino, non sunt infideles et heretici regulariter devitandi.

**Discipulus:** Hoc videtur contradicere supradictis, et etiam beato Cypriano qui, ut allegasti in ratione tertiadecima, pro assertione ista ex iure divino accipit fundamentum quod infidelibus etiam in temporalibus non debent communicare fideles, cum probat quod cum infidelibus non terrestres cibis nec secularis potus debet esse communis, per hoc quod, ut legitur in libro Regum, propheta qui ivit ad exprobandum Ieroboam prohibitus fuit a Deo comedere panem et bibere vinum in loco illo.

**Magister:** Respondetur ad hoc quod hoc fuit speciale in exprobrationem et aggravationem ac detestationem peccati Ieroboam, qui apostatavit a fide et alios apostatate fecit. Ex hoc tamen exemplo accepit Cyprianus argumentum quod hereticis cupientibus alios ad suam trahere pravitatem, cum

309 11...310 Imperatores] C. 11 q. 3 c. 98 col. 1265 323 allegasti] 1 Dial. 6.68.541ss.\*

308 communicare...eis<sup>2</sup>] omitted Bb 309 c...310 Imperatores] Ly: omitted Bb Fi An We 311 iniquus] et added Ww 312 veniebatur] inveniebatur Fi An veniebant Ly 314 volebat] ve<sup>bat</sup> An | ut<sup>1</sup>... preponebant] omitted An | ut<sup>2</sup>] et Ww 315 ite] item An 316 gentem] gente An | obtemperabant] et added Ww | Distinguebant] distinguebat Bb Fi An 318 et] etiam We Ly 320 et] etiam Bb An We | heretici] enim added An 321 regulariter] irregulariter Bb Fi | devitandi] et per hoc patet responsio ad obiectionem tertiam added Ly 323 in] omitted Ly 324 accipit] accepit We 325 etiam] omitted We 326 cum<sup>1</sup>] omitted Bb | non] nec Bb We Ly | cibus] cibum Bb 327 ut] omitted Ly 329 comedere] convenire An 331 Respondetur] omitted Ly | hoc<sup>1</sup>] dicitur added Ly 333 apostatavit] apostav<sup>t</sup> An | alios] 9<sup>os</sup> An 334 accipit] accepit We Ly 335 cum] si Ly | cum...336 commode] cūmod' An

commode vitari possunt, eis nullatenus communicare debemus. Ita quod hoc regulare est quod infidelibus quibuscunque, absque causa rationabili et quasi urgente, ex precepto iuris divini communionem negare non debemus et  
 340 tenemur. Hoc autem generale est, quod eis in spiritualibus et in hiis que religioni christiane sunt propria neque obedire neque subesse valemus, nisi preceptis legis divine contraire velimus.

**Discipulus:** Explana quomodo ad alias rationes  
 345 respondetur.

**Magister:** Ad quartam rationem patet responsio per predicta. Quia non est extra legem divinam hereticos et alios infideles fidelibus in temporalibus presidere, et ideo Joseph et Daniel et alii catholici et fideles, tam in novo testamento  
 350 quam sub veteri constituti, absque transgressione legis divine infidelibus in temporalibus servierunt.

Ad quintam dicitur quod hec non est generaliter vera: ‘ad quem spectat institutio alicuius ad eundem spectat destitutio eiusdem’. Nam metropolitanus potest confirmare, consecrare, et constituere electum in episcopum, et tamen eundem destituere minime valet. Et esto quod hec esset vera generaliter, hec tamen est omnino falsa: ‘ad illum solum pertinet destitutio alicuius ad quem institutio spectat  
 355 eiusdem’. Quia institutio sacerdotis spectat ad episcopum, et tamen superior episcopo potest destituere ipsum. Ita, esto quod eligentes papam possent destituere ipsum, ex hoc non sequitur quod non potest destitui a iure divino, quod est super omne ius humanum et omnium eligentium potestatem.

365

Ad sextam dicitur quod ecclesia universalis regitur a Spiritu Sancto, et ideo ecclesia universalis nunquam deficiet

---

336 vitari] vitare Ly | eis] *omitted* Ly 337 debemus] Et *added* Ly regulare] irregulare Bb Fi An 338 causa] caui An | quasi] q Bb .q. Fi necessitate Ly 339 divini communionem] divinim communionem An non] *omitted* Bb Fi An | non...et] *omitted* We | et] nec Ly 340 tenemur] tenentur An | eis] *omitted* Bb 342 divine] *omitted* Bb 345 respondetur] respondes Bb 347 Quia] Quod Ly | extra] contra Ly 348 et<sup>2</sup>] *omitted* Ly 349 catholici] catholice An | in] sub We 350 sub] in Ly 351 in temporalibus] *omitted* Bb | servierunt] deservierunt Fi An 353 quintam] rationem *added* Ly | hec] *omitted* Bb | vera] verum Ly 354 institutio] institutio Ly 356 constituere electum] instituere electionem We | electum] clericum Ly 358 ad] dr (*dicitur?*) An solum] *omitted* Ly 363 super] supra We 364 potestatem] ponentem Bb Et *added* An 367 deficiet] defi<sup>ce</sup> An



in hiis que sunt necessaria ad salutem, licet in aliis deficere  
 possit pariter et errare. Et ideo si papa esset occultus  
 hereticus, et per consequens papatu privatus (et ideo illa que  
 iurisdictionis sunt exercere non posset, quamvis posset facere  
 ea que ordinis sunt), Deus ecclesie provideret, vel revelando  
 ecclesie perfidiam pape, et quod non valuerunt quantum ad  
 ea que iurisdictionis sunt illa que fecit, vel preservando  
 aliquos episcopos, vel per alium modum sibi possibilem, licet  
 nobis ignotum. Et ideo nullus ordo ecclesiasticus necessarius  
 ad salutem ecclesie universalis confunderetur, licet multa sine  
 quibus posset esse salus possent esse confusa. Preservaret  
 enim Deus ne confunderentur illa que universali ecclesie sunt  
 necessaria ad salutem. Unde ista ratio concludit equaliter  
 quod mulier non potest putari papa et haberi pro papa et quod  
 paganus et infidelis (reputatus tamen christianus fidelis) non  
 potest haberi pro papa, sicut quod papa hereticus et iure  
 divino papatu privatus non potest haberi pro papa.

Quia si mulier vel paganus infidelis haberetur pro papa,  
 et de facto consecraret episcopos, et ordinaret, et christianos  
 ad dignitates ecclesiasticas promoveret, non minus  
 confunderetur ecclesiastica ierarchia quam si papa hereticus,  
 iure divino papatu privatus, putaretur papa et papale officium  
 in omnibus exerceret. Imo magis confunderetur ecclesiastica  
 ierarchia quam si hereticus iure divino papatu privatus  
 putaretur a catholicis esse papa. Licet, ordinando de facto et  
 consecrando nulli tribueret executionem officii, verumtamen  
 ordinem conferret dummodo servaret formam ecclesie.  
 Mulier autem, aut paganus vel iudeus qui nunquam fuit  
 christianus, nec executionem nec aliquem ordinem verum  
 conferret, licet servaret formam ecclesie. Cum ergo constet  
 quod aliquando mulier a cunctis catholicis putabatur papa (et  
 eadem ratione aliquis paganus vel iudeus retinens in corde

---

**372** Deus...provideret] Compare 1 Dial. 5.\*\*\* **398** aliquando mulier]  
 "Pope Joan". Cf. 1 Dial. 7.44 (OP VII); OQ 1.17.22-24 [OP I<sup>2</sup>, p.61]

---

**368** in<sup>2</sup>] et An **374** ea] illa We | preservando...375 aliquos]  
 preservando alios veros We consecrando alios Ly **375** per] omitted An  
**376** ecclesiasticus] eccac<sup>o</sup> An | necessarius] omitted Bb  
**377** confunderetur] confundaretur Bb Fi An **378** posset] potest An Ly  
 possent] posset An **379** que] in added Ly **380** ratio] omitted Bb Fi An  
**381** et<sup>1</sup>...papa<sup>2</sup>] omitted Bb **382** christianus] et added We **383** sicut...  
 papa<sup>2</sup>] omitted Ly **386** et<sup>3</sup>] omitted Ly **387** ad] et Ly **388** ierarchia]  
 gerarchia An **390** confunderetur] confundaretur Bb Fi An **393** officii]  
 effici<sup>ii</sup> An **394** formam] omitted An ordinem Ly **395** aut] ac Ly  
**397** constet] constat Ly **398** cunctis] omitted Ly

400 infidelitatis perfidiam posset putari christianus et in papam  
 assumi), non est incredibile quod aliquando hereticus  
 habeatur pro papa, licet verus papa non sit, eo quod iure  
 divino est papatu privatus. Sic ergo constat quod maior  
 405 difficultas est si mulier habeatur pro papa quam si papa fiat  
 hereticus, licet iure divino ipso facto sit papatu privatus.

Ad ultimam rationem respondetur quod, licet in sacra  
 scriptura de privatione officii et beneficii sub hiis verbis  
 nullatenus mentio habeatur, sub aliis tamen verbis de hac  
 410 pena mentio in divinis scripturis habetur. Quia ex hoc ipso  
 quod papa hereticus non est sequendus sed vitandus, et ex  
 hoc quod non est ei in spiritualibus communicandum, habetur  
 quod papa hereticus officio et beneficio est privatus, quia  
 papa verus qui non est privatus officio et beneficio est  
 415 sequendus, et est ei non solum in temporalibus sed etiam in  
 spiritualibus communicandum, et est obediendum eidem.  
 Constat autem per scripturam sacram quod papa hereticus,  
 quam cito scitur esse hereticus, non est sequendus, nec est ei  
 in spiritualibus communicandum. Ergo per scripturam sacram  
 420 officio et beneficio est privatus.

### *Capitulum 71*

**Discipulus:** Allegasti multa ad probandam et  
 defendendam assertionem que dicit quod papa hereticus  
 factus est iure divino papatu privatus. Nunc autem peto ut  
 5 referas quam potestatem secundum literatos habet ecclesia  
 super papam labem hereticam incurrentem.

**Magister:** Circa interrogationem tuam opiniones  
 reperiuntur contrarie. Quarum una est dicentium papam  
 hereticum esse iure divino papatu privatum, qui tenent quod  
 10 papa hereticus non maiori privilegio gaudet quam alius  
 episcopus, si pravitate heretica fuerit maculatus, et ideo

---

401 assumi] assm An | quod] quin Ly 405 licet] *omitted* Bb sed Ly  
 ipso facto] ipse Ly 409 nullatenus] ullatenus An 410 Quia] Quare Ly  
 ipso] ipse Bb 412 habetur] haberetur We hoc *added* Ly 413 et  
 beneficio] *omitted* Ly 414 non...415 ei] *omitted* An | est<sup>2</sup>] non solum  
 in temporalibus sed etiam in spiritualibus *added* Ly 415 non solum]  
 nedum Ly | etiam] et Ly 416 et] etiam *added* We 417 quod...419  
 sacram] *omitted* An 418 quam cito] quando Ly | cito] scito Bb 71,1 ]  
 69 Ly 2 probandam...3 defendendam] probandum et defendendum Ly  
 4 est] *added* Ly | Nunc] Non Bb 5 quam...7 Magister] *omitted* An  
 7 tuam] illam An Ly 9 papatu] papatui Bb An | tenent] tuum An  
 10 maiori] maior We 11 et] *omitted* Bb | ideo] nec *added* Ly

ecclesia universalis (et concilium generale, et quelibet persona catholica) eandem habet potestatem super papam hereticum quam super alium episcopum hereticum habere dignoscitur. Et pro ista assertione arguitur sic. 15

Si papa, effectus hereticus, haberet privilegium speciale quod alii episcopi heretici minime habent, aut habet illud privilegium a iure divino, aut a iure humano. Non a iure divino, quia in tota scriptura divina non poterit reperiri quod inter papam hereticum et alium episcopum hereticum fiat distinctio. Nec habet aliquod privilegium speciale a iure humano, quia etiam ius humanum inter papam hereticum et alium episcopum hereticum non distinguit. Nullo ergo privilegio gaudet papa hereticus speciali. 20

**Discipulus:** Dicitur forte quod ex recto dictamine rationis papa hereticus gaudet privilegio speciali, quia, sicut secundum rectam rationem nobiles minus puniuntur quam ignobiles (24 q. 1 c. *Qui contra*), ita videtur quod secundum rectam rationem minus sunt puniendi maiores in ecclesia quam minores. Cum ergo papa in ecclesia sit maximus, videtur quod secundum rectam rationem minus puniendus est, si efficiatur hereticus, quam alius episcopus hereticus inferior. Et ita gaudet aliquo privilegio speciali. 30

**Magister:** Nonnullis apparet quod ratio tua non concludit propositum sed magis oppositum. Nam crimini graviori maior debetur vindicta, Extra, *De hereticis*, c. *Excommunicamus*, ubi sic scribitur: “*In quo maior est culpa gravior exerceatur vindicta*”. Sed labes heretica maior est in papa quam in alio inferiori episcopo. Ergo secundum rectam rationem gravius puniri debet. Quia, ut notat glosa 2 q. 5 c. *Presul*, papa si peccat, quantum ad aliquid “*deterioris conditionis*” est, “*quia ipse sine comparatione aliorum*” 35 40

---

71,28 24...contra] C. 24 q. 1 c. 32 col. 1851 36 Extra...37 Excommunicamus] X. 5. 7. 13 col. 1683 40 glosa] C. 2 q. 4 c. 2 s.v. Presul col. 863

---

12 ecclesia universalis] esset An | et<sup>1</sup>] nec Ly 13 super] sicut An 14 episcopum] hereticum added Bb 16 speciale] spo<sup>le</sup> An 19 reperiri] reperari Bb inveniri Ly 20 alium episcopum] episcopum et alium Ly 21 distinctio] destinctio Bb Fi An | Nec] fiet An 22 humano] humane An 25 Dicitur] Diceretur Ly 28 ignobiles] innobiles Ly 32 efficiatur] efficatur Bb officiatu An 33 ita] infra An 36 maior] maiori Bb An 38 gravior] maior Ww | maior] Kn: gravior Ww 40 5] Ly: 4 Bb Fi An We 41 si peccat] omitted Ly | deterioris] deteriorum An 42 comparatione] cooperatione Ly

*creatus est maior et ideo sine spe venie condemnandus est ut diabolus”.*

45 Ad rationem ergo tuam respondetur quod quantum ad  
aliquid est simile de nobili et ignobili et de papa heretico et  
alio episcopo heretico, et quantum ad aliquid est dissimile.  
Est enim simile quantum ad hoc, quod, sicut nonnulla peccata  
50 graviora sunt in nobili quam in ignobili, ita perfidia heresis  
gravior est in illo qui fuit papa quam in alio episcopo. Et ideo,  
sicut nobilis quantum ad aliquam penam gravius punitur  
quam ignobilis (ut notat glosa super preallegatum capitulum  
*Qui contra pacem*), sic papa hereticus gravius est puniendus  
55 quam alius episcopus hereticus. Est autem quantum ad hoc  
dissimile, quod nobilis per peccatum suum nobilitatem  
nequaquam amittit, sed retinet, et ideo aliqua pena minus  
punitur quam ignobilis. Nec mirum, quia, si pena aliqua  
speciali, puta verberibus vel consimili, puniretur sicut  
60 ignobilis, alii innocentes de genere suo vituperandi forent.  
Sed papa, si fiat hereticus, dignitatem papalem non retinet sed  
amittit, et ideo propter dignitatem quam non retinet non debet  
minui pena. Et ideo simpliciter gravius puniendus est papa  
hereticus quam alius episcopus hereticus, nec aliquo gaudet  
privilegio speciali.

65

### **Capitulum 72**

**Discipulus:** Dixisti circa interrogationem meam esse  
opinionem contrarias. Recitasti autem unam. Dic ergo aliam.

5 **Magister:** Alia est opinio dicentium quod papa  
hereticus non est iure divino papatu privatus, qui tenent quod  
nullus super papam optinet potestatem, nisi ecclesia  
universalis vel concilium generale. Ecclesia autem  
universalis, si conveniret in unum, et etiam concilium  
generale, habet potestatem deponendi papam et sibi penas

---

52 glosa] C. 24 q. 1 c. 32 s.v. ignobiles col. 1851 72,2 Dixisti] 1 Dial.  
68.8-11\*

---

43 maior] omitted Ww | venie] Ly: omitted Bb Fi An We 46 ignobili]  
innobili Ly | et<sup>3</sup>] de added Bb Fi An 49 sunt] omitted Bb | in<sup>2</sup>] Ly:  
omitted Bb Fi An We | ignobili] innobili Ly 50 in<sup>2</sup>] ab Bb aliquo added  
Ly 52 ignobilis] innobilis Ly 55 quod] quia Ly 56 nequaquam] non  
Ly 57 ignobilis] innobilis Ly | Nec mirum] Nimirum Ly 59 ignobilis]  
innobilis Ly | vituperandi] vituperari Bb vituperati We 61 quam] quod  
An | non<sup>2</sup>] omitted Ly 62 simpliciter] s<sup>r</sup> Fi si<sup>r</sup> An similiter Ly  
63 hereticus<sup>2</sup>] omitted Bb 72,1 ] 70 Ly 3 autem] ergo Fi An omitted Ly  
6 papam] hereticum added We 8 etiam] in An 9 generale] generalem  
Bb

alias infligendi. Alie autem congregationes et persone, 10  
antequam papa hereticus per universalem ecclesiam aut  
concilium generale fuerit papatu privatus, super papam  
hereticum nullam optinent potestatem. Sed postquam fuerit  
depositus, iurisdictioni inferioris summo pontifice, sicut 15  
ceteri heretici, est subiectus, nisi ecclesia universalis vel  
concilium generale post depositionem ulteriorem punitionem  
pape heretici sibi specialiter reservaret.

**Discipulus:** Michi videtur quod tenentes istam  
opinionem tria probare deberent. Quorum primum est quod  
papa hereticus non est iure divino papatu privatus. 20

Secundum est quod ecclesia universalis, et etiam  
concilium generale, habet potestatem papam hereticum  
deponendi.

Tertium est quod nulla congregatio vel persona inferior  
ecclesia universali et concilio generali potestatem habet 25  
papam hereticum deponendi.

Si enim ista essent vera, cetera essent plana. De primo  
autem tractatum est supra, ubi adducte sunt rationes ad  
probandum quod papa hereticus non est iure divino papatu  
privatus. Ideo pro secundo, ad probandum scilicet quod 30  
ecclesia universalis et etiam concilium generale habet  
potestatem papam hereticum deponendi aliquas rationes  
excogita.

**Magister:** Ad satisfaciendum petitioni tue oportet duo  
probare, quorum primum est quod ecclesia universalis habet 35  
potestatem deponendi papam hereticum. Secundum est quod  
concilium generale talem optinet potestatem.

Primum autem probatur primo sic. Illa congregatio que  
potestatem habet super papam de heresi mendaciter  
diffamatum, multo magis potestatem habet super papam de 40  
heresi irretitum. Sed ecclesia universalis habet potestatem,  
scilicet inquirendi de papa super crimine heresis diffamato,

---

28 supra] 1 Dial. 6.69 (*Earlier reference system (i.e. "Ubi...privatus"*  
*retained through later edits)*)

---

10 congregationes] congregazione Bb 13 optinent] optn An  
14 iurisdictioni] etiam added We | inferiori] inferiorum Ly  
16 ulteriorem] ulteriore An 17 heretici] heresi Ly 19 opinionem]  
*omitted* Bb | deberent] debent Bb 21 est] *omitted* Ly 22 habet] habeat  
Ly 25 habet] supra added Ly 26 deponendi] deponendum Ly 30 pro]  
de Fi 31 etiam] *omitted* Ly 32 aliquas] alias Ly 34 satisfaciendum]  
satisfan<sup>u</sup> An 36 papam] *omitted* Bb Fi An | est] *omitted* Ly 40 de]  
veraciter Ly *omitted* We 41 heresi] veraciter added We 42 diffamato]  
diffamatum Fi diff<sup>ae</sup> An

licet mendaciter, ut probatum est supra in hoc sexto, capitulo  
11<sup>o</sup>. Ergo multo magis universalis ecclesia habet potestatem  
45 deponendi papam de heretica pravitate convictum.

**Discipulus:** Cerno quod rationes ille capitulo 11<sup>o</sup> huius  
sexti adducte magis concludunt de papa heretico quam de  
papa super crimine heresis mendaciter diffamato. Ideo ad  
presens nolo pro hac assertionem alias rationes audire. Quare  
50 transi ad secundum.

**Magister:** Secundum, scilicet quod concilium generale  
habet potestatem deponendi papam hereticum, sic probatur.  
Concilium generale est supra papam de heresi diffamatum,  
sicut ostensum est supra capitulo 13<sup>o</sup>. Ergo multo fortius  
55 habet potestatem papam vere hereticum deponendi.

**Discipulus:** Iste etiam allegationes in illo capitulo  
adducte sunt, ut arbitror, fortiores, que poterunt cogitari ad  
probandum quod concilium generale habet potestatem super  
papam hereticum. Ideo accede ad tertium probandum, scilicet  
60 quod nulla congregatio vel persona ecclesia universali et  
concilio generali inferior, habet potestatem papam hereticum  
deponendi.

**Magister:** Hoc probatur primo sic. Inferior superiorem  
iudicare non potest (dis. 21 c. *Inferior* et c. *Denique* et c.  
65 *Submittitur* et c. *In tantum*). Sed papa, etiam hereticus, si non  
est iure divino papatu privatus, est superior omni  
congregatione inferiori universali ecclesia et concilio  
generali. Est etiam superior omni persona alia ecclesiastica.  
Ergo a nulla illarum poterit iudicari.

70 Secundo sic. Non minor auctoritas requiritur in  
iudicante papam hereticum quam in iudicante alium  
episcopum hereticum. Sed episcopus hereticus iudicari non  
potest ab aliqua persona vel congregatione inferiori se si non  
esset hereticus, quia episcopus hereticus non potest deponi ab

---

43 supra] 1 Dial. 6.11 (PP\*) 54 supra] 1 Dial. 6.13 (PP\*) 64 dis...  
Inferior] D. 21 c. 4 col. 223 (=123) | c Denique] D. 21 c. 6 col. 125  
c<sup>3</sup>...65 Submittitur] D. 21 c. 8 col. 127 65 c...tantum] D. 21 c. 9 col.  
127

---

43 licet] omitted Bb 44 110] 2 Ly | habet] omitted Bb | potestatem]  
potestate An 46 110] 2 Ly 47 de<sup>2</sup>] omitted Bb An 48 papa] omitted  
Bb Ly | super] omitted Ly 53 supra] sive An 55 papam] omitted Ly  
56 Iste] Secunde An | allegationes] assertiones Ly | illo] .i. Fi An  
57 sunt] se An | poterunt] potuerunt Ly | cogitari] cogiri An 58 super]  
supra Fi 60 persona] ecclesiastica added Ly 61 generali] gel<sup>e</sup> An  
64 potest] omitted An 65 etiam] in or ni An 67 inferiori] et added Bb  
Fi An 68 etiam superior] inferior An 73 aliqua] alia An

aliquo sacerdote vel congregatione sue diocesis. Ergo nec  
papa potest deponi ab aliqua persona vel congregatione  
inferiori concilio generali. 75

Tertio sic. Sicut quod omnes tangit ab omnibus  
approbari debet, ita causa que omnes tangit ab omnibus  
tractari debet. Sed causa pape heretici omnes tangit  
christianos, ergo per omnes christianos vel per  
congregationem que gerit vicem omnium christianorum,  
cuiusmodi est concilium generale, tractari debet, et per  
consequens nulla persona vel congregatio inferior concilio  
generali potest deponere papam hereticum. 80  
85

### *Capitulum 73*

**Discipulus:** Suntne plures opiniones circa  
interrogationem meam quam tibi proposui?

**Magister:** Tertia est opinio quod non solum universalis  
ecclesia et concilium generale, sed diocesis Romana, et  
collegium cardinalium, et imperator, et etiam episcopus in  
cuius diocesi moraretur papa hereticus, posset eundem  
deponere. 5

Hec opinio quantum ad Romanos probatur per  
exemplum de Iohanne 12<sup>o</sup>, quem privaverunt Romani papatu  
et alium elegerunt. 10

Quantum autem ad episcopum in cuius diocesi  
moraretur papa hereticus, probatur primo sic. Ex iure divino,  
ad quemlibet spectat episcopum suam diocesim de pravitate  
heretica expurgare. Ergo, quilibet hereticus trahens moram in  
episcopatu cuiuscunque episcopi iudicio illius episcopi est  
subiectus. Aliter enim non haberet episcopus potestatem  
suam diocesim de omni heretica pravitate purgandi. Ergo  
papa hereticus est subiectus iudicio episcopi in cuius diocesi  
commoratur. Ergo episcopus ille potest deponere papam  
hereticum. 15  
20

Secundo sic. Episcopi vicini diocesi in qua papa  
hereticus moraretur haberent potestatem papam hereticum

---

78 quod... 79 debet] Corpus iuris canonici (ed. 1582), Liber Sextus, *De regulis iuris*, regula 29, col. 812 73,9 probatur] 1 Dial. 6.5

---

75 vel] etiam An 77 concilio] continuo Bb 78 Sicut] omitted Ly  
79 ab... 80 tangit] omitted Bb 80 causa] casum Fi 81 vel] et An Ly  
per<sup>2</sup>] omitted Ly 73,1 ] 71 Ly 4 est] omitted We | opinio quod]  
opinio quando Bb 5 et<sup>2</sup>] omitted Ly etiam added We 7 moraretur]  
moretur An | papa] qō (sic) An 9 Romanos] Ly: rationes Bb Fi An We  
10 120] 22 Fi 23 An 12 Quantum] Exemplum An 13 papa hereticus]  
omitted Ly

25 deponendi. Ergo multo magis episcopus in cuius diocesi  
moraretur papa hereticus, saltem cum vicinorum  
episcoporum consilio, haberet potestatem deponendi papam  
hereticum. Antecedens probatur per exemplum de episcopis  
tempore beati Marcellini qui, ut legitur dis. 21 c. *Nunc autem*,  
30 et allegatum est supra, convenerunt ad inquirendum de beato  
Marcellino, qui idolatraverat, quem deposuissent si eum in  
perfidia heresis invenissent.

#### *Capitulum 74*

**Discipulus:** Si sunt plures opiniones circa  
interrogationem meam propositam, enarra.

5 **Magister:** Est una opinio quod papa hereticus, nisi  
sponte renuntiare voluerit, a quacunque congregatione vel  
persona deponi non potest. Fundamentum autem istius  
opinionis est hoc, quod inferior superiorem suum deponere  
non potest. Papa autem hereticus, cum non sit iure divino  
10 papatu privatus (secundum istam opinionem), est superior  
omni congregatione et persona christiana. Tota enim ecclesia  
Dei distincta a papa est inferior papa. Ergo tota ecclesia  
distincta a papa non potest deponere papam qui non est iure  
divino depositus.

15 Secundum fundamentum dicte opinionis est tale. Omnes  
subditi simul alicuius patriarche vel metropolitani non  
possunt deponere talem patriarcham vel metropolitanum  
hereticum, si non est a iure divino depositus. Ergo omnes  
subditi pape non possunt papam deponere hereticum si non  
est de iure divino depositus.

20

#### *Capitulum 75*

**Discipulus:** Prima istarum opinionum, scilicet quod  
papa hereticus est iure divino papatu et omni ecclesiastica

---

28 dis...autem] D. 21 c. 7 col. 126 29 supra] 1 Dial. 6.10

---

25 moraretur] moratur Ly 26 papam...27 hereticum] *omitted* An  
27 probatur] patet Ly 29 convenerunt] cum venerunt Ly  
30 idolatraverat] idolatraverant Bb idolatraveant An | quem] omnino  
*added* We | deposuissent] deposuisset An 31 invenissent] invenisset  
An 74,1 ] 72 Ly 3 meam] *omitted* We | propositam] *omitted* Ly  
6 non] debet *added* An | autem] *omitted* Bb 7 quod] quia Ly 8 sit] de  
*added* Ly 11 Dei] *omitted* Ly 17 a] de Ly | divino] Vc Es Fr: *omitted*  
Ww 18 hereticum...19 depositus] *omitted* We 19 divino] *omitted* Bb  
divine An | depositus] Ergo omnes subditi pape non possunt papam  
deponere hereticum si non est de iure divino depositus *added dittography*  
Bb 75,1 ] 73 Ly 3 omni] *omitted* Ly



dignitate privatus, ut videtur, fortiter est fundata. Secunda  
 etiam opinio, et tertia, colorate videntur. Quarta autem in  
 5  
 prejudicium fidei orthodoxe et favorem pape heretici videtur  
 inducta. Quia, si papa hereticus non esset iure divino papatu  
 privatus, nec ab aliqua congregatione vel persona deponi  
 valeret, posset papa hereticus libere, absque timore pene  
 10  
 temporalis vel cohibitionis humane, fidem abnegare  
 catholicam, et cogere christianos ad sectam sarracenorum vel  
 iudeorum, vel aliorum infidelium, acceptandam, quod horrent  
 audire catholici et fideles. Ideo, illa opinione quarta pro nunc  
 dimissa, volo opiniones alias quantum ad aliquid pertractari.  
 Videtur enim quod omnes ille in hoc conveniunt quod, si hiis  
 15  
 diebus aliquis papa efficeretur hereticus, ipso facto esset de  
 iure papatu privatus. Unde et de hoc quid sentiant literati non  
 differas indicare.

**Magister:** Verum dicis quod tres opiniones predictae  
 tenent pro firmo quod, si papa nunc hereticam incurreret  
 20  
 pravitatem, esset de iure papatu et omni ecclesiastica  
 dignitate privatus. Prima enim tenet quod esset iure divino  
 papatu privatus. Secunda et tertia tenent quod esset iure  
 humano privatus. Pro primo istorum argutum est multipliciter  
 supra, cap. 68. Secundum probatur sic. 25

Concilium generale habet potestatem deponendi et  
 dampnandi papam hereticum, sicut probatum est supra. Ergo,  
 si sententia vel dampnatio concilii generalis indistincte lata  
 fuerit contra hereticos, est ad papam hereticum extendenda,  
 quia ubi canon generalis concilii non distinguit, nec nos  
 30  
 debemus distinguere. Sed omnes heretici, nullo excepto, sunt  
 per generale concilium condemnati, teste generali concilio  
 sub Innocentio 3<sup>o</sup> celebrato, quod, ut habetur Extra, *De*

---

75,27 supra] 1 Dial. 6.72 33 Extra...34 Excommunicamus<sup>1</sup>] X. 5. 7. 13  
 col. 1670<sup>2</sup> (*misprint for* 1680)

---

5 colorate] colorato Bb colorata We tollerari Ly | videntur] videtur We  
 6 et] ad Ly 8 vel persona] *omitted* Fi An 9 valeret] valent An | libere]  
 li<sup>o</sup> An 10 cohibitionis] cohercionis We coertionis Ly | fidem] fidei Bb  
 11 sarracenorum] sarra(c)orumen An 12 horrent] cum *added* An  
 horrent Ly 14 aliquid] aliud Ly 15 si] in *added* Ly 16 aliquis] quis  
 Ly | hereticus] catholicus An 17 et] quid Ly 20 pro firmo] confirmo  
 An | nunc] vere An 21 iure] divino *added* Bb Fi An 22 dignitate] et  
 auctoritate *added* We | esset] de *added* Bb Fi An Ly 23 papatu] *omitted*  
 We 24 humano] humane An | argutum] argumentatum Ly 26 habet]  
 licet An | et] vel An 27 papam] po<sup>m</sup> An 28 vel] et We | dampnatio]  
 dampna<sup>9</sup> An 30 quia] *omitted* Ly | ubi] enim *added* Ly | distinguit]  
 disent<sup>t</sup> An 33 quod] We: qui Bb Fi An Ly

35 *hereticis c. Excommunicamus, ait: “Excommunicamus itaque et anathematizamus omnem heresim extollentem se adversus hanc sanctam, orthodoxam et catholicam fidem quam superius exposuimus condempnantes hereticos universos quibuscunque nominibus censeantur”.*

40 Sententiam etiam huiusmodi condempnationis contra omnes hereticos indistincte tulit concilium Carthaginense quartum, quod, ut legitur 24 q. 3 c. *Clericus*, ait: “*Clericus hereticorum et schismaticorum tam convivia quam sodalitates evitet equaliter. Eorum conventicula non ecclesia sed conciliabula appellanda sunt. Cum eis neque orandum*  
45 *est neque psallendum”.*

His etiam concordat concilium Martini pape, quod, ut habetur 1 q. 1 c. *Non liceat*, ait: “*Non liceat clericis vel laicis ab hereticis eulogias accipere, quia maledictiones sunt magis quam benedictiones, neque liceat aut cum hereticis aut cum*  
50 *schismaticis orare”.*

Item, concilium Africanum, ut habetur Extra, *De hereticis c. Si quis*, ait: “*Si quis episcopus heredes instituerit extraneos a consanguinitate sua, vel hereticos, etiam consanguineos, aut paganos pertulerit, saltem post mortem ei*  
55 *anathema dicatur”.*

Item, in eodem concilio, ut habetur eodem titulo cap. *In eos*, sic legitur: “*In eos qui catholici non sunt etiam si consanguinei fuerint episcopi vel presbyteri nichil conferant”.*

---

37 superius] *Ibid.* in gloss s.v. superius: Supra De Summa Trinitate c. 1 et 2 (X. 1. 1. 1-2 cols. 7-14) 41 24...Clericus<sup>1</sup>] C. 24 q. 3 c. 35 col. 1888 47 1<sup>1</sup>...liceat<sup>1</sup>] C. 1 q. 1 c. 67 col. 697 51 Extra...52 quis<sup>1</sup>] X. 5. 7. 5 col. 1670 56 cap...57 eos<sup>1</sup>] X. 5. 7. 6 col. 1671

---

36 sanctam] *omitted* Ww | et] *omitted* We | quam...37 exposuimus] *omitted* Ww 37 condempnantes] dempnantes An 39 Sententiam] Sententia Fi An *omitted* Bb | condempnationis] dampnationis We *omitted* Ly 41 quod] qui Fi An 42 et] aut Bb Fi We a<sup>d</sup> An ac Ly 43 sodalitates] Ly: societates Bb Fi An We 44 conciliabula] We: conciliabilia Bb conciliabulia Fi An concilia Ly 45 psallendum] spallendum Bb Fi An 46 quod] *omitted* Ly 47 1<sup>1</sup>] 7 Ly | laicis] *omitted* An 48 ab hereticis] *omitted* Fi | eulogias] cologias Fi exlogias An eulogia id est benedictiones Ly 49 aut<sup>1</sup>] *omitted* Bb An We | aut<sup>2</sup>] cum *added* Ly | cum<sup>2</sup>] *omitted* Ww 52 c...quis<sup>1</sup>] Ba: *omitted* Ww 53 vel] etiam *added* Bb We in *added* An | etiam] *omitted* We Bb Fi An vel Ly 54 pertulerit] pretulerit Bb We Ly pretulerat Fi pertulatur An ei] eius Ww 56 eodem titulo] 11 Ly 57 legitur] loquitur Ly | si] *omitted* An 58 episcopi] prelati *added* Ly | conferant] conferatur An

Item, in concilio Laodicensi, ut habetur 1 q. 1 c. *Non oportet*, sic scribitur: “*Non oportet hereticorum benedictiones accipere, quoniam magis sunt maledictiones quam benedictiones*”. 60

Ex quibus, aliisque quampluribus, colligitur quod in omnes hereticos indistincte per generalia concilia sententiae plures sunt prolate. Ergo omnia illa concilia generalia et alia sunt ad papam hereticum extendenda. Quod glosa super preallegatum capitulum *Si quis episcopus* videtur asserere manifeste, dicens: “*Idem iuris est in paganis quam de hereticis, et idem est de omnibus qui catholici non sunt*”. Cum ergo paganus non sit verus papa, nec hereticus est verus papa. Et ita papa hereticus est papatu privatus, et per consequens sententia divina vel humana lata est contra ipsum. 65 70

Secundo probatur eadem conclusio sic. Quicumque in heresim dampnatam labitur, eius dampnatione seipsum involvit (24 q. 1 c. *Achatius*). Sed papa hereticus incidit in aliquam heresim per generale concilium dampnatam explicite vel implicite, quia omnis heresis est implicite vel explicite per generalia concilia dampnata. Ergo papa hereticus incidit in heresim iam dampnatam. Ergo eius dampnatione involvitur. Ergo per generalia concilia papa hereticus est dampnatus. 75 80

**Discipulus:** Secundum ista ad dampnandum papam hereticum non oportet generale concilium convocari, quia ad dampnandum iam dampnatum non est necesse generale concilium convocari. Immo nulla est congregatio convocanda, ex quo iam dampnatus est papa hereticus, cuius tamen oppositum videtur veritatem habere. Nam ad inquirendum de papa super crimine heresis diffamato, oportet aliquid concilium generale vel aliud convocari, exemplo 85 90

---

59 1<sup>1</sup>...60 oportet<sup>1</sup>] C.1 q. 1 c. 66 col. 697 66 glosa] X. 5. 7. 5, s.v. paganos col. 1671 76 24...Achatius] C. 24 q. 1 c. 1 col. 1827

---

59 Laodicensi] Laodunensi Ly | ut] omitted Bb 68 in] de Ww | quam] et Ww 69 et] omitted Ly | idem] ideo Bb | est] omitted Ly 70 verus<sup>1</sup>] nerus We (misspelled “v”?) 75 dampnatam] semel added Ly 76 involvit] includit An | 24] 4 Ly | 1] omitted Ly 77 aliquam] antiquam Ly | dampnatam] dampnatam Ly 78 implicite vel] omitted Ly 79 concilia] iam added Ly 80 Ergo] si added Ly 81 Ergo] omitted Ly 85 dampnandum] heresim added Ly | dampnatum] dampnatam Fi An Ly 86 convocari] 9ndcari An | est] Ly: esset Bb Fi An We 87 est] omitted An 88 videtur] vel added An 90 aliquid] aliquod Fi Ly | exemplo] ex<sup>9m</sup> An

illorum episcoporum qui ad inquirendum de beato Marcellino quondam idolatra convenerunt. Ergo etiam ad deponendum papam hereticum oportet concilium convocari.

95 **Magister:** Ad hoc respondetur quod papa hereticus, vel iure divino secundum primam opinionem, vel iure humano (concilii videlicet generalis) secundum alias opiniones, est dampnatus et papatu privatus, quia omni ecclesiastica dignitate est nudatus. Et ideo ad deponendum papam hereticum de iure non est necesse generale concilium vel 100 aliud congregari. Oportet tamen in casu concilium convocari ad potenter pellendum papam hereticum de apostolica sede, et ad ecclesiam Dei salubriter disponendam, vel ad audiendam causam et accusationem pape heretici, et ad pronuntiandum ipsum esse hereticum. Sicut etiam episcopi 105 convenerunt ad inquirendum de beato Marcellino, non quia fuisset dampnatus si fuisset hereticus, sed quia volebant inquirere veritatem, quem, si invenissent esse hereticum, pronuntiassent eum fuisse dampnatum.

110 **Discipulus:** Est aliquod exemplum de aliquo papa heretico qui, absque convocatione novi concilii generalis pro condemnatione eius, fuit ab ecclesia habitus pro dampnato?

115 **Magister:** Exemplum ponitur de Anastasio 2<sup>o</sup>, quem quidam clerici Romani, absque congregatione novi concilii generalis, reputavere dampnatum, et se ab eius communione laudabiliter abegerunt, ut habetur dis. 19 c. *Anastasius*, ubi notat glosa quod clerici illi “*non recesserunt ante sententiam quia inciderunt*” (scilicet Anastasius) “*in heresim iam dampnatam*”. Ex quibus verbis patenter habetur quod ad

---

116 glosa] D. 19 c. 9, s.v. abegerunt col. 111

---

91 episcoporum] *omitted* Ly 93 concilium] continuum Bb 94 respondetur] sic *added* Ly 96 videlicet] videt Bb We 97 dampnatus] dampnato An | quia] quod An 98 est] *omitted* We | deponendum] ponendum Bb 99 hereticum] We Vc Ba Es Fr: *omitted* Bb Fi An Ly generale] *omitted* Ly | vel...100 aliud] *omitted* Fi An Ly 100 Oportet] Oporteret We 102 et] *omitted* Ly 104 pronuntiandum] probandum Ly Sicut] Ly: Sic Bb Fi An We | etiam] enim Ly 105 Marcellino] Marcello An | quia] q'n Bb Fi 106 dampnatus...fuisset<sup>2</sup>] *omitted* Bb fuisset<sup>2</sup>] fuisse An 107 quem] quam An | invenissent] invenisset An 108 pronuntiassent] pronuntiasset An | eum fuisse] ipsum esse Ly 109 Est] *omitted* Bb 110 pro...111 fuit] fuerit Ly 111 eius] cuius An habitus...dampnato] hereticus condemnatus Ly | dampnato] condemnato Fi An 112 2o] *omitted* An Ly 113 quidam] *omitted* Ly 114 reputavere dampnatum] reputabant condemnatum Ly 115 ubi] ut Ly 117 inciderunt] inciderat Bb Fi We Ly inciderant An 118 dampnatam] dampnata An

dampnandum papam hereticum non est necesse concilium  
 generale noviter congregari. Quia, quemadmodum verberans  
 clericum, ipso facto, nulla denuntiatione nova vel sententia  
 expectata, immo licet ipse solus esset conscius facti sui,  
 excommunicationis sententia est ligatus, quia incidit in  
 canonem late sententie. Ita papa hereticus, ipso facto, nulla  
 alia expectata sententia vel convocatione, est iure divino vel  
 humano dampnatus.

**Discipulus:** Exemplum istud non videtur esse ad  
 propositum, quia Anastasius inciderat in heresim iam  
 dampnatam. Posset autem papa effici hereticus licet non  
 incideret in heresim iam dampnatam.

**Magister:** Respondetur quod instantia ista dictum  
 exemplum non impedit, quia omnis heresis est dampnata, ut  
 supra secundo huius est ostensum. Et ideo quicumque papa  
 efficeretur hereticus, incideret in heresim iam dampnatam,  
 licet possit incidere in heresim dampnatam implicite. Inter  
 heresim autem dampnatam explicite et dampnatam implicite  
 non est differentia ad hoc quod incidens in heresim  
 dampnatam explicite sit dampnatus, et incidens in heresim  
 solummodo dampnatam implicite non sit dampnatus. Sed  
 quantum ad hoc potest esse differentia, quod incidens in  
 heresim dampnatam explicite non solum est dampnatus sed  
 etiam pro dampnato est habendus. Incidens autem pertinaciter  
 in heresim dampnatam solummodo implicite, quamvis esset  
 dampnatus, non tamen esset pro dampnato habendus, sed ad  
 habendum ipsum pro dampnato oporteret generale concilium

---

133 supra] 1 Dial. 2.18ss. (OP V) LTR

---

120 Quia] *omitted* Bb 122 licet] sed An si Ly 123 incidit] non dicit An  
 124 sententie] sniam An 126 humano] est *added* An 127 esse] e<sup>x</sup> An  
 129 hereticus] hereticum An | non] iam Bb An iam non Fi  
 130 dampnatam] posset autem papa effici hereticus licet iam incideret in  
 heresim iam dampnatam *added dittography* An (*correcting* “hereticum” to  
 “hereticus” *but maintaining the superfluous* “iam” *instead of the proper*  
 “non”) 131 Respondetur quod] *smudged* Fi 134 heresim] heresi An  
 135 possit] posset We | heresim] heresi An 136 explicite...implicite]  
 implicite...explicite Ly 137 non...138 explicite] *omitted* An  
 differentia] quantum *added* We 138 dampnatam] solummodo *added*  
 Ly | explicite] implicite Ly | et...139 dampnatus] *omitted* Ly  
 141 dampnatam] *omitted* Ly | dampnatus] dampnatam Fi An  
 143 solummodo] tantummodo We | quamvis esset] licet sit We  
 144 esset] est We | habendus] unde si papa incideret in heresim  
 dampnatam solummodo implicite licet sit (We Vc= quamvis esset)  
 dampnatus non tamen esset pro dampnato habendus *added* We Vc Ox Ba

congregari. Anastasius autem 2<sup>us</sup> incidit in heresim iam dampnatam explicite, et ideo non solum fuit dampnatus, sed etiam fuit pro dampnato habendus.

150 Est ergo exemplum ad propositum quantum ad hoc quod papa, quantumcunque efficeretur hereticus, esset dampnatus. Non est tamen ad propositum quantum ad hoc quod sit pro dampnato habendus, nisi incidat in heresim dampnatam explicite, cuiusmodi est omnis heresis que in eisdem terminis alicui veritati scripture divine contradicit, vel etiam  
155 contradicit cuicunque veritati que patenter omnibus iudicio rationis utentibus sequitur ex contento vel contentis in scriptura divina, vel contradicit veritati que est apud omnes catholicos tanquam catholica divulgata.

### *Capitulum 76*

**Discipulus:** Postquam disseruimus de papa heretico, an sit papatu privatus, peto ut secundum predictas opiniones exponas qua pena papa hereticus est plectendus.

5 **Magister:** Respondetur quod papa hereticus omnibus penis est subditus et subdendus quibus alii heretici, saltem episcopi, involvuntur vel sunt etiam involvendi, quia, sicut dictum est, papa hereticus non gaudet privilegio speciali, nec in taxatione penarum hereticorum papa pravitate heretica  
10 irretitus excipitur. Quare cum sit dampnatus sive iure divino sive iure humano, omnibus penis hereticis indistincte per ius divinum, ius naturale, per generalia concilia et canones summorum pontificum inflictis noscitur subiacere.

15 **Discipulus:** Aperte video quod si papa hereticus est dampnatus sive a iure divino sive a statutis generalium conciliorum, quod penis inflictis hereticis a iure divino et a statutis generalium conciliorum involvitur. Sed dic quomodo ostenditur quod subiacet penis illatis hereticis per summos pontifices.

20 **Magister:** Hoc sic probatur. Si papa hereticus est dampnatus sive per ius divinum sive per canones generalium

---

**Capitulum 76,8** dictum est] 1 Dial. 6.71

146 heresim] heresi An 148 habendus] hereticus We  
150 quantumcunque] quandocunque Bb We 153 cuiusmodi] huius An  
154 vel etiam] aut que Ly 155 cuicunque] alicui Ly 156 vel] ex *added*  
Fi **Capitulum 76,1**] 74 Ly 4 papa] *omitted* An 6 et subdendus]  
*omitted* An 7 involvuntur] involvunt Bb | etiam] *omitted* Ly  
12 divinum] et *added* Ly 13 noscitur] noscetur An 15 sive<sup>2</sup>] et Ly  
18 ostenditur quod] *omitted* Ly | per] *omitted* An 20 Hoc] *omitted* Ly  
21 canones] canonem Ly

conciliorum, factus est inferior summo pontifice si alius papa catholicus eligatur. Ex quo sequitur quod omnibus penis quas idem summus pontifex de novo electus duceret indistincte hereticis imponendas, papa hereticus est plectendus. Sed predecessores novi summi pontificis fuerunt eiusdem auctoritatis cuius est iste. Ergo, sicut papa hereticus subiaceret penis per suum successorem impositis, ita subiacet omnibus penis predecessorum suorum hereticis indistincte inflictis.

### *Capitulum 77*

**Discipulus:** Ex quo modum ponendi predictum intelligo, discurramus per penas quibus papa hereticus est plectendus.

**Magister:** Ut ordinatius procedatur, due distinctiones secundum primam opinionem dicuntur esse notande. Quarum prima est quod penarum hereticis debitarum quedam taxantur in iure divino vel iure naturali, quedam taxantur et determinantur in iure humano. Secunda distinctio est quod heretici aliquas penas incurrunt ipso facto, aliquas non incurrunt ipso facto, sed sunt eis per catholicos vel catholicum infligende.

**Discipulus:** Incipias ergo a penis hereticorum que taxantur in iure divino vel in iure naturali secundum primam opinionem.

**Magister:** Prima pena quam incurrit omnis hereticus, sive papa sive alius, est privatio omnis ecclesiastice prelationis, quia omnis hereticus, licet non sit privatus caractere qui confertur in ordinibus, est tamen omni ecclesiastica prelatione privatus.

Si enim secundum iura humana, in iure divino et naturali fundata, qui preest et illi quibus preest debent esse eiusdem professionis specialis, propter quod abbas

---

24 duceret] diceret Ly 25 hereticis] hereticus An | Sed] We Vc Ox Ba: omitted Bb Fi An Ly Cum Es Fr 27 sicut] si Ly 28 subiacet] subiaceret Ly 29 penis] ponis An **Capitulum 77,1**] gap Fi 75 Ly 3 discurramus] discrecius An 5 Ut] omitted An 7 taxantur] et determinantur added Ly 8 iure<sup>2</sup>] omitted Ly | iure<sup>2</sup>...9 in] omitted An | taxantur...9 determinantur] omitted Ly 9 Secunda] Etiam An 10 aliquas<sup>1</sup>] aliqua Fi | aliquas<sup>2</sup>...11 facto] omitted Bb Ly 11 incurrunt] incurrit An | eis] etiam added Ly | vel] per added Ly 14 naturali...16 hereticus] omitted An 16 Prima pena] Pena hereticorum Ly 20 ecclesiastica] ecclesiasticas We | privatus] prelatus An 22 illi] alii Ly 23 specialis] spiritualis Ly

25 monachorum debet esse monachus et canonicorum  
 canonicus, ut ex sacris canonibus colligitur (Extra, *De*  
*electione et electi potestate c. Cum causam*, et *c. Officii tui*, et  
*c. Cum in magistrum*, et 16 q.7 *c. In nona actione*, et Extra,  
 30 *De institutionibus c. In ecclesia*), multo magis, secundum ius  
 divinum, qui preest in spiritualibus et illi quibus preest debent  
 esse eiusdem professionis, saltem generalis. Hereticus autem  
 et catholicus non sunt eiusdem professionis, etiam generalis.  
 Heretici enim et catholici in nulla una professione  
 conveniunt, sed discrepant et discordant. Ergo hereticus  
 catholicis preesse non potest. Quod est aperte in lege veteri  
 35 figuratum, cum Deuteronomio 22 dicitur: “*Non arabis in*  
*bove simul et asino. Non indueris vestimento quod ex lana*  
*linoque contextum est*”. In quibus verbis innuitur quod in una  
 eademque congregatione non debet esse dispar professio.  
 Quare hereticus catholicis preesse non potest.

40 **Discipulus:** Per istam rationem probaretur quod  
 catholicus hereticis preesse non posset, cuius tamen videtur  
 oppositum, cum iudei sint servi christianorum (Extra, *De*  
*iudeis*). Et similiter, per eandem rationem infideles fidelibus  
 in temporalibus preesse non possent, nec umquam potuerunt,  
 45 cum fideles et infideles diverse professionis existant.

**Magister:** Ad primam instantiam respondetur quod  
 catholicus preesse non debet hereticis ad informandum et  
 regendum in sua superstitione eosdem, licet possit eisdem  
 preesse ad puniendum eosdem si contra Deum vel bonos  
 50 mores deliquerint. Ergo, consimiliter, hereticus preesse non

---

**Capitulum 77,25** Extra...26 causam] X. 1. 6. 27 col. 150 26 c<sup>2</sup>...tui]  
 X. 1. 6. 38 col.172 27 c<sup>1</sup>...magistrum] X. 1. 6. 49 col. 189 | 16...  
 actione] C. 16 q. 7 c. 22 col. 1547 | Extra...28 ecclesia] X. 3. 7. 2 col.  
 1063 35 Deuteronomio 22] Deuteronomy 22:10-11 42 Extra...43  
 iudeis] Possibly based on a strained interpretation of X. 5. 6. 13 col. 1663:  
 “...iudeos quod propria culpa submitit perpetue servituti...”

---

24 canonicorum] omitted An 26 et<sup>1</sup>...potestate] An: omitted Bb Fi We  
 Ly | et<sup>2</sup>...tui] omitted Ly | tui] Ly: omitted Bb Fi An We 27 c<sup>2</sup>...  
 actione] omitted Ly | nona] nova Bb Fi An We | actione] Ly: omitted  
 Bb Fi An We 28 institutionibus] We: institutis Bb An Ly insti<sup>o</sup> Fi  
 30 esse] omitted Bb 31 et] omitted Fi An | eiusdem] e<sup>9</sup> An 34 est]  
 etiam Ly 35 cum] est Ly | 22] ubi added Ly 36 simul] omitted Ly  
 41 posset] potest Ly 43 iudeis] et sarracenis et eorum servis omitted  
 Ww | Et] Etsi Bb An We | similiter] omitted Ly | eandem] eadem Bb  
 An We 44 possent] posset An | potuerunt] poterunt Ly 45 existant]  
 existat Bb 46 primam instantiam] Ly: p<sup>m</sup> Bb primam Fi An primum  
 istorum We 49 eosdem] eos Ly 50 deliquerint] delinquerint Fi  
 deliquerent We



debet catholicis ipsos instruendo et regendo in observantia religionis christiane. Cum ergo prelatus fidelium in religionis observantia christiane et fide catholica docere debeat et regere christianos, nullo modo, secundum legem divinam et rationem in divina lege et propositionibus naturaliter notis simul fundatam, hereticus preesse poterit catholicis orthodoxis. Quare omnis hereticus etiam secundum legem divinam omni prelatione est privatus. 55

Ad secundam instantiam respondetur quod, licet fideles et infideles diverse professionis existerent, et ideo nec fidelis infidelium nec infidelis fidelium debet esse doctor et rector quoad illa que ad suam professionem spectare noscuntur. Tamen in temporalibus, que communia sunt christianis fidelibus et infidelibus et que nullam sibi professionem certam determinant, et infidelis fidelibus et fidelis infidelibus, quantum est ex lege divina, preesse valebit. 60 65

Et ita per utramque instantiam tuam, ut videtur, potest patenter inferri quod, quemadmodum legi divine repugnat quod fidelis sit doctor et rector infidelium quantum ad illa que ad professionem infidelium spectant (tunc enim in talibus communicaret eisdem), ita legi divine repugnat quod infidelis sit doctor et rector fidelium quantum ad illa que ad religionem pertinent christianam. Quare per legem divinam omnis hereticus omni prelatione ecclesiastica est privatus. Et est hec pena ad papam hereticum extendenda, tum quia maius periculum immineret fidei orthodoxe si hereticus esset verus papa quam si esset verus episcopus, tum quia si hereticus non potest esse in minori officio propter repugnantiam quam habet ad religionem christianam, multo magis non poterit fungi maiori officio, et ita non poterit esse verus papa. 70 75 80

---

51 instruendo] informando We 52 religionis christiane] religiones christiani An 53 et<sup>1</sup>...catholica] fidem catholicam Ly 55 rationem] naturalem added Ly | divina] divino Bb An | et] in added Ly 56 catholicis] omitted We 57 Quare] Quia An Ly 58 prelatione] ecclesiastica added We 59 instantiam] instantiam An 60 fidelis] fideles Bb Fi 63 que] omnia added Ly | christianis] omitted We 64 et infidelibus] omitted Bb 65 determinant] determinat An 66 quantum] quod Ly | valebit] volebit An 67 ita] infra An | tuam] et aliam An 68 quod...divine] *With these words scriptor 17 briefly takes over in We* at fo. 112r line 1, and continues the copywork until the end of fo. 114r. Cf. Introduction. 70 spectant] spectat Fi spectatur An 71 divine] dieni An 73 religionem] religionem Bb 74 prelatione ecclesiastica] ecclesiastico An 75 ad] omitted Bb 76 immineret] imminet Ly | hereticus] omitted Ly 80 officio et] omitted An | papa] s<sup>s</sup> (=satis?) An

**Capitulum 78**

**Discipulus:** De ista pena satis dixisti. Ideo dic aliam penam quam ex iure divino vel iure naturali papa hereticus et generaliter omnes heretici ipso facto incurrunt.

5 **Magister:** Una assertio est quod omnes incurrunt penam infamie. Dicitur enim esse sciendum quod, sicut notat glosa 3 q. 7 § Porro: “*Infamia alia iuris, alia facti. Infamia facti est quando quis aggravatur vel infamatur apud bonos et graves ... Infamia iuris est diminutio status alicuius*”. Primam infamiam heretici, presertim occulti, non semper incurrunt, quia nonnulli heretici sepe apud bonos et graves minime diffamantur, apud quos tamen interdum catholici gravissime infamantur. Secundam autem infamiam papa hereticus et universaliter omnes heretici incurrunt. Ad cuius evidentiam  
10 dicitur esse sciendum quod “*infamia iuris quandoque irrogatur ipso facto*”, quandoque per sententiam. Et utroque modo incurrunt infamiam heretici universi, quia ex hoc ipso quod efficiuntur heretici committunt peccatum dignum infamia. Per sententiam etiam eis infamia irrogatur, dum per  
15 legem divinam de crimine maximo condemnantur, et illese dignitatis statu privantur.

**Discipulus:** Videtur secundum istos quod infamia iuris est duplex. Ideo ut intentionem eorum melius advertam, expone istos duos modos infamie iuris.

25 **Magister:** Ut clarius eorum habeas intellectum, scire debes quod de infamia per sententiam irrogata distinguunt, quia quedam est irrogata per sententiam latam a iure, quedam per sententiam latam ab homine. Primam infamiam incurrunt semper heretici. Secundam non incurrunt semper. Quam  
30 tamen nonnunquam veri catholici et ab omni crimine

---

78,6 glosa] C. 3 q. 7 c. 2 s.v. infamia col. 990 7 Infamia<sup>2</sup>...8 graves] the gloss continues with multiple references 15 infamia...16 facto] *Ibid.*

---

78,1 ] 76 Ly 3 ex] *omitted* Ly 5 omnes] heretici *added* Ly 6 enim] tamen We | quod sicut] *omitted* Bb 7 §] *omitted* Fi An Ly Infamia<sup>1</sup>...iuris] Alia est infamia iuris Ww 8 aggravatur vel] *omitted* Ww | graves] viros *added* Ly 9 iuris] *added* Ww 11 quia] quod An sepe] non semper Ly | minime] *omitted* Ly 12 diffamantur] *diffa*<sup>ur</sup> Fi *diffa*<sup>t</sup> An 14 universaliter] generaliter Ly 20 condemnantur] *condemp*<sup>r</sup> An *condempnatur* Ly 23 duplex] x<sup>v</sup> An | Ideo] We: Ita Bb Fi An Igitur Ly | intentionem] *intemptionem* We 25 intellectum] *inte*<sup>m</sup> An 26 de] *omitted* Ly | distinguunt...27 quia] duplex est Ly 27 est] que est *added* Ly 29 heretici] et *added* Fi | Secundam] infamiam *added* Ly | incurrunt] *incurrit* An 30 nonnunquam] non in quantum Ly | veri] vī An viri Ly

innocentes incurrunt, quia sepe catholici condemnantur ab homine, et heretici exaltantur et honorantur. Ex hiis dicunt quod cum fama sit illese dignitatis status moribus ac legibus comprobatus, infamia iuris est duplex, secundum quod status hominis dupliciter ledi potest. 35

Quia aut leditur per actum ipsius infamis, committendo videlicet actum infamie, quemadmodum de iniquis dicit Salomon Prov. 2<sup>o</sup>: “*Quorum vie perverse sunt et infames gressus eorum*”, et 14<sup>o</sup> c. dicit: “*Ambulans recto itinere et timens Deum despicitur ab eo qui infami graditur via*”, 40 patenter insinuans quod omnes gressus et vie pravorum sunt infames, quare omnes pravi et iniqui sunt infames. Et est hec infamia iuris, quamvis non semper habeat annexam infamiam facti, quia omnes actus malorum in quantum mali sive iure divino aut naturali vel humano dampnantur. Et hec infamia iuris potest vocari infamia irrogata per sententiam latam a iure. 45

Aliter leditur status hominis per superiorem suum ipsum de crimine condemnantem et de dignitate fame illese privantem, licet interdum nichil commiserit propter quod infamia ledi deberet. Et hec infamia potest vocari infamia iuris irrogata per sententiam latam ab homine. 50

**Discipulus:** Intelligo distinctionem eorum de duplici infamia iuris, per quam patenter adverte quod papa hereticus et omnes heretici infamia iuris primo modo dicta sunt infames, quia eorum pertinacie et protervie sunt infames, sicut et alii actus pravi malorum sunt infames secundum sententiam Salomonis. Sed ex hoc non sequitur quod sint infames infamia iuris secundo modo dicta. Et ideo, quomodo hoc probare nituntur, ostende. 55 60

**Magister:** Videris velle transire ad penas que irrogantur iure humano?

---

38 Prov 20] Proverbs 2:15 39 140 c] Proverbs 14:2

---

31 innocentes] non added Ly 32 hiis] enim added Ly 33 cum fama] infamia Ly | illese] lese Ly 34 comprobatus] approbatus An 35 hominis] communis An 36 ipsius infamis] infamie Ly 38 sunt] omitted Ww 39 140] 19<sup>o</sup> Fi An 8<sup>o</sup> Ly 40 despicitur] respicitur Ly 42 quare...infames<sup>2</sup>] omitted Ly 43 iuris] omitted An Ly | habeat] habeant Ly 44 sive] sunt Fi An Ly 45 aut] iure added Ly 49 de<sup>2</sup>] Bb: omitted Fi An We Ly 50 privantem] privatione An 51 deberet] debeat Ly 52 latam...homine] We Vc Ba Frm: omitted Bb Fi An iudicis Ly 56 quia eorum] omitted Fi | protervie] vie Ly 58 Salomonis] Salomon Bb Fi An 61 irrogantur] a added An Ly

**Discipulus:** Quia aliquotiens eadem pena iure divino et naturali et humano infertur, ideo, undecunque infamia hereticis irrogetur, dic qualiter probatur quod omnes heretici sunt infames.

**Magister:** Hoc multis auctoritatibus et rationibus videtur posse probari. Dionysius enim papa, ut legitur 2 q. 7 c. *Alieni*, hoc videtur asserere manifeste. Ait enim: “*Infames omnes esse censemus qui suam aut christianam prevaricantur legem*”. Omnes autem heretici legem christianam prevaricantur. Ergo omnes sunt infames.

His etiam concordat Stephanus papa qui, ut habetur 6 q. 1 c. *Infames*, ait: “*Infames esse eas personas dicimus, que pro aliqua culpa notantur infamia, id est omnes qui christiane legis normam abiciunt*”. Omnes ergo heretici sunt infames.

Quod etiam rationibus videtur posse probari, quarum prima est hec. Omnes iniqui qui regnum Dei minime possidebunt sunt infames, teste Fabiano papa qui, ut habetur 6 q. 1 c. *Illi*, ait: “*Illi qui illa peccata perpetrant de quibus Apostolus ait ‘quoniam qui talia agunt regnum Dei non consequuntur’, valde cavendi sunt, et ad emendationem, si voluntarie noluerint, compellendi sunt, quia infamie maculis sunt aspersi, et in barathrum dilabuntur*”. Sed heretici sunt iniqui qui regnum Dei non consequuntur. Ergo heretici sunt infames.

Secunda ratio est hec. Minoris culpe est peccatum luxurie quam peccatum heresis. Sed incontinenter viventes sunt infames, quia non sunt bone fame, dicente Heli sacerdote ad filios suos qui dormiebant cum mulieribus que observabant ad hostium tabernaculi, ut legitur 1 Reg. 2:

---

**68** 2...69 *Alieni*] C. 2 q. 7 c. 23 col. 913 **73** 6...74 *Infames*!] C. 6 q. 1 c. 17 c. 1059 **81** 6...*Illi*!] C. 6 q. 1 c. 4 c. 1053 **82** *Apostolus ait*] Galatians 5:21 **92** 1...2] 1 Kings 2:21--22

---

**63** et] *omitted* Ly **65** probatur] probetur Ly **69** *Infames*] esse *added* Ly **70** esse] *omitted* Ww | suam] fidem *added* Ww **73** 6...74 1] 9 q. 2 Ly **74** esse...personas] omnes etiam Ly **75** notantur] *or* vocantur (?) An **76** abiciunt] obeciunt An **80** teste] testes Bb **81** *Illi*!] Ille Bb perpetrant] penetrant Fi **83** consequuntur] consequantur Bb consequuntur] et] Ly: *omitted* Bb Fi An We **84** voluntarie] *omitted* Fi An Ly venire *added* Ww | compellendi] expellendi Bb Fi An | sunt] *omitted* Ww maculis] macula Ww **86** consequuntur] consequantur Bb We consequuntur Ly **87** infames] infamas An **91** filios] fideles Bb **92** tabernaculi] tabernacula Fi | 2] Et *added* Ly

“*Quare facitis res huiusmodi quas ego audio, res pessimas, ab omni populo? Nolite filii mei: non enim est bona fama quam ego audio*”. Ergo multo magis heretici sunt infames. 95

### **Capitulum 79**

**Discipulus:** Dic si papa hereticus et alii heretici alia pena plectuntur secundum ius divinum vel ius naturale vel etiam ius humanum.

**Magister:** Sunt nonnulli dicentes quod papa hereticus et generaliter omnes heretici hac pena plectuntur ipso iure quod sunt ab omni testimonio repellendi, nec eis in quocunque negotio est credendum. 5

**Discipulus:** Moliuntur hanc assertionem aliquibus rationibus vel auctoritatibus communire? 10

**Magister:** Hanc assertionem pluribus rationibus in scripturis fundatis auctenticis, et auctoritatibus multis, probare nituntur. Est autem prima ratio talis. Nullus criminosus est ad testimonium admittendus, nec ei in quocunque negotio est credendum. Omnes heretici sunt criminosi. Ergo nullus hereticus est ad testimonium admittendus, sed est ab omni testimonio repellendus, et ei in nullo negotio est credendum. 15

**Discipulus:** Sola maior istius rationis probatione indigere videtur. Quam sepe in scripturis legi auctenticis, nec tamen unde habeat firmitatem inveni, utrum scilicet ex iure divino vel naturali aut solummodo ex constitutione humana. Quod tamen scire a multis temporibus affectavi. Et ideo circa istam maiorem primo eam auctoritatibus munire nitaris, secundo an ex sola constitutione humana dependeat, vel ex iure divino aut naturali capiat fulcimentum, velis disserere. Sic enim fortassis ad veritatem perveniam. 20 25

---

79,2 Dic] Continuing the unified approach of 1 Dial. 6.78.61-66.

---

93 res<sup>1</sup>] *omitted* Ly | huiusmodi] huiusmodi Bb | ego] *omitted* Ly  
 79,1 ] 77 Ly 4 ius] *omitted* Ly 7 ab] aß An 9 hanc] hunc An  
 10 auctoritatibus] aucteritatibus An | communire] munire Ly 14 ei]  
 oportet Bb 15 Omnes] autem *added* Ly 20 Quam] Nam Ly  
 22 solummodo] so<sup>m</sup> iuris An | humana] habeatur *added* Ly  
 24 maiorem] materiam An 26 velis] l' (*sic*) An 27 fortassis] fortasset  
 Fi An

**Magister:** Fateor quod, quia multos novi scelestos igne  
 30 vel perpetuo carcere notorie dignos, qui de personis  
 innocentibus gravia confinxerunt et mendaciter imposuerunt  
 ex odio vel rancore, istam materiam libenter secundum  
 hominum opiniones discutiam. Et quid ego sentiam toti  
 mundo alias explicabo. De hac enim materia librum intendo  
 35 facere specialem.

**Discipulus:** Et ego huiusmodi criminatores et  
 detractores agnovi, de quibus in tertia parte huius operis,  
 scilicet tractatu de gestis circa fidem altercantium  
 orthodoxam, in speciali plures questiones tibi proponam.  
 40 Quia impositores et relatores falsorum criminum in tantum  
 odio habeo quod michi videtur eos esse dignos pena maiori  
 quam illi qui essent impositis criminibus irretiti. Nunc vero  
 circa maiorem prescriptam, sicut dixi, procede.

**Magister:** Quod omnes criminosi sint a testimonio  
 45 repellendi multis auctoritatibus videtur posse probari. Ait  
 enim Damasus papa, ut habetur 2 q. 7 c. *Testes*: “*Testes  
 absque ulla infamia aut suspicione, vel manifesta macula, et  
 vere fidei plenitudine instructi esse debent*”.

Item, Celestinus papa 3<sup>us</sup>, ut legitur Extra, *De  
 50 exceptionibus* c. 1, ait: “*Cum, sicut canonica instituta  
 declarant, testes absque ulla infamia, vel suspicione vel  
 manifesta macula in ferendo testimonium requirantur*”.

Item, Pontianus papa, ut habetur 3 q. 5 c. *Suspectos*, ait:  
 55 “*Suspectos aut inimicos aut facile litigantes, et eos qui non  
 sunt bone conversationis aut quorum vita est accusabilis, et  
 qui rectam non tenent et docent fidem, accusatores esse et*

---

29 Magister...43 procede] This interesting passage promises a specific  
 treatise “De impositione falsorum criminum”. If actually written this was  
 archived and subsequently (after 1348) lost or confiscated. Cf. also the  
 proposed 3 Dial. 3. 8 (=De gestis et doctrina fratris Willelmi Ockham) in  
 the light of the IPP prologue (OP IV, pp. 279-81) 47 2... Testes<sup>1</sup>] C. 2 q.  
 7 c. 39 col. 925 50 Extra...51 1] X. 2. 25. 1 (*Denique*) col. 834 54 3...  
 Suspectos] C. 3 q. 5 c. 4 col. 967

---

29 scelestos] scelestes Bb We 30 dignos] dignes Bb Fi An  
 31 mendaciter] mandaciter Fi 32 vel] et We | rancore] rōē Fi  
 38 scilicet] de added Bb Fi An | gestis] grestis An 40 impositores]  
 impositionis An | falsorum] fi<sup>dorum</sup> (sic) An 41 esse] omitted We  
 43 maiorem] maiore An 45 sint] sunt Ly 47 Damasus] Damascenus Fi  
 48 vel] Ly: et Bb Fi An We | et...49 vere] cum vera Ly 49 fidei] Ly:  
 omitted Bb Fi An We | debent] debet An 50 papa] omitted We  
 51 sicut] sint Fi An 54 Pontianus] Pentianus An | Suspectos] Supectos  
 Ly 56 sunt] omitted Bb 57 et<sup>1</sup>] aut Ly

*testes et antecessores nostri apostoli prohibuerunt, et nos eorum auctoritate submovemus, atque futuris temporibus excludimus.*” 60

Ex quibus patet aperte quod criminosi sunt a testimonio repellendi.

**Discipulus:** Scio quod sepe invenitur in iure quod criminosi sunt a testimonio repellendi, et quod etiam sunt ab accusationibus penitus submovendi. Ad quod tamen probandum aliquas auctoritates adducas, et alia signa ubi debeant reperiri. 65

**Magister:** Quod criminosi sint ab accusatione penitus repellendi testatur Iulius papa qui, ut legitur 3 q. 5 c. *Similiter*, ait: “*Similiter in iam prefixa synodo est decretum ne suspecti aut infames aut criminosi aut gratiosi vel calumpniatores vel affines aut scelerati aut facile litigantes suscipiantur accusatores, sed tales qui omni careant suspicione.*” 70

Item, Eusebius papa, ut habetur eisdem causa et questione c. *Constituimus*, ait: “*Constituimus iterum, firmantes cana patrum statuta, cum omnibus qui nobiscum sunt episcopis, sicut dudum decretum reperimus, ut homicide, malefici, fures, sacrilegi, raptores, adulteri, incesti, venefici, suspecti, criminosi, domestici, periuri, et qui raptum fecerunt, vel falsum testimonium dixerunt, seu qui ad sortilegos divinosque concurrerunt, similesque eorum, nullatenus ad accusationem vel ad testimonium sint admittendi, quia infames sunt et iuste repellendi, quia funesta est vox eorum.*” 75  
Ex quibus patet expresse quod criminosi tam ab accusatione quam a testimonio sunt penitus repellendi. 80  
85

---

69 3...70 Similiter<sup>1</sup>] C. 3 q. 5 c. 10 col. 969 76 c Constituimus] C. 3 q. 5 c. 9 col. 969

---

59 submovemus] submonemus Bb Ly | atque...62 repellendi] omitted Bb 60 excludimus] prohibemus Ly 61 quibus] verbis added Ly 65 accusationibus] accusatione Bb Fi We 66 aliquas] alias Ly | alia] alias We Ly 68 criminosi] si added Bb | sint] sunt Ly 69 Iulius] Iulianus Ly 70 in] omitted An | iam] omitted Ww | ne] nec An 73 suscipiantur] suspicantur Bb Fi An | omni] Ly: omnino Bb Fi An We | careant] carent Ly vitio aut added Ww 75 eisdem] eadem (?) We eadem Ly 76 iterum...77 statuta] omitted Ww 77 omnibus qui] omitted An 78 sicut...reperimus] omitted Ww 79 malefici] et added Bb Fi An Ly | incesti] incestuosi Ww 80 domestici] demestici Bb 81 vel] qui added Ww | qui] que Fi 82 concurrerunt] concurrunt Ww ad] omitted Ly 83 accusationem] accusandum Ww | sint] sunt Bb Ly st' Fi An We 84 est] in talibus added Ww

Quod etiam asseritur manifeste 3 q. 4 c. *Nulli*, et c. *Si quis*, et c. *Consanguineorum*, et 3 q. 5 c. *Canonica*, et 6 q. 1 c. *Omnes*, et c. *Quiescite*, et Extra, *De sponsalibus et matrimoniis* c. *Cum in tua*, et 2 q. 1 c. *Prohibentur*, et Extra, *De accusationibus* c. *Cum oporteat*, in textu et glosa, et Extra *De testibus* c. *Veniens*.

Quod etiam criminosi non sint in testimonium admittendi tali ratione probatur. Minus sunt admittendi criminosi convicti quam quibus crimina opponuntur. Sed illi quibus crimina opponuntur, sive in modum exceptionis sive in modum accusationis, non sunt ad testimonium admittendi (Extra, *De testibus* c. *Super eo* et c. *Testimonium* et c. ultimo et Extra, *De exceptionibus* c. *Denique*). Ergo multo magis notorie criminosi et convicti vel confessi de crimine non sunt in testimonium admittendi.

**Discipulus:** Iste allegationes pro hac assertione sufficiant. Ideo ad secundum te converte, et unde accipitur quod criminosis in nullo negotio fides debeat adhiberi secundum literatorum sententias manifesta.

**Magister:** Circa hoc contingit diversimode opinari. Est enim una opinio quod non est ex constitutione humana sed ex recta ratione et iure divino quod nulli criminoso est credendum, quia de nullo criminoso est firmiter presumendum quod sit verax et quod nolit mentiri vel etiam peierare. Illi autem in preiudicium alterius nullatenus est credendum de quo non est presumendum quod sit verax et

---

87 3...Nulli] C. 3 q. 4 c. 11 col. 963 | c<sup>2</sup>...88 quis] C. 3 q. 4 c. 3 col. 961 88 c Consanguineorum] C. 3 q. 4 c. 4 col. 961 | 3...Canonica] C. 3 q. 5 c. 6 col. 967 | 6...89 Omnes] C. 6 q. 1 c. 2 col. 1051 or C. 6 q. 1 c. 4 col. 1053 89 c Quiescite] C. 6 q. 1 c. 12 col. 1057 | Extra...90 tua] X. 4. 1. 27 col. 1440 90 2...Prohibentur] C. 2 q. 1 c. 14 col. 821 | Extra...91 oporteat] X. 5. 1. 19 col. 1588 91 glosa] *Ibid.*, s.v. ad denunciandum | Extra...92 Veniens] X. 2. 20. 10 col. 709 98 Extra...eo] X. 2. 20. 22 col. 716 | c Testimonium] X. 2. 20. 54 col. 755 | c ultimo] X. 2. 20. 56 (*Non debet*) col. 757 99 Extra...Denique] X. 2. 25. 1 col. 834

---

88 Consanguineorum] Consangwieorum (*sic*) Bb Sanguinei Ly | 3] Ly: omitted Bb Fi An We | 5] 4 Ly 89 De...90 matrimoniis] De sponsatione impuberum Bb Fi An De desponsatione impuberum We Ly 90 2] We: 22 Bb Fi An Ly | 1] omitted Fi 93 sint] sit An sunt Ly 94 tali] omitted Ly 95 criminosi] crimine Ly 97 ad] in Ly 99 exceptionibus] exceptione Ly 100 notorie] notoria An | convicti] victi Ly 102 hac] omitted Ly 103 Ideo] omitted An 104 criminosis] criminoso Ly 105 literatorum] beatorum An Ly | manifesta] mani<sup>t</sup> An 107 est] ex Ly 108 quod] omitted Ly | nulli] ull<sup>i</sup> An | criminoso] criminosi Fi 111 peierare] periurare Ly | nullatenus] gap An



quod nolit mentiri. Ergo nulli criminoso in quocunque negotio, precipue in alterius preiudicium, est credendum.

**Discipulus:** Ista opinio duo probare deberet. Quorum primum est quod de nullo criminoso est firmiter presumendum quod sit verax et quod nolit mentiri vel etiam peierare. Secundum est quod illi non est credendum de quo non est firmiter presumendum quod sit verax et quod nolit mentiri.

**Magister:** Primum declaratur sic. Ille de quo constat quod caret aliqua vera virtute non est presumendum quod careat vitio contrario, saltem secundum preparationem cordis, licet constare possit quod careat contrario vitio quantum ad opus exterius. Multi enim sunt de quibus constat quod non sunt vere iusti, quia constat quod exercent opera iusta ex timore vel cupiditate. De quibus tamen per consequens constat quod non sunt iniusti quantum ad opus exterius, quia nullum faciunt opus iniustum. Sed non constat quod non sint iniusti secundum preparationem cordis. Criminosus autem caret illa veritate seu veracitate que est vera virtus. Ergo de criminoso est nullatenus presumendum quod non sit falsus et mendax et quod nolit mentiri.

**Discipulus:** Ista ratio videtur michi mirabilis. Sequitur enim ex ipsa quod nunquam de aliquo pagano vel infideli fuerit presumendum quod non fuerit falsus neque mendax et quod noluerit peierare, quia de quolibet pagano et infideli constat quod non habuerit veram virtutem que est veritas seu veracitas, quia nulla est vera virtus sine sana fide, sicut nec iustitia est sine sana fide, teste Augustino qui, ut habetur 24 q. 1 c. *Ubi*, ait: "*Ubi sana fides non est non potest esse iustitia.*"

---

140 24... 141 Ubi<sup>1</sup>] C. 24 q. 1 c. 29 coll. 1849

---

113 mentiri] vel etiam added An 114 preiudicium...115 deberet] omitted An 115 deberet] debet Ly 117 presumendum] credendum Ly etiam] omitted Ly 118 peierare] peirare Bb periurare Ly 119 est] credendum de quo non est repetition An | sit verax] verax est Ly 122 caret] careat Ly | caret...quod<sup>2</sup>] omitted An 123 contrario] We Vc Ox Ba: omitted Bb Fi An opposito Ly quocunque Frm 127 tamen] et added An 128 quantum] quo Ly 129 opus] omitted Ly | sint] sunt Ly 131 veritate] virtute We Ly | seu veracitate] scilicet veritate Ly 132 sit] fuit added An 134 Sequitur...135 enim] Nam sequitur Ly 136 fuerit<sup>1</sup>...137 infideli] We Vc Ox Ba: omitted Bb Fi An Ly presumendum fuit quod non fuerit falsus et mendax Fr 137 peierare] periurare Ba 138 constat] eo Fr Esm (omitted Es To Di) | quod... habuerit] quod non vult An quod habuerit Ly 139 vera] omitted Ly sicut] ideo sicut Ly 140 est] omitted Bb | qui] omitted Ly | 24] 3 Ly 141 non est] omitted Fi | est] ibi added Ly | esse] sana added Ly

Ergo consimiliter ubi sana fides non est veritas seu veracitas esse non potest. Constat autem quod pagani veram fidem minime habuerunt, ergo de nullo eorum presumendum fuit  
 145 quod non esset falsus neque mendax. Quare nullus eorum fuit unquam ad testimonium admittendus, quod constat esse falsum.

**Magister:** Ad istam instantiam respondetur distinguendo de vera virtute. Ad cuius evidentiam dicitur esse  
 150 sciendum quod bonum actum exteriorem contingit tripliciter exercere. Sicut dicere veritatem, recte iudicare, pascere pauperem, et actus bonos alios exercere contingit vel propter Deum, vel quia dictantur a ratione recta, vel quia neque propter hoc quod Deo placent neque quia dictantur a ratione  
 155 recta, sed propter aliquod bonum utile aut delectabile consequendum vel propter aliquod malum aut periculum evitandum.

Actibus bonis primo modo elicitis correspondent virtutes perfecte. Qui enim ex habitu veritatem loquitur  
 160 propter Deum habet veritatem seu veracitatem que est virtus perfecta, quam habent soli fideles, quia illi soli propter Deum verum ex caritate veritatem loquuntur. Et ista virtus nullum vitium secum compatitur, quia habens talem virtutem secundum preparationem cordis habet omnes virtutes et actus earum et omni vitio caret, quemadmodum habens caritatem  
 165 secundum preparationem cordis habet omnes virtutes et omni vitio caret.

Actibus bonis secundo modo elicitis correspondent virtutes vere sed imperfecte respectu primarum virtutum. Qui  
 170 enim ex habitu loquitur veritatem propter hoc quod ratio recta dictat veritatem esse dicendam, licet de Deo non cogitet, habet veritatem seu veracitatem que est vera virtus, sed imperfectam. Que ideo est vera virtus quia habens taliter

---

149 distinguendo...virtute] Ockham, *Quaestio de connexione virtutum*, OTh VIII, 335-336 163 quia...164 cordis] Ockham, *ibid.*,347-348. Cf. also Ockham, *Quaestiones in librum tertium Sententiarum*, III, q. 12, OTh VII, 426

---

142 veracitas] v'tas An 144 eorum] illorum Ly 145 quod...146 unquam] quod unquam esset Ly 146 quod] quia Fi 148 respondetur] r<sup>orum</sup> (sic) An 149 vera] una An 150 contingit...151 exercere] omitted Ly 152 contingit] tripliciter added Ly 153 dictantur] dictatur Ly 154 placent] placet Ly | quia] omitted Bb | dictantur] dictatur Ly 156 aut] ac Ly 158 elicitis] licitis Fi 159 Qui] Quis Bb Fi An 161 quam] quem Ly 162 ista] ita Bb Fi An 170 loquitur] dicit Ly 172 sed...173 quia] omitted Ly 173 imperfectam] imperfecta Bb Fi We

veritatem secundum preparationem cordis habet omnes  
virtutes morales et omni vitio caret. Et ideo, quia talis veritas  
omne vitium excludit, potest vera virtus vocari, sed est  
imperfecta sicut actus in tali dicente est imperfectus. Velle  
enim dicere veritatem propter Deum est multo perfectior  
actus quam tantummodo velle dicere quia recta ratio dictat  
veritatem esse dicendam, quemadmodum Deus est perfectior  
quam ratio recta. Et ideo ista veracitas est imperfectior alia.  
Virtutes autem isto modo dicte fuerunt, secundum aliquos, in  
philosophis multis et paganis quampluribus, quia plures  
eorum ideo fecerunt actus bonos ex genere quia secundum  
rationem rectam vivere voluerunt.

Actibus autem bonis exterioribus tertio modo elicitis  
non correspondent vere virtutes neque perfecte neque  
imperfecte, quia nec virtutes generantur ex eis, nec ipsi ex  
virtutibus generantur. Qui enim loquitur veritatem vel ut  
honoretur vel ut ditetur, vel ut infamiam aut aliquod malum  
evitet (quemadmodum ambitiosi, hypocrite, avari, et alii  
multis criminibus involuti veritatem dicunt et actus bonos  
alios operantur), non habent veritatem que est virtus vera  
neque perfecta neque imperfecta. Tales enim non sunt  
virtuosi sed sunt ambitiosi, timidi, vel avari. Omnia namque  
opera sua faciunt vel ut videantur ab hominibus et honorentur,  
laudentur, et exaltentur ab eis, vel ut acquirant pecunias, aut  
ut infamiam et confusionem temporalem evadant.

**Discipulus:** Antequam ista ad propositum applicentur,  
ad unam interrogationem meam respondeas: an scilicet sic  
dicentes teneant virtutes perfectas et imperfectas esse  
distinctas specie vel solo numero propter maiorem et  
minorem gradum eiusdem perfectionis secundum speciem.

---

**175** quia] *omitted* Ly **176** excludit] et *added* Ly **177** dicente] veritatem  
*added* We **179** actus] actio Ly | dicere] veritatem *added* We **180** est]  
*omitted* An **181** veracitas] veritas Ly **182** aliquos] alios Ly **184** ex] et  
An | quia] quod Fi An **185** vivere] vive<sup>re</sup> viv'e viv'e (*sic*) An  
**186** elicitis] elicis We **188** eis] ipsis Fi An **190** ut<sup>1</sup>] We: *omitted* Bb Fi  
An Ly | ditetur] dictetur Bb An | ut<sup>2</sup>] Ly: *omitted* Bb Fi An We  
**191** evitet] non ideo verax et virtuosus est *added* Ly | quemadmodum]  
quem Bb An Ly quomodo We **193** alios] aliquos Ly | non] autem  
*added* Ly **195** sunt] *omitted* Ly | ambitiosi] vel *added* Fi  
**196** videantur] vidantur An | honorentur] honorificentur We  
**197** acquirant] acquirent Fi An | pecunias] pecuniam Ly  
**198** temporalem] temporale An | evadant] evadent Fi **200** unam...  
meam] istam instantiam Ly

205 **Magister:** Circa istam interrogationem sunt opiniones  
 contrarie, quibusdam asserentibus quod non distinguuntur  
 specie, aliis opinantibus quod specie distinguuntur,  
 quemadmodum actus voluntatis quo elicitur vel imperatur  
 bonus actus exterior propter Deum distinguitur specie ab actu  
 voluntatis quo elicitur vel imperatur actus bonus exterior quia  
 210 a recta ratione dictatur. Illi enim ponunt omnes veras virtutes  
 esse in voluntate, et quod quibuslibet distinctis actibus bonis  
 voluntatis distincti habitus correspondent.

215 **Discipulus:** Opiniones predictas intelligo. Quarum  
 discussionem curiosis reputo relinquendum, quia parum  
 utilitatis habent. In hoc autem opere utilia tantum reputo  
 pertractanda. Ideo dic quomodo per illa que predicta sunt de  
 virtute perfecta et imperfecta ad factam instantiam  
 respondetur.

220 **Magister:** Respondetur quod non solum qui habet  
 virtutem perfectam que sine fide et caritate minime reperitur,  
 sed etiam qui habet quamcunque virtutem veram moralem,  
 licet imperfectam respectu virtutis que est in fidem et  
 caritatem habentibus, habet secundum preparationem cordis  
 omnes virtutes morales et omni morali vitio caret. Et ideo  
 225 talis virtuosus secundum preparationem cordis est verax nec  
 est falsus neque mendax. Tales autem virtutes morales, ut  
 quidam putant, in multis fuere paganis. Multi enim eorum  
 secundum rationem rectam vivere nitebantur, et vixerunt.  
 Quare veraces fuerunt, et ideo in testimonium admittendi  
 230 fuerunt. Quia igitur quilibet etiam paganus presumendus est  
 virtuosus virtute morali imperfecta (nisi constet contrarium),

---

210 Illi...ponunt] Ockham, *Quaestio de connexione virtutum*, 323-326

213 Quarum...216 pertractanda] PP\*. In effect this “backburns” the query of 1 Dial. 79.198-202\*. The curious contrast between lines 198ss.\* and lines 212ss.\* suggests that some material included in an earlier draft may have been cancelled in the version prepared for publication. Cf. 1 Dial. 5.5 (OP V) for a similar attitude.

---

204 istam] i<sup>a</sup> An | interrogationem...opiniones] opinionem habentur  
 assertiones Ly 208 propter...209 exterior] We Vc Ba: *omitted* Bb Fi An  
 Ly propter Deum distinguitur specie ab actu voluntatis quo elicitur Ox  
 (*scripted this beginning of the We Vc Ba variant then cancelled it omitting  
 the rest*) propter Deum Frm 210 dictatur] dicatur Bb 214 relinquendum]  
 relinquendam Bb We Ly 215 reputo] reputi An 216 predicta] dicta Ly  
 217 virtute] voluntate Fi An | factam] perfectam Bb 221 quamcunque]  
 quantumcunque Bb 222 fidem] fide Bb 224 et] etiam Bb 228 et]  
*omitted* An

pagani qui non fuerunt aliquo morali crimine involuti ad testimonium admittendi fuerunt.

Cum autem dicit Augustinus “*ubi sana fides non est, non potest esse iustitia*”, ipse loquitur de iustitia perfecta cui correspondent actus iusti ex caritate Dei eliciti. Talis enim iustitia in paganis et in quibuscunque carentibus sana fide non fuit. Alia tamen iustitia, que vocatur iustitia politica vel civilis, fuit in pluribus. Multi enim eorum multa fecerunt non propter aliquod lucrum vel commodum vel honorem, vel propter aliquod exterius malum vel periculum evitandum, sed quia rectam rationem sequi volebant.

**Discipulus:** Licet prescripta apparentia et subtilia videantur, contra ipsa tamen aliquae michi obiectiones occurrunt. Quarum prima est quod secundum assertiones sanctorum patrum pagani non sunt ad testimonium admittendi (2 q. 7 c. *Pagani*).

Secunda est quia omnes pagani sunt et fuerunt criminosi, quia infidelitas species criminis esse dinoscitur. Et tamen secundum predicta aliqui pagani fuerunt in testimonium admittendi. Ergo criminosus est ad testimonium admittendus.

Tertia est quia, si ideo pagani aliqui fuerunt reputandi veraces et non falsi neque mendaces quia secundum rationem rectam vivere nitebantur, et constat quod multi criminosi secundum rectam rationem vivere moliuntur (qui enim ex sola ignorantia peccant secundum rationem vivere conari videntur, multi autem criminosi ex sola ignorantia peccant), ergo multi criminosi, omnes scilicet ex sola ignorantia delinquentes, sunt in testimonium admittendi.

**Magister:** Ad primum istorum respondetur quod pagani quos a testimonio decreta sanctorum patrum excludunt fuerunt ex malitia christianis infesti, et ideo tanquam inimici et suspecti non fuerunt contra christianos in testimonium admittendi coram iudice christiano.

---

247 2...Pagani] C. 2 q. 7 c. 25 col. 913

---

234 Cum] Quando Fi Ly 237 sana] sane An 238 Alia] omitted Ly politica] politicarum An 239 multa] iusta Fi An opera iusta We 245 est] <sup>l</sup>d An hec added Ly 247 2] “et” sign An 248 Secunda] ratio added Ly 251 ad] a’d An 253 Tertia] ratio added Ly | quia] quod We Ly | fuerunt] fuerant An 257 peccant] peccat An 258 peccant...259 ignorantia] omitted An 259 omnes] omitted An | sola] We: omitted Bb Fi An Ly | ignorantia] ignorantiam Bb 261 primum istorum] primam istarum Ly 264 et] omitted Ly

Ad secundum dicitur quod nonnulli fuerunt pagani qui nequaquam criminosi fuerunt. Nam et Job paganus fuit, et multi alii boni qui ad legem Mosaicam nequaquam astricti fuerunt. Et ideo eis adhibenda fides fuit. Si etiam aliqui  
 270 essent in puris naturalibus constituti secundum rationem vivere satagentes, non essent criminosi censendi, et ideo esset credendum eisdem, quia virtutes morales haberent imperfectas. Illi autem pagani qui crimine infidelitatis irretiti fuerunt, de stricto iure non fuerunt in testimonium a fidelibus  
 275 admittendi, sed tamen infideles, qui infidelitatem crimen minime putaverunt eos recipere debuerunt.

**Discipulus:** Nunquid secundum istam opinionem aliqui philosophi vel imperatores aut alii pagani qui idola coluerunt habuerunt aliquam virtutem licet imperfectam?

**Magister:** Respondetur quod nullus idolatra, sive paganus sive alius, dum erat idolatra, habuit veram virtutem etiam imperfectam. Nam omnes tales criminosi fuerunt, et nullum vitium dampnabile stat cum quacunque vera virtute, quia, sicut dictum est, quicumque habet unam veram virtutem  
 280 habet secundum preparationem cordis omnem aliam virtutem, et ideo omni vitio caret.

**Discipulus:** Contra hoc est obiectio tertia quam feci. Ideo indica quomodo respondetur ad ipsam.

**Magister:** Ad illam dicitur quod nullus criminosus vivere secundum rationem conatur. Cum vero dicis quod qui ex sola ignorantia peccant secundum rationem vivere conari videntur, respondetur quod quedam ignorantia excusat ut actum qui communiter est peccatum reddat ab omni peccato immunem, vel saltem faciat esse veniale peccatum. Et qui ex  
 290 tali ignorantia peccat vel facit actum qui communiter est peccatum non est criminosus. Alia est ignorantia que non excusat, vel saltem non excusat a peccato mortali, et ex tali ignorantia multi criminosi peccant. Sed nullus peccans ex ignorantia tali nititur vivere secundum rationem. Si enim  
 295 secundum rationem vivere conaretur, quomodo esset  
 300

---

266 secundum] secundam Ly 268 Mosaicam] Moysaycam An  
 269 fides] fide Bb 270 essent] esset Bb 273 imperfectas] imperfecte  
 Ly 275 crimen] dm̄ An esse added Ly 278 aut] et Ly 281 habuit]  
 habuerint An 283 quacunque] omitted Ly 286 ideo] ide or inde An  
 287 feci] et added Ly 289 illam] ipsam Ly | nullus criminosus] nulli  
 criminoso Ly 290 conatur] donatur An Ly | dicis] dicitur Ly  
 291 peccant] peccat An Ly | conari] conari An 292 videntur] videtur  
 Ly 293 actum] actam An | ab] ad An 294 esse] omitted Ly  
 295 actum] actam An 299 nititur] utitur An

vivendum inquireret diligenter. Si autem inquireret, inveniret. Quod si invenire non posset, ipsum ignorantia invincibilis excusaret.

Et propter hoc philosophi et alii idolatrantes non fuerunt a crimine excusati. Quia aut sciverunt idola non esse colenda (quemadmodum plures philosophi docuerunt in scholis nichil divinitatis esse in idolis, et quod eis non esset honor divinus aliquo modo exhibendus, et tamen simul cum aliis idola coluerunt, et de illis constat quod criminosi fuerunt et secundum rationem vivere nullatenus conabantur), aut huiusmodi idolatrantes ignoraverunt huiusmodi idola non esse colenda, et constat quod ignorantia invincibili minime laborabant, quia per rationem naturalem poterant invenire quod nichil divinitatis erat in idolis manufactis et quod eis honor divinus non debuit exhiberi. Ergo laborabant ignorantia affectata aut crassa et supina. Talis autem ignorantia non excusat, imo talis ignorantia est dampnabilis. Ergo criminosi fuerunt, et ideo secundum rationem vivere nullatenus nitebantur. Quare nullam veram virtutem, etiam imperfectam, que potest esse sine fide et caritate, penitus habuerunt. Et ideo de stricto iure in nullo negotio debuere fideles et virtuosos eis indubitam credulitatem aliquo modo exhibere.

**Discipulus:** Ista ultima dicta prioribus repugnare videntur. Nam dictum est prius quod multi philosophi et alii habuerunt veras virtutes, licet imperfectas. Nunc autem asseritur quod nullus idolatra habuit veram virtutem. Constat autem quod omnes philosophi fuerunt idolatre. Ergo secundum ultimo dicta nullam habuerunt veram virtutem, et ita ultima prioribus contradicunt.

**Magister:** Respondetur quod non constat omnes philosophi fuisse idolatre. Imo probabile est quod aliqui non

301 inquireret<sup>2</sup>] inquireret An | inveniret] omitted Bb 302 Quod] omitted Ly | ignorantia] ig<sup>ea</sup> An | invincibilis...303 excusaret] In We scriptor 11<sup>us</sup> begins his copywork with these words (at fo. 115r line 1) 304 propter hoc] propterea Ly | idolatrantes...305 sciverunt] omitted An 306 philosophi] philosophiam An 307 in] omitted Bb Fi An 308 simul cum] omitted An cum Ly 312 colenda] colunda An ignorantia] i<sup>goa</sup> An 314 nichil] nc (sic) An | erat] esset We | quod<sup>2</sup>] qui An 316 aut] omitted Bb et Ly | Talis...317 ignorantia] omitted An 317 Ergo] Et ideo Ly 319 nitebantur] videbantur Fi An nitabantur We 321 de stricto] de scripto We districto Ly | debuere] debuerunt Ly 322 indubitam] indubitam Bb We Ly | exhibere] adhibere We Ly 323 Ista] Ita Bb 324 Nam...est] Dictum est enim Ly | et alii] omitted Ly 326 habuit] habuerit An 329 ita] sic Ly 331 fuisse] fuse An idolatre] Kn: idolatras Ww | Imo] Ideo Ly

fuerunt idolatre. Quicumque enim secundum rationem vivere  
nitebantur omnem idolatriam evitarunt. Si ergo aliqui  
philosophi vel alii secundum rationem vivere conabantur,  
335 idolatre non fuerunt.

**Discipulus:** Istam rationem, per quam probatur quod de  
nullo criminoso est firmiter presumendum quod sit verax,  
intelligo. Que in hoc michi fundari videtur quod omnis  
criminosus secundum preparationem cordis omni crimine  
340 irretitur, quemadmodum habens caritatem vel quamcunque  
veram virtutem secundum preparationem cordis habet  
omnem actum virtutis sibi possibilem. Quod tamen mirabile  
michi apparet, quod nullus intelligens hoc debeat opinari,  
cum quedam vitia sint omnino contraria. Qui autem habet  
345 unum contrariorum non habet etiam secundum preparationem  
cordis reliquum contrariorum.

Rursum, quedam sunt vitia penitus disparata. Qui autem  
habet unum disparatorum non propter hoc reliquum habere  
dinoscitur, etiam secundum preparationem cordis. Ergo non  
350 omnis criminosus habet secundum preparationem cordis  
omnia vitia.

Item, sepe videmus aliquos uno crimine irretitos qui alia  
crimina in se et in aliis detestantur in tantum quod ante se  
morti exponerent quam crimina talia committerent quoquo  
355 modo. Ergo non sunt etiam secundum preparationem cordis  
omni crimine irretiti. Ista sunt per que patenter ostenditur, ut  
videtur, quod non omnis criminosus secundum preparationem  
cordis omni crimine irretitur. Que, quamvis evidentia et  
insolubilia michi appareant, peto tamen ut gratia exercitii  
360 quomodo ad ipsa respondeatur enarres.

**Magister:** Responsiones ad ista melius intelliges si tibi  
fuerit declaratum quid est secundum opinionem contrariam  
secundum preparationem cordis aliquo vitio irretiri.

**Discipulus:** Rogo quod hoc declares.

---

332 idolatre] idolatras Ly 333 nitebantur] nitebatur We | omnem]  
omitted Ly | evitarunt] Ly: evitavit Bb An We evita<sup>t</sup> Fi  
336 Discipulus] Cap. 78 *begins in* Ly 338 intelligo] intellectio We  
340 quemadmodum] quemamodum We 342 possibilem] possibile Bb  
Quod tamen] Hoc autem tam Ly | tamen] autem An 343 intelligens]  
intellectus Ly 347 Rursum] Preterea Ly 349 dinoscitur] dignoscitur We  
352 qui] quedam We 355 cordis] omitted An 356 irretiti] irrititi We  
357 non] omitted We 359 insolubilia] indissolubilia We | tamen]  
omitted Fi An 360 respondeatur] Ly: respondeas Bb Fi responderis An  
respondetur We | enarres] enarra Bb Fi An 364 hoc] omitted Ly



**Magister:** Dicunt quod irretiri aliquo vitio secundum preparationem cordis non est aliud quam habere aliquam dispositionem vel principium inclinans naturaliter ad vitium, et per nullam veram virtutem a tali vitio refrenari. Sicut habere actus virtutis secundum preparationem cordis non est aliud quam habere dispositionem vel principium inclinans ad actus virtutum. Propter quod qui habet caritatem habet secundum preparationem cordis omnes actus virtutum sibi possibles, in tantum quod qui habet caritatem exit in omnem actum virtutis quando tenetur. Quod si dimittit quemcunque actum virtutis, quando tenetur, caritatem amittit. Sic homo iracundus habet secundum preparationem cordis actus omnium vitiorum, que dicuntur esse filie ire, quia habet dispositionem inclinans ad actus omnium vitiorum illorum, licet sepe per aliquam passionem predominantem ire ne in actus vitiorum illorum prorumpat pro tempore retrahatur.

**Discipulus:** Intellego quid isti vocant ‘secundum preparationem cordis aliquo vitio irretiri’. Ideo quomodo ad predictas instantias respondetur expone.

**Magister:** Ad predictas instantias refellendas dicunt isti esse notandum quod, quemadmodum in speculabilibus sunt quedam principia universalia ex quibus conclusiones plurime demonstrantur (propter quod dicitur quod principia sunt minima in quantitate et maxima in virtute), quia ex uno principio cum aliis propositionibus assumptis immediate vel mediate conclusiones innumerabiles inferuntur, et sicut in naturalibus quedam sunt cause universales et quodammodo illimitate ex quibus diversi et innumeri causantur effectus (quandoque quidem ex illis solis, quandoque ex illis et aliis

**377** dicuntur] Aquinas, *Summa Theologie*, 2<sup>a</sup> 2<sup>e</sup>, q. 158, art. 7

**387** dicitur] Cf. Ockham, *Breviloquium* 2.1.10-14 (OP IV, 111)

**367** inclinans naturaliter] inclina natl'ir An **369** virtutis] virtutem Bb virtutum We Ly | cordis] *omitted* An **373** exit] exsiit We **374** virtutis] virtutum An | dimittit] dimitteret Ly **375** amittit] et *added* We **377** que] qui Ly | filie] filii Ly **379** sepe] *omitted* Ly predominantem...380 prorumpat] parumper et Ly | in] *omitted* An **380** tempore] dominantem ire ne in actus vitiorum illorum prorumpat pro tempore *added dittography* An (*which includes the "in" missed earlier*) retrahatur] retraatur We **381** quid] quod Bb An **382** quomodo] quo An **383** instantias] inste<sup>as</sup> An **384** refellendas] repellendas Ly **385** speculabilibus] speculationibus We **386** quedam] quidam An quibus] sunt quedam principia universalia ex quibus *added dittography* Bb **388** virtute] v<sup>ite</sup> An **389** cum] cam An | assumptis] coasantis We | vel] et Bb Fi An **391** quodammodo] quod' An **393** quidem] quidam We

395 particularibus causis concurrentibus) ita ut eadem causa  
 universalis vel propter diversitatem passivorum vel propter  
 diversitatem particularium agentium sit causa contrariorum,  
 ita in moralibus sunt quedam dispositiones ad plurimos actus  
 virtutum vel vitiorum naturaliter inclinantes. Quemadmodum  
 400 caritas imperat et inclinat ad omnes actus omnium virtutum,  
 et ira ad contumelias, rixas, contentiones, detractiones,  
 percussiones, homicidia, et plures actus alios vitiosos inclinat.

Per hoc ad tuas instantias respondetur. Ad primam  
 dicitur quod quamvis quedam sunt vitia contraria, et ideo  
 actus eorum simul esse non possunt, tamen habens unum  
 405 vitium habet preter vitium illud unam dispositionem malam  
 inclinantem ad actum vitii contrarii, nisi impediatur vel  
 deficiat aliquid ad actum vitii contrarii requisitum. Verbi  
 gratia: prodigalitas et tenacitas sunt vitia contraria, et tamen  
 tenax potest habere actum prodigalitati secundum  
 410 preparationem cordis, quia in tenace propter ipsam  
 tenacitatem est desiderium pecuniam acquirendi, et ideo si  
 tenax videt quod per actum prodigalitati potest multa  
 acquirere, ex desiderio acquirendi plura exit in actum  
 prodigalitati. Sic etiam videmus quod vitia et virtutes  
 415 contrariantur et tamen sepe vitiosus habet actum virtutis  
 secundum preparationem cordis. Sepe enim mendax ut sibi  
 credatur loquitur veritatem, et ambitiosus ut magnos honores  
 acquirat parvos honores spernit et respuit.

**Discipulus:** Clare video quod licet aliqua vitia sint  
 420 contraria, tamen habens unum vitium potest actum contrarii  
 vitii habere secundum preparationem cordis. Imo etiam  
 videtur quod secundum predicta qui habet unam virtutem  
 habet actum vitii contrarii secundum preparationem cordis, si  
 habens vitium habet actum virtutis secundum preparationem  
 425 cordis.

---

395 passivorum] passorum Fi 397 moralibus] moda<sup>bus</sup> An | plurimos]  
 plures Ly 400 rixas] rixsas We | contentiones] contempiones We  
 401 homicidia] omicidia We | inclinat] et *added* Ly 402 instantias]  
 insten<sup>as</sup> An 403 sunt] sint Bb We sit An | vitia] *omitted* Fi An  
 405 vitium<sup>1</sup>] illud *added* Bb Fi An | preter...illud] We Vc Ba: preter  
 vitium ad Ox *omitted* Bb Fi An Ly 407 vitii] et *added* An 408 tamen]  
 tunc Ly 409 actum prodigalitati] prodigalitem Fi prodiga<sup>t</sup> An  
 410 tenace] tenaci We | propter] p<sup>f</sup> An 411 tenacitatem] tenaci<sup>te</sup> An  
 413 ex] et An | exit] exiit We 415 actum] actus Bb Fi 416 Sepe] Se  
 Bb 417 ambitiosus] abitiosus An 419 aliqua] acca'ta An 420 habens]  
*omitted* Bb | potest] omnes *added* Ly | actum] We Vc Ox Ba Es Fr:  
 actus Bb Fi An Ly 422 secundum] *omitted* Bb 423 si] sic Ly

**Magister:** Respondetur quod falleris, quia non est simile de actibus vitiorum exterioribus et de actibus virtutum exterioribus. Nam multi sunt actus vitiorum exteriores qui nullo modo bene fieri possunt, sicut mentiri nullo modo potest fieri bene. Actus etiam fornicandi et multi alii nequaquam bene fieri possunt. Nullus autem est actus virtutis exterior quin male fieri possit. Nam orationes, ieiunia, eleemosine, male fieri possunt. Imo actus martyrii male suscipi potest. Propter quod criminosus habet actus virtutum exteriores, sed non interiores, secundum preparationem cordis. Unde hypocrite, ambitiosi, avari, superbi, et alii criminosi nonnunquam mirabiles actus virtutum exteriores exercent. Unde de hypocritis dicit Christus Matth. 6: “*Exterminant enim facies suas, ut appareant hominibus ieiunantes*”. Et de ambitiosis dicit Innocentius 3<sup>us</sup> : “*Humilitatem simulat et honestatem mentitur, affabilitatem exhibet, benignitatem ostendit*”. Ex quibus patet quod vitiosi possunt habere actus virtutum exteriores secundum preparationem cordis. Sed virtuosus actus vitiorum non habet secundum preparationem cordis, quia illi a virtuoso nequaquam fieri possunt.

**Discipulus:** Ista instantia non est ita fortis sicut ante putavi. Ideo dic quomodo respondetur ad secundam.

**Magister:** Respondetur ad illam quod nulli actus vitiorum sunt taliter disparati quin quocunque crimine irretitus habeat aliquam dispositionem malam inclinantem naturaliter, nisi impediatur, saltem alia causa concurrente, ad quemlibet actum vitiosum. Et ideo quilibet criminosus habet actum cuiuslibet vitii secundum preparationem cordis.

---

438 Matth 6] Matthew 6:16 440 dicit] Innocent III, *De contemptu mundi sive de miseria conditionis humane*, lib. 2, cap. 26 (*de ambitioso*), PL, t. 217, col. 727A

---

426 falleris] *omitted* Ly 428 exterioribus] et de actibus *added* Bb interioribus Ly | qui] que We 430 etiam] We Vc Ox: *omitted* Bb Fi An Ly 433 Imo] etiam *added* We 435 sed...interiores] *omitted* An 436 hypocrite] ipocrite We 438 6] 5 Ly 439 Exterminant] Exterminat An | enim] *omitted* Bb Fi An | appareant] appareat An 440 ambitiosis] ambitioso Ly 441 Humilitatem] Humanitatem Ly | et] *omitted* We affabilitatem] affabilem Ly 442 ostendit] eum d' Fi eum dicit An quibus] verbis *added* Ly 443 habere] exercere Ly 445 quia] quod An a virtuoso] abirtuoso An 446 nequaquam...possunt] bene fieri nequaquam possunt We | possunt] *omitted* Bb 447 ita] *garbled* An 449 ad illam] ad primam Fi primam An ad secundam Ly 450 crimine] crimino Bb 451 irretitus] irretitur We 452 saltem] *omitted* Fi An

455 **Discipulus:** Que est illa dispositio mala que inclinatur ad omnem actum vitiosum?

**Magister:** Respondetur quod tales dispositiones male sunt plures, scilicet contemptus rationis, amor sui, aversio a Deo, et huiusmodi, que a nullo vitio separantur. 460 Quemadmodum plures conditiones et dispositiones bone omni virtuti sunt annexe, propter quas quicumque habet unam veram virtutem habet actum omnis virtutis sibi possibilis secundum preparationem cordis. Qui enim ideo est castus quia vult vivere secundum rationem rectam, ipse etiam vult 465 facere omnem actum virtutis cuiuslibet quandocumque ratio recta dictat quod actum virtutis facere debet. Et sine tali voluntate et dispositione inclinante ad omnem actum cuiuslibet virtutis secundum dictamen rationis recte, nullus habet castitatem que est virtus vera, quantumcunque ab omni 470 actu venereo et impudico absteat. Et ita, qui habet veram castitatem que est virtus, secundum preparationem cordis habet actum omnem cuiuslibet virtutis sibi possibilem.

**Discipulus:** Dic quomodo respondetur ad instantiam tertiam quam feci.

475 **Magister:** Respondetur quod non ideo dicitur quis habere actum vitiosum secundum preparationem cordis quia est semper paratus in omnem eventum actum huiusmodi exercere. Sic enim mendax non haberet secundum preparationem cordis actum mendacii, quia sepe mendax 480 nequaquam vult mentiri. Neque enim aliquis vitiosus haberet secundum preparationem cordis actus vitii quo noscitur irretiri. Neque enim luxuriosus, neque gulosus, neque iracundus, neque invidus, neque superbus semper vult actus vitiosos exteriores elicere, et tamen quilibet vitiosus habet secundum preparationem cordis actus vitii quo noscitur 485 irretiri.

---

459 separantur] seperantur An 460 Quemadmodum] Quemamodum We | conditiones] p̄cores Bb | et dispositiones] *omitted* Ly 462 actum] *omitted* Bb | possibilis] possibilem We 463 Qui] Si .q. An | ideo] *omitted* Ly 465 quandocumque] quando Ly quandocumque...468 virtutis] *omitted* An 466 recta] *omitted* Bb 467 voluntate] vote Bb 468 nullus] non An Ly 469 que] qui Fi An quantumcunque] quandocumque Fi 470 et] *omitted* Ly | impudico absteat] impudico absteat An | ita] infra An 471 virtus] quantumcunque non exerceat actum cuiuslibet virtutis tamen *added* Ly cordis] *omitted* Ly 472 virtutis] v̄t<sup>9</sup> An 476 vitiosum] virtuosum Bb Fi An 479 quia...480 mentiri] nequaquam enim vult semper mentiri Ly 480 nequaquam] *omitted* Bb | enim] *omitted* We Ly | vitiosus] criminosus Ly | haberet] *omitted* An 485 quo] quibus Ly

Dicitur ergo, sicut predictum est, quis habere actus vitiosos secundum preparationem cordis quia habet dispositionem malam inclinans naturaliter ad actus vitiosos exteriores, et per nullam veram virtutem ab actu huiusmodi cohibetur. Non tamen semper exercet huiusmodi actus, quia 490 sepe ab actibus exercendis huiusmodi prohibetur, vel propter absentiam cause particularis que ad actum talem requiritur, vel propter aliquam aliam causam predominantem impediens talem actum. Verbi gratia: luxuriosus querens 495 delectationem in actibus venereis, et in nullo propter rationem rectam a libidine se refrenans, habet dispositionem malam ad omnes actus venereos inclinans, scilicet desiderium dilectandi in actu venereo, qui tamen sepe ab actu venereo se restringit, vel quia deficit sibi obiectum quod concupiscit, vel 500 quia timet confusionem. Propter timorem enim pene vel confusionis aut inhonorationis vel dampni temporalis, multi abstinent a peccato luxurie qui aliter nullatenus abstinerent. Sic etiam multi mendaces sepe minime mentiuntur, vel quia non indignantur contra aliquem cui nocere desiderant, vel 505 quia timent in mendacio deprehendi. Sic etiam fures sepe non furantur, vel quia nichil inveniunt quod furentur, vel quia penam furti formidant. Omnes tamen predicti habent actus huiusmodi vitiosos secundum preparationem cordis. Sic est de multis criminosis qui antea morerentur quam crimina 510 quedam committerent, non ex amore virtutis, sed quia habent aliquas passiones vel dispositiones etiam malas vel non virtuosas ad actum contrarium inclinantes, ut pote vel quia timent inhonorationem vel confusionem aut aliquid aliud quod, antequam incurrerent, mortem susciperent. Et tamen 515 cum hoc stat quod habent huiusmodi actus secundum preparationem cordis modo predicto. Quemadmodum multi hypocrite, occulti luxuriosi et mendaces, antequam deprehenderentur in actu luxurie vel mendacii, se morti

---

487 predictum] dictum Ly 494 vel] *omitted* An | aliquam] *omitted* Fi predominantem] et *added* Ly 495 impediens] *omitted* An | Verbi gratia] V g' An 496 et] *omitted* Ly 499 dilectandi] delectandi An We Ly | se...500 restringit] restringitur Ly 502 dampni] danni We Ly | se...504 etiam] *omitted* Fi An 503 qui] quia Bb | aliter nullatenus] alias nunquam Ly 504 Sic] Sicut Ly | quia] *omitted* Ly 505 desiderant] desiderant We Ly 506 deprehendi] reprehendi Bb Ly Sic] Sicut Ly 507 vel<sup>1</sup>] *omitted* Ly 508 furti] fu<sup>ri</sup> An 509 est] etiam We 510 qui] quia We 511 quedam] predicta We 512 etiam] *omitted* Ly 515 antequam] illud *added* Ly | susciperent] susciperet An 516 habent] habeant Ly 517 multi] *omitted* Ly 518 hypocrite] et *added* We Ly | occulti] occulte Ly 519 actu] actum Fi An

520 exponerent. Et tamen habent huiusmodi actus secundum  
preparationem cordis, a quibus sepe strictissime se  
restringunt, quia timor in eis confusionis et verecundie  
predominatur passioni et vitio ad actum luxurie et mendacii  
inclinanti.

525 **Discipulus:** Ista opinio intellecta modo prescripto  
maiolem apparentiam habere videtur quam antea arbitrarer.  
Ideo pro ipsa nitere allegare.

**Magister:** Ista opinio multis rationibus communitur,  
quarum prima est hec. Omnis superbus habet secundum  
530 preparationem cordis omnes actus vitiorum. Omnis  
criminosus est superbus. Ergo omnis criminosus habet  
secundum preparationem cordis actus omnium vitiorum.

Maiolem probatur sic. Qui habet initium omnis peccati  
habet secundum preparationem cordis omnes actus vitiorum  
535 et peccatorum, quia, sicut dictum est, habere secundum  
preparationem cordis actum vitiosum est habere  
dispositionem inclinantem naturaliter ad actum vitiosum, et  
per nichil quod virtutis est refrenari. Sed qui habet initium  
omnis peccati habet dispositionem inclinantem ad omnia  
540 peccata, et per nichil virtuosum retrahitur a peccato. Ergo qui  
habet initium omnis peccati habet omnia peccata secundum  
preparationem cordis. Omnis autem superbus habet initium  
omnis peccati, teste Sapiente qui, Ecclesiastici 10, ait:  
545 "*Initium omnis peccati est superbia*". Ergo omnis superbus  
habet omnem actum peccati secundum preparationem cordis.

Item, qui habet matrem omnium vitiorum habet omnem  
actum vitiosum secundum preparationem cordis, quia ex  
matre omnium vitiorum omnes actus vitiosi oriuntur vel oriri  
possunt. Omnis autem superbus habet matrem omnium

---

543 Ecclesiastici 10] Ecclesiasticus 10:15

---

523 predominatur] dominantur Fi An Ly | et<sup>2</sup>] vel Ly | mendacii] We  
Vc Ox Ba: mendacio Bb Fi An etiam mendacii Ly vicii Es Fr 526 antea]  
ante eam We | arbitrarer] arbitrabar Ly 527 nitere allegare] sic  
intellecta allegare coneris Ly 528 communitur] munitur Ly  
530 vitiorum] vitiosos. Sed Ly 532 actus] omitted Bb 534 omnes...  
vitiorum] actum vitiosum An | omnes...535 est] actum vitiosum Ly  
535 et...dictum] omitted An | habere] autem added Ly  
537 inclinantem...539 dispositionem] omitted Ly | vitiosum...538  
initium] omitted An 540 retrahitur] retrahitur We 542 autem superbus]  
asrib] An 543 10] 18 We Ly 546 Item...547 cordis] omitted Bb

vitiorum, quia, secundum beatum Gregorium, superbia est 550  
mater omnium vitiorum. Ergo omnis superbus habet omnem  
actum vitiosum secundum preparationem cordis.

Minor autem, scilicet quod omnis criminosus est 555  
superbus, probatur primo ex precedentibus. Quia omnis  
criminosus habet initium peccati, quia sine initio neque est  
medium neque finis. Superbia autem est initium omnis  
peccati, ergo omnis criminosus habet superbiam.

Secundo hoc ostenditur auctoritate Innocentii qui, 560  
loquens de superbia, ait: “*Importabilis superbia omnibus  
odiosa, inter omnia vitia, tu semper es prima, tu semper es  
ultima. Nam omne peccatum te accedente committitur, et te  
recedente dimittitur. Scriptum est enim ‘initium omnis peccati  
superbia’, ‘primogenita mors’*”. Ex quibus verbis colligitur 565  
quod nullum peccatum absque superbia reperitur, et ita omnis  
criminosus est superbus.

Quod tertio ratione probatur sic. Omnis criminosus a 570  
Deo avertitur. Quicumque autem a Deo avertitur, eo quod  
Deum contempnit et contra Deum erigitur, superbia elevatur.  
Ergo omnis criminosus est inter superbos merito  
computandus. Quod veritatem habet secundum quosdam  
prout omnis aversio a Deo vocatur superbia, non prout solus  
appetitus proprie excellentie superbia appellatur.

**Discipulus:** Puto quod ad probandum tam maiorem 575  
quam minorem rationis istius multas scires tam rationes quam  
auctoritates adducere, sed nolo pro nunc plures audire. Cupio  
tamen scire an aliquis doctorum qui sequelam habent et  
tamen a pluribus improbantur, sentiant quod omnis superbus  
secundum preparationem cordis omni crimine irretitur.

---

550 Gregorium] Gregorius Magnus, *Moralia in Job*, lib. 31, cap. 45 (PL, t. 76, col. 621A): radix quippe cuncti mali superbia est, de qua, scriptura attestante, dicitur ‘initium omnis peccati est superbia’ 559 Innocentii] Innocent III, *op. cit.*, lib. 2, cap. 31 (*de superbia et casu Lucifer*), PL, t. 217, col. 729A 564 primogenita mors] Cf. Job 18:13

---

551 habet] omitted An 554 Minor] gap An | autem scilicet] vero Ly 555 primo] sic added Ly 556 initium] omnis added Ly 559 hoc ostenditur] probatur Ly 560 superbia<sup>2</sup>] omitted An 561 inter] contra We | omnia] alia Bb An Ly | es<sup>1</sup>...562 et] omitted An 562 et] omitted Bb Fi We Ly 567 Quod] etiam added Ly | ratione] omitted Ly 569 erigitur] origitur An 572 vocatur] convocatur Bb 575 istius] huius Ly | multas] multa We | tam rationes] omitted An 576 plures] eos Ly 577 habent] habet Fi Sed An habuit Ly 578 improbantur] improbat Ly | sentiant] sentient We sentiat Ly

580 **Magister:** Nonnullis apparet quod hoc est de intentione  
 Thome de Aquino. Nam 2<sup>a</sup>2<sup>e</sup>, q. 162, articulo 2<sup>o</sup> ait sic:  
 superbia “*potest considerari secundum redundantiam*  
*quamdam in alia peccata. Et secundum hoc habet quandam*  
 585 *generalitatem, inquantum scilicet ex superbia oriri possunt*  
*omnia peccata, duplici ratione. Uno modo, per se, inquantum*  
*scilicet alia peccata ordinantur ad finem superbie, que est*  
*propria excellentia, ad quam potest ordinari omne id quod*  
*quis inordinate appetit. Alio modo, indirecte, et quasi per*  
 590 *accidens, scilicet removendo prohibens, in quantum scilicet*  
*homo per superbiam contempnit divinam legem, per quam*  
*prohibetur a peccando, secundum illud Ieremie: ‘confregisti*  
*iugum..., rupisti vincula..., dixisti: non serviam’”. Ex quibus*  
 verbis colligitur quod ex superbia possunt oriri omnia  
 peccata. Ex quo sequitur quod omnis superbus secundum  
 595 preparationem cordis omnibus criminibus irretitur, licet a  
 quibusdam criminibus aliquando per alias passiones, non per  
 virtutem veram, prohibeatur.

**Discipulus:** Sufficiant ista pro ratione predicta, et si alie  
 tibi occurrunt de illis breviter te expedias.

600 **Magister:** Secunda ratio ad probandum quod omnis  
 criminosus secundum preparationem cordis omni crimine  
 irretitur talis est. Non est maior ratio de uno crimine quam de  
 alio quod criminosus aliquo speciali crimine irretitus sit  
 secundum preparationem cordis omni alio crimine involutus.  
 605 Sed criminosus cupiditate, que est speciale peccatum,  
 implicitus, omni alio crimine secundum preparationem cordis  
 involvitur, teste Apostolo (1 Tim. 6) qui ait: “*Radix omnium*

---

581 Thome...Aquino] Aquinas, *Summa Theologie*, 2<sup>a</sup> 2<sup>e</sup>, q. 162, art. 2  
 (*Utrum superbia sit speciale peccatum. Responsio*) 591 Ieremie] Jeremy  
 2:20 607 1...6] 1 Timothy 6:10

---

581 Thome] cathy<sup>e</sup> An | 162] 16 Ly 582 considerari] considerare Fi  
 An 583 quamdam] quemdam An quemadmodum Ly | in] et Ly  
 habet] omitted Fi | quandam] quemdam Fi An 584 generalitatem]  
 genera li<sup>em</sup> An 585 omnia] alia added Ly 586 scilicet] omnia added  
 Ly | que] qui Bb An We 587 omne] omitted Ly | id] illud Bb Fi Ly  
 588 quasi] quod An 591 secundum] omitted Bb | Ieremie] omitted Ly  
 593 oriri] ori An 596 alias] aliam Bb aliquas Ly 597 virtutem] vir<sup>tes</sup>  
 An | virtutem veram] virtutes veras Ly 598 Sufficiant] Sufficiat An  
 ratione] assertionem Ly 599 tibi] rationes added Ly 602 irretitur]  
 irretitur We 603 irretitus] talis est. Non est maior ratio de uno crimine  
 quam de alio quod criminosus aliquo speciali crimine irretitus added  
 dittography An irretitus We 606 crimine] peccato Ly 607 Apostolo] qui  
 ait ut legitur added Ly | 1] omitted Ly | qui ait] omitted Ly



*malorum est cupiditas*". Ubi glosa, obiciens, ait: "*Alibi dicit scriptura quod superbia est initium omnis peccati. Hic vero dicitur quod avaritia sive cupiditas est radix omnium malorum, que non videntur convenire*". Et respondens ait: "*Sciendum vero utrumque vere dictum esse, si peccatorum genera attendantur. Nullum enim genus peccati est quod aliquando non proveniat ex superbia, et nullum quod aliquando non proveniat ex cupiditate. Et est utique aliquis homo qui ex cupiditate fit superbus, et aliquis qui ex superbia fit cupidus. Est enim aliquis homo qui non esset amator pecunie, nisi per hoc putaret se excellentiorem esse, et est qui non amaret excellere, nisi putaret per hoc maiores divitias habere*". Ex quibus verbis colligitur quod omnia peccata ex cupiditate seu avaritia oriri possunt. Quare omnis cupidus seu avarus secundum preparationem cordis est omni crimine irretitus. Hoc est, nullum crimen est quod avarus seu cupidus propter habendam pecuniam non committeret si nulla passio timoris, aut erubescencie, aut aliqua alia nequaquam rationis iudicio regulata, eum a committendo crimen prohiberet, ita quod per nullam veram virtutem a quocunque crimine committendo retrahitur.

Tertia ratio est hec. Homo iracundus secundum preparationem cordis est omni crimine irretitus. Ergo, per rationem consimilem, omnis criminis secundum preparationem cordis est omni crimine irretitus. Antecedens probatur. Quia qui est in ianua omnium vitiorum omnibus criminibus secundum preparationem cordis involvitur. Homo autem iracundus est in ianua omnium vitiorum, teste glosa que super illo Prov. 29 "*vir iracundus provocat rixas*" ait:

---

**608** glosa] Petrus Lombardus, *Collectaneorum in Paulum continuato: in epistolam primam ad Timotheum*, PL, t. 192, cols. A, B **635** glosa] Walafrid Strabo, *Glossa ordinaria libri Proverbarum*, PL, t. 113, col. 1112A **636** Prov 29] Proverbs 29:22

---

**608** cupiditas] radix omnium malorum *added* Bb Fi An | dicit] sic *added* Ly **612** vero] vere An nobis est Ly **613** enim] igitur Bb **615** ex] et An **616** aliquis] est *added* Fi An Ly **617** Est enim] Et est Fi An **618** nisi] *omitted* An **619** excellere] We: excellentiam Bb Fi An Ly divitias] dīfīs An **620** quibus] quibusdam Bb **621** cupidus] capidus An **623** est<sup>1</sup>] dictum *added* Bb Fi An **624** non] nec Bb Fi An | nulla] eum *added* Ww **626** regulata] releganda We | crimen] crimine We Ly **628** retrahitur] retrahitur We **632** irretitus] irrecitatus An **636** que] *omitted* Ly | que super] super que Bb Fi An | illo] illud We verbo *added* Ly | rixas] rixas We ubi *added* Ly

“*Ianua omnium vitiorum iracundia, qua clausa, virtutibus intrinsecus dabitur quies, aperta, ad omne facinus armabitur animus*”. Ergo homo iracundus in ianua vitiorum existens ad  
 640 omnia genera peccatorum armatur. Et per consequens secundum preparationem cordis omni crimine irretitur.

**Discipulus:** Mirum est quod dicit glosa, scilicet quod clausa iracundia virtutibus intrinsecus dabitur quies, cum multos videmus mansuetos qui tamen multis aliis criminibus  
 645 involvuntur.

**Magister:** Respondetur quod nunquam iracundia, que est ianua omnium vitiorum, vere est clausa nisi per mansuetudinem que est vera virtus. Mansuetudo autem que est vera virtus nullum vitium secum compatitur, quia nullus  
 650 est vere mansuetus nisi mansuetudinem propter Deum vel propter rationem rectam conservet. Qui autem est mansuetus propter Deum omni vitio criminali caret, et consimiliter qui est mansuetus ut rationi recte se conformet nulli vitio subiacet criminali. Multi autem videntur mansueti qui ab omni  
 655 iracundia exteriori se cohibent ut aliquod malum aut periculum devitent, vel ut honorem aut aliquod aliud bonum utile vel delectabile consequantur. Sed omnes tales non sunt mansueti mansuetudine que est virtus vera. Quemadmodum multi actum exteriorum fortitudinis efficiunt, vel quia magnitudinem periculi non perpendunt, vel propter alicuius passionis impulsus, vel propter aliquod temporale commodum acquirendum aut incommodum evitandum, qui in rei veritate vera fortitudine que est virtus carent, licet fortes plerumque putentur.

**Discipulus:** Per istam rationem de nullo potest sciri  
 665 quod habeat veram virtutem et quod non sit criminosus. Et

---

637 Ianua] est *added* Bb Fi An We | qua] qua *or* contra An 638 quies] qua *added* Ly | aperta] aperte Bb Fi An 642 est] hoc *added* We 644 videmus] videamus An We Ly | mansuetos] mansuetes Bb 647 est!] in *added* We 648 Mansuetudo...649 virtus] que Ly 649 compatitur] patitur Ly 650 mansuetudinem] mensuetudinem An 651 mansuetus] mensuetus An 652 criminali] We Vc Ba Ce: carnali Bb Fi An Ly | consimiliter] secundus similiter scilicet Ly 653 mansuetus] mensuetus An 655 cohibent] vel *added* We 656 devitent] evitent Ly aliquod] *omitted* An | aliud] *omitted* Ly 657 Sed omnes] Sed omnes (*sic*) Ly 658 mansueti mansuetudine] mensueti mensuetudine An 659 exteriorum] exteriorum An | efficiunt] perficiunt Ly 661 aliquod] *omitted* An 663 vera] *omitted* Ly | fortitudine] *omitted* Bb 666 veram] *omitted* Ly | non] *omitted* Bb | Et...667 ita] Itaque Ly

ita, si nulli criminoso est credendum, nulli homini certa fides est adhibenda.

**Magister:** Dicitur quod absque operatione miraculi facti in testimonium sanctitatis alicuius, de nullo potest per certitudinem sciri quod non sit criminosus. Quia tamen ea que possunt fieri bene et male in meliorem partem interpretari debemus (Extra, *De regulis iuris*, c. *Estote*), ideo multi sunt virtuosus censendi (quia omnes quos nullum actum qui non possit bono animo fieri facere ignoramus), et ideo tales sunt ad testimonium admittendi.

**Discipulus:** Compleas alias rationes.

**Magister:** Quarta ratio pro assertione predicta est hec. Ille qui in minori crimine involutus est, eo ipso secundum preparationem cordis maiori crimine irretitur. Igitur et omnibus criminibus secundum preparationem cordis noscitur irretitus, quia omnia crimina vel sunt maiora, vel minora, vel equalia. Si igitur minori crimine involutus maioribus criminibus secundum preparationem cordis noscitur involutus, multo magis secundum preparationem cordis minoribus et equalibus involutus est putandus, et ita secundum preparationem cordis omnibus criminibus irretitur.

Sed qui minori crimine irretitur eo ipso secundum preparationem cordis maiori crimine irretitur, Ipsa Veritate testante, que Luce 16 ait: “*Qui in modico iniquus est, et in maiori iniquus est*”. Que verba secundum actum nequaquam possunt intelligi, quia multi crimina minora committunt qui tamen non faciunt actu maiora. Ergo verba illa quantum ad preparationem cordis debent intelligi, ut iste sit sensus: qui in modico iniquus est secundum preparationem cordis etiam in

---

673 Extra...Estote] X. 5. 41. 2 col. 1962 690 Luce 16] Luke 16:10

---

667 ita] inf<sup>1</sup> An | nulli<sup>1</sup>] nullo Bb Fi An | homini] hoim (*sic*) Ly  
 669 miraculi] mirabili We 671 sciri] scire An 672 interpretari] interpretare Fi  
 674 quos] We Vc Ox: qui Bb Fi An Ly | quos...675  
 ignoramus] qui faciunt qui potest fieri bene vel male quo animo faciunt  
 ignoramus Fr | actum] faciunt *added* Ly 675 fieri] et quo animo illos  
*added* Ly | facere] faciant Ly | ignoramus] illos virtuosos censere  
 debemus *added* Ly 679 in] *omitted* Bb Fi | est] *omitted* Bb 680 Igitur  
 et] Ly: *omitted* Bb Fi An We 682 sunt] *omitted* Bb | vel<sup>2</sup>] sunt *added*  
 Ly | vel<sup>3</sup>] sunt *added* Ly 683 involutus] involvitur Ly 686 equalibus]  
 esse *added* Ly 687 cordis] minoribus et equalibus involutus est putandus,  
 et *infra* secundum preparationem cordis *added dittography* An (*but with*  
 “*infra*” *instead of* “*ita*”) 688 Sed qui] Secundum quod Ly | qui minori]  
 minori qui Fi An | eo...689 irretitur] *omitted* Bb 690 16] 18 Ly  
 692 qui] *omitted* Bb 694 debent] debet Fi 695 etiam] et Fi An

maiori iniquus est, hoc est, per nullam virtutem a maiori crimine cohercetur, et quicumque minori crimine irretitur, si possit et temptatus fuerit et non timeat confundi nec aliquod utile vel delectabile amittere, a crimine maximo et  
 700 enormissimo se nullatenus continebit. Quia si criminosus a crimine quocunque de quo temptatur se cohibet, propter aliquem finem vel aliquod motivum se cohibet ab eodem, et non propter finem virtutis nec propter motivum dictatum a ratione recta. Ergo propter aliquem alium finem vel aliud  
 705 motivum se cohibet. Illo ergo fine vel motivo remoto, se minime cohibebit. Et ita criminosus secundum preparationem cordis omni alio crimine irretitur, licet ab actu pro tempore refrenetur. Quia tamen non refrenatur propter Deum nec propter bonum virtutis sive propter rationem rectam sed  
 710 aliunde, dicitur habere talem actum secundum preparationem cordis, quemadmodum, sicut dictum est prius, luxuriosus habet actum luxurie secundum preparationem cordis, licet interdum ex aliqua alia causa quam ex ratione recta ab actu luxurie se refrenet.

715 Quinta ratio est hec. Qui habet radicem omnium criminum habet omnia crimina secundum preparationem cordis. Omnis autem criminosus habet radicem omnium criminum, quia amorem sui, non Dei, qui est radix omnium criminum. Quod expresse insinuat beatus Paulus 2<sup>o</sup> Tim. 3  
 720 dicens: “*Erunt homines seipsos amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemii, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace, criminatores, incontinentes, immites, sine benignitate, proditores, protervi, tumidi, ceci, voluptatum amatores magis quam Dei*”. Ubi dicit glosa: “*Ex eo autem quod seipsos, non Deum, amant, quasi ex radice hec que sequuntur mala oriuntur*”. Ex quibus

---

719 2o...3] 2 Timothy 3:2-4 725 glosa] Walafrid Strabo, *Glossa ordinaria in epistola secunda ad Timotheum*, PL. t. 114, col. 636B

---

696 nullam] veram added Ly 697 quicumque minori] ideo qui minimo We | minori] minimo Bb Fi 699 maximo] maxime An | et...700 enormissimo] etiam inormissimo We 701 cohibet] choibet We 703 a] omitted Ly 704 propter] omitted An 706 Et...criminosus] In An “*scriptor quartus*” takes over with these words (fo. 85ra line 1) and continues to the last line of fo. 85rb. 707 licet] quandoque added Ly 708 refrenetur] refrenentur Bb 709 sed] We: sive Bb Fi An Ly 710 dicitur] dicitur We 715 hec] omitted An 717 autem] omitted Ly 719 3] 2 Fi 721 superbi] et added An 723 immites] Ly: omitted Bb Fi An We 724 tumidi] timidi Bb Ly 725 dicit] omitted Ly | autem] enim Ly | seipsos] et added Ly 726 quasi ex] ex qua Ly

verbis colligitur quod omnia mala que enumerat Apostolus ex amore sui oriuntur. Cum ergo omnia peccata spiritualia et corporalia valeant ad illa reduci, sequitur quod ex amore sui omnia peccata oriri possunt. Ergo amans seipsum, non Deum, habet omnia peccata secundum preparationem cordis, licet quandoque ab aliquibus non propter bonum virtutis se abstineat. 730

Sexta ratio est hec. Qui est reus omnium criminum habet omnia crimina secundum actum vel secundum preparationem cordis. Sed omnis criminosus est reus omnium criminum, teste beato Iacobo qui ait: “*Offendat autem in uno, factus est omnium reum*”. Ergo omnis criminosus habet omnia crimina secundum actum vel secundum preparationem cordis. Et constat quod non secundum actum. Ergo habet omnia crimina secundum preparationem cordis. 735 740

**Discipulus:** Cessa allegare pro ista assertione que tenet quod omnis criminosus est secundum preparationem cordis omni actu criminis irretitus. Ex quo sequitur primum quod assumptum est circa rationem qua probatur quod non ex constitutione sola humana sed ex ratione recta et iure divino accipitur quod nulli criminoso in quocunque negotio est credendum. Quia ex illa assertione sequitur quod de nullo criminoso est firmiter presumendum quod sit verax et quod nolit mentiri. Ideo nunc proba secundum, secundum istam opinionem, scilicet quod illi non est credendum de quo non est firmiter presumendum quod sit verax et quod nolit mentiri. 745 750

**Magister:** Hoc probatur sic. Nulli nisi qui reputatur verax est credendum. Illi ergo de quo non est firmiter presumendum quod sit verax non est credendum. 755

**Discipulus:** Ista assertio evidens michi videtur. Ideo, pertractata assertione qua dicitur quod ex ratione recta et iure divino accipitur quod nulli criminoso est credendum, dissere opinionem contrariam. 760

---

737 ait] James 2:10 750 secundum<sup>1</sup>...751 opinionem] 1 Dial. 6.79.117-119\*

---

729 corporalia] carnalia We | illa] illam Ly 732 quandoque] aliquando Ly | aliquibus] alibus Bb 737 ait] omitted An | Offendat autem] Qui offenderit etiam Ly 738 reum] Bb: reus Fi An We Ly 742 que tenet] qua tenetur Bb We 743 est] omitted Bb 745 assumptum est] Ly: omitted Bb Fi An We | circa] contra We | probatur] in principio huius capituli Ly 748 assertione] acceptione Fi 750 secundum<sup>2</sup>] omitted Ly 752 verax] omitted Bb 757 Discipulus] Cap. 79 begins in Ly 758 qua dicitur] dicente Ly

**Magister:** Circa opinionem contrariam sunt duo modi ponendi. Unus modus ponendi est quod ex ratione recta et iure divino absque omni constitutione humana accipitur quod aliquibus criminosis in nullo negotio est credendum. Ex  
765 constitutione autem humana sola habetur quod quibusdam criminosis non est credendum.

**Discipulus:** Istam opinionem expone.

**Magister:** Opinio ista ponit quod ex recta ratione accipitur, absque omni constitutione humana, quod illis  
770 criminosis qui involvuntur criminibus que ad falsitatem vel mendacium (quod committitur factis vel verbis) pertinent quoquo modo, non est credendum in quocunque negotio. Huiusmodi criminosis sunt periuri, mendaces, hypocrite, simulatores, ficti, qui libellos famosos componunt vel retinent  
775 aut divulgant, et qui falsum testimonium dixerunt vel ad dicendum falsum testimonium alios induxerunt, et qui sic aliis sunt subiecti ut probabile sit quod de facili possunt induci ut falsum testimonium dicant, et omnes qui cupiunt placere hominibus, quales sunt ambitiosi, dolosi, bilingues, proditores, criminatores, calumpniatores, diffamatores, falsorum criminum impositores, detractores, detractores libenter audientes, susurratores, murmuratores, adulatores, conspiratores, contentiosi, contumeliosi, suspiciosi, temere iudicantes, interpretantes in deteriorem partem que bono  
780 animo fieri possunt, qui secreta revelant, et consimiles. Isti sunt ab omni testimonio repellendi. Et quecunque constitutio humana constitueret quod aliquis istorum vel consimilium esset ad testimonium admittendus esset constitutio iniqua nec esset servanda. Alii criminosis a ferendo testimonio per  
785 rationem rectam vel per ius divinum nullatenus prohibentur, licet prohibeantur per constitutionem humanam. Tales sunt gulosi et luxuriosi et alii pauci. Ista opinio fundatur in hoc quod propter illa crimina que veritati repugnant et non

---

761 Circa] Contra We | contrariam] *omitted* Bb 773 criminosis] *omitted* Ly | periuri] periurii Bb 774 vel] *omitted* Ly 775 aut] *omitted* Ly 776 dicendum] dandum Ly 778 dicant] dictant Bb 779 sunt] *omitted* Bb | bilingues] billingwes Bb 780 calumpniatores] *omitted* Ly 781 detractores<sup>1</sup>] et *added* We | detractores<sup>2</sup>] detractiones Bb *omitted* Ly 782 susurratores] subsurriones We | adulatores] adulteri Ly 783 contentiosi] et *added* Ly | suspiciosi] *omitted* Bb | temere] temerarie We 784 deteriorem] peiorem Ly | bono] sb' An 787 aliquis] aliqui Ly | aliquis istorum] alii<sup>torum</sup> Bb | vel consimilium] *omitted* Ly 788 esset<sup>1</sup>] essent Bb An Ly | admittendus] admittendi Ly 791 licet] sed An

propter alia est quis per ius naturale et divinum a testimonio repellendus. Sed sola crimina que ad mendacium (quod verbis et factis committitur) spectant veritati repugnant. Igitur de iure nature et divino propter sola crimina talia est quis a testimonio repellendus. 795

**Discipulus:** Ob prolixitatem vitandam dimitte opinionem istam et transi ad aliam. 800

**Magister:** Alia est opinio quod propter nullum crimen ex iure nature vel divino est quis a testimonio repellendus, sed quod aliqui criminosi repelluntur est solummodo ex iure humano.

**Discipulus:** Pro ista opinione nitere allegare. 805

**Magister:** Pro ista assertionem arguitur sic. Nichil a principe aut prelato rite statui potest quod iuri naturali aut divino repugnat. Sed cautum in legibus civilibus et canonicis invenitur quod in aliquo casu quicumque criminosi heretici et alii ad accusandum et testificandum debent admitti. Ergo non est contra ius naturale nec contra divinum quod criminosi ad accusationem et testimonium admittantur. Maior videtur certa. Minor per plura iura probatur. 810

Nam papa Deusdedit, ut habetur Extra, *De simonia c. Tanta*, ait: “*Tanta est labes huius criminis*”, scilicet simonie, “*quod etiam servi adversus dominos, et quilibet criminosi, admittuntur*”. Et infra: “*Quem quilibet*”, scilicet simoniacum, “*ut ab ordine male accepto removeatur, accusare potest, vel etiam meretrix*”. Ex quibus verbis colligitur quod interdum criminosi debent ad accusandum admitti. 815

Item, Iulius papa, ut habetur 15 q. 3 c. *Nemini*, ait: “*Nemini (preterquam de crimine lese maiestatis) de se* 820

---

814 Extra...815 Tanta<sup>1</sup>] X. 5. 3. 7 col. 1608 817 infra] *Ibid.* 821 15... Nemini] C. 15 q. 3 c. 5 col. 1435

---

795 que] *omitted* An 796 et] vel An 797 sola...talia] testimonia talia Fi An sola huiusmodi crimina Ly 802 ex] et We 803 sed...repelluntur] *omitted* Bb | aliqui...repelluntur] aliquis criminosus repellitur Ly 805 opinione] assertionem Ly 806 arguitur] *omitted* An | sic] *omitted* Ly 807 aut<sup>1</sup>] a *added* Ly | aut<sup>2</sup>] aud We 808 repugnat] repugnet We cautum] *omitted* Ly 809 criminosi] etiam et *added* Ly 814 papa] propterea An papam We | Deusdedit] ius dedit Ly 815 huius] huiusmodi We | simonie] simonia We 816 servi] se- Fi ser<sub>3</sub> An adversus] adversos An | dominos] dominum Ly 817 admittuntur] appelluntur Fi An ad accusationem admittantur Ly | quilibet] Ly: *omitted* Bb Fi An We 819 meretrix] meretrix We | verbis] *omitted* Ly 821 ait] *omitted* Ly 822 crimine] *omitted* Bb | lese] *omitted* Ww | maiestatis] maie<sup>1</sup> An

825 *confesso credi potest super crimen alienum*". Ubi dicit glosa:  
 "Et preterquam de crimine simonie". Et infra: "Item falsarius  
 contra socium suum auditur". Ex quibus verbis datur intelligi  
 quod nonnunquam criminosis est credendum, et per  
 consequens sunt ad testimonium admittendi, quia illi  
 recipiendi sunt quibus est credendum.

830 Item, 2 q. 7 c. *Si hereticus*, sic legitur: "*Si hereticus  
 contra hereticum litiget, liceat cuivis eorum hereticum testem  
 adducere. Sin autem orthodoxus contra hereticum litiget, pro  
 orthodoxo quidem etiam heretici testimonium valeat, contra  
 orthodoxum autem solius orthodoxi testimonium valeat*". Ex  
 quibus verbis habetur quod testimonium heretici non solum  
 835 valet pro heretico contra hereticum, imo etiam pro orthodoxo  
 valet. Ergo interdum admittendum est testimonium criminosis.

Item, socii criminis quandoque ad testimonium  
 admittuntur (Extra, *De testibus* c. *Quoniam aliqua* et 6 q. 1 §  
 c. *Si quis cum militibus* et Extra, *De testibus cogendis* c.  
 840 ultimo). Dicitur igitur, sicut notat glosa Extra, *De  
 accusationibus* c. *Cum P.*, quod in criminibus exceptis,  
 scilicet in crimine lese maiestatis, simonie, et heresis, viles  
 persone recipiuntur. Quod etiam Extra, *De simonia* c. *Licet  
 Heli* et c. *Per tuas* innuitur, ut videtur. Et ita habetur quod  
 845 non est ex iure naturali vel divino quod criminosis fides non  
 debet adhiberi.

---

823 glosa] *Ibid.*, s.v. lese maiestatis 829 2...hereticus<sup>1</sup>] C. 2 q. 7 c. 26  
 col. 915 838 Extra... aliqua] X. 2. 20. 3 col. 702 | 6... 839 militibus] C.  
 6 q. 1 c. 22 col. 1063 839 Extra... 840 ultimo] X. 2. 21. 11 (*Venerabilis  
 frater*) col. 765 840 glosa... 841 P] X. 5. 1. 10 s.v. laicus col. 1576  
 843 Extra... 844 Heli] X. 5. 3. 31 col. 1627 844 c... tuas] X. 5. 3. 32 col.  
 1630

---

823 potest] oportet Ww 824 de] in Ly | simonie] simonio An  
 falsarius] falsa eius Fi An 825 suum] omitted Ww 829 hereticus<sup>2</sup>]  
 ereticus We 830 liceat] Ly: licet Bb Fi An We | cuivis] cuicumque Bb  
 Fi An Ly cuique We | hereticum testem] heretico testimonium We  
 831 Sin] Si or Sin Ly | orthodoxus] ortodossus We 832 orthodoxo]  
 ortodosso We | quidem] quod An | etiam] omitted Ww | contra... 833  
 valeat] omitted An 836 Ergo] omitted Bb 838 Quoniam aliqua] In An  
*these words initiate the copying contribution of "scriptor quintus"* (fo.  
 84rb line 48) *who will continue his work for the rest of 1 Dial. 6 and well  
 into 1 Dial. 7 (up to fo. 121va line 9 [1 Dial. 7.27.80])* | §] omitted Fi An  
 Ly 839 c<sup>1</sup>] quero scilicet added Ly 840 igitur] quod Ly  
 841 accusationibus] actionibus Ly | P] Bb: pro Fi We per An omitted Ly  
 843 recipiuntur] recipiantur Ly | De] omitted Bb 844 Heli] herere We  
 heresis Ly | Per tuas] Paratus Bb 846 debet] debeat We



**Discipulus:** Quamvis michi ista appareant consona veritati, peto tamen ut indices quomodo ad ipsa secundum opinionem contrariam respondetur.

**Magister:** Ad intelligentiam predictorum dicuntur 850  
alique distinctiones esse notande. Quarum prima est quod  
aliqui audiuntur ad accusandum vel denuntiandum aut ad  
inquisitionem aliquam prosequendam, aliqui tamen audiuntur  
ad testificandum. Secunda distinctio est quod criminosi aut 855  
sunt emendati de crimine aut non sunt emendati de crimine.  
Tertia est quod ille contra quem debet aliquis audiri aut est  
bone fame aut est apud viros providos et honestos graviter  
diffamatus. Quarta est quod aliquis auditur vel de rigore iuris  
vel de temperantia equitatis. Per predictas igitur distinctiones  
respondetur ad instantias suprascriptas. 860

Ad primam enim dicitur quod propter immanitatem  
quorundam criminum, scilicet heresis, lese maiestatis,  
simonie et etiam aliorum, ex quibus immineret periculum,  
congrue criminosi etiam de crimine minime emendati,  
quantum est de iure naturali et divino, possent audiri, 865  
precipue contra graviter infamatum, ad accusandum et  
denuntiandum et etiam inquisitionem prosequendam, sed non  
ad testificandum. Cuius ratio assignatur, quia qui ad  
accusandum admittitur non ideo admittitur ut sibi credatur,  
sed ut per informationem ipsius ad veritatem perveniatur. 870  
Sepe enim per informationes malorum veritatem invenire  
contingit. Et ideo nonnunquam sunt criminosi propter bonum  
commune et malum ac periculum communis boni vitandum

---

**850** Magister] L. Baudry in "*Le philosophe et le Politique dans Guillaume d'Ockham*" (Archives d'histoire doctrinale et litteraire du moyen age, 1939, p. 224 n. 1) suggests that the following "theorie du temoignage... semble faire d'Ockham un initiateur de la critique historique"

---

**847** appareant] appareat An **848** ut] *omitted* Ly | ipsa] ipsam We ista  
Ly **850** dicuntur...851 alique] dicunt aliqui Bb **851** prima] *omitted* Bb  
**852** audiuntur] admittuntur Ly **853** prosequendam] prosequendum Ly  
tamen] autem We autem tantum Ly **855** de<sup>1</sup>] a Ly | sunt<sup>2</sup>...crimine<sup>2</sup>]  
*omitted* We **857** viros] vires Bb | providos] probos Ly **859** igitur]  
*omitted* We Ly **860** instantias suprascriptas] rationes pro ista secunda  
opinionem adductas Ly **861** immanitatem] immunitatem An  
**863** immineret] iminet Ly **865** possent] possunt We pñt Ly  
**867** prosequendam] prosequendum Fi Ly prose<sup>d</sup> An | non] *omitted* Bb  
**868** testificandum] testimonium Fi An Ly | Cuius] Et huius Ly  
assignatur] adsignatur We | ad<sup>2</sup>...869 accusandum] *omitted* Bb  
**869** ut...credatur] *omitted* Bb **870** ad veritatem] *omitted* An

ad accusandum admittendi. Sed aliter est de teste, quia  
 875 semper fides adhibetur testi admissio. Criminoso autem  
 nunquam est credendum, et ideo criminosus ad testimonium  
 admitti non debet. Et huic concordare videtur glosa 6 q. 1 § 1  
 que ait: “*Tota vis negotii pendet ex testimonio, sed non in*  
*accusatione*”. Quia, scilicet, testi adhibetur fides, accusatori  
 880 autem fides minime adhibetur.

**Discipulus:** Si accusatori fides nullatenus adhibetur,  
 quare non indifferenter criminosus accusator admittitur contra  
 quemcunque de crimine qualicunque?

**Magister:** Ideo non est criminosus ad accusandum  
 885 admittendus quia omnis accusatus multipliciter fatigatur ac  
 gravatur ac impeditur dum oportet ipsum coram iudice  
 comparere et accusanti respondere. Non debet autem quis  
 absque causa antequam de crimine convincatur propter  
 verbum illius cui non est credendum taliter fatigari. Et ideo  
 890 criminosus non est indifferenter ad accusandum admittendus.

**Discipulus:** Per istam rationem probaretur quod in nullo  
 casu esset criminosus admittendus, quia nunquam debet  
 aliquis puniri vel aliquo modo fatigari propter verbum illius cui  
 non est credendum. Imo per istam rationem videtur posse  
 895 probari quod nullus esset ad accusandum admittendus, quia  
 nullus debet puniri aut gravari antequam constet ipsum esse  
 dignum pena. Sed omnis accusatus punitur et gravatur multis  
 laboribus eundo ad iudicem et respondendo accusanti. Cum  
 ergo secundum predicta fides non adhibeatur accusanti, et  
 900 non est propter verbum ipsius accusatus quoquo modo  
 vexandus. Et ideo nullus esset ad accusandum admittendus.

**Magister:** Ad ista respondetur quod sepe ex iusta causa  
 et ratione recta, imo ex iure nature pro statu nature corrupte,  
 aliqui fatigantur et vexantur absque omni culpa, quia aliter res  
 905 publica et bonum commune conservari non posset. Propter  
 quod rationabile est ut interdum propter verbum illius cui non  
 est credendum aliquis fatigetur, ut per talem modum

---

**877** glosa...<sup>12</sup>] *Dictum Gratiani ante C. 6 q. 1 c. 1 s.v. Quod autem col.*  
 1051

---

**874** ad accusandum] *omitted* Bb | est] *omitted* Fi An dicitur Ly **876** ad  
 testimonium] *omitted* Ly **877** § 1] c. quare Ly **878** pendet] *pendent*  
 Bb | ex] in Ww **884** criminosus] contra quemlibet *added* We **886** ac]  
*omitted* Fi An etiam *added* We **888** absque] *asque* We **891** rationem]  
 responsonem Ly **892** esset] *erit* Ly **898** et] *omitted* Ly **899** et]  
*omitted* We Ly **901** vexandus] *vessandus* We | ideo] *ita* We  
**903** nature<sup>1</sup>] et *added* Ly **904** vexantur] *vessantur* We **905** posset]  
 potest Ly **906** ut] quod Ly

precaveatur periculo communis boni. Per hoc dicitur quod rationabile est ut propter solum verbum ipsius cui non est credendum aliquis qui nescitur esse innocens fatigetur. Et ideo ille cui non est credendum ad accusandum debet admitti, quia aliter pax communis conservari non posset. 910

**Discipulus:** Istud ultimum videtur prioribus repugnare. Nam prius dictum est quod accusatori fides minime adhibetur. Hic autem dicitur quod ille cui credendum non est ad accusandum debet admitti. Ergo aliquando est accusatori credendum. 915

**Magister:** Respondetur quod multi sunt fide digni quibus est credendum, quibus tamen non debet fides in omni casu, maxime in preiudicium alterius, adhiberi. Nullus enim est ad testimonium admittendus nisi fuerit fide dignus, et tamen si unus solus, quantumcunque fuerit fide dignus, contra aliquem testificetur, non est sibi credendum in preiudicium alterius ut propter testimonium eius reus culpabilis reputetur. Sic quantumcunque accusator fuerit fide dignus, non est sibi credendum ut propter accusationem ipsius accusatus culpabilis iudicetur. 920 925

**Discipulus:** Dic quomodo ad secundam instantiam respondetur.

**Magister:** Respondetur quod Iulius papa in illo decreto non accipit 'credi' stricte sed communiter pro 'audiri', quia etiam in crimine lese maiestatis, quando socius accusatur a socio, non est accusanti credendum ut propter accusationem talem debeat pro convicto haberi, cum etiam quantumcunque accusans esset bone fame et immunis a crimine, non deberet accusatus haberi pro convicto. Socius ergo in crimine lese maiestatis auditur non ut sibi credatur, sed ut vias ostendat per quas posset veritas inveniri. Socii enim criminis, scientes secreta sociorum suorum, sepe sciunt ostendere quomodo socii per evidentiam rei poterunt apprehendi etiam in facto, 930 935 940

---

908 Per] Propter Ly | quod] etiam *added* We 909 est] *omitted* Bb ut] quod Ly | non] Ly: *omitted* Bb Fi (*scripted then cancelled*) An We 911 ideo] *omitted* Ly | non] Ly: *omitted* Bb Fi An We 914 accusatori] accusantibus Ly 915 non] Ly: *omitted* Bb Fi An We 916 accusatori] accusatoribus Ly 918 digni] in *added* Ly 919 credendum] quibus est credendum *added* Bb 925 Sic] Sicut Ly | accusator] occusator Ly 926 ut] u<sup>t</sup> An 930 Iulius] Nullus An | decreto] de ecc<sup>o</sup> We 931 stricte] *scripte* We 934 cum] tamen *added* Ly 935 non...936 crimine] *omitted* Ly | deberet] debent An 940 poterunt] poterant Ly etiam] et Fi An *omitted* Ly

vel quomodo aliter eorum nequitia probari possit legitimis documentis.

**Discipulus:** Per hoc videtur quod quilibet criminosus esset audiendus contra quemcunque, quia crimina propter  
945 bonum commune sunt sollicite indaganda. Ergo quilibet, ut corrigantur, debet audiri.

**Magister:** Respondetur quod dupliciter potest quis audiri. Uno modo in iudicio, et tali modo non est quilibet criminosus audiendus contra omnem quem accusare voluerit,  
950 quia talis audientia nunquam est sine fatigatione et gravamine ac aliqua infamia illius contra quem datur. Nunquam autem sine manifesta et patenti causa est aliquis bone fame gravandus propter verbum cuiuscunque cui non est credendum, cuiusmodi est omnis criminosus.

955 Aliter potest quis audiri extra iudicium in secreto, et sic potest omnis criminosus audiri contra quemcunque, quia per talem auditionem nec opinio alterius aggravatur nec in aliquo fatigatur, quia nec est citandus nec ad rationem ponendus. Sed ideo prelatus audire potest tales ut sit magis sollicitus ad  
960 informandum et instruendum illum cuius crimen sibi refertur.

**Discipulus:** Videtur quod si audientia datur extra iudicium in secreto quod opinio alterius est gravata saltem apud illum qui audit.

**Magister:** Respondetur quod sicut apud audientem confessionem alicuius non debet opinio confitentis esse gravata, ita etiam multo fortius apud audientem in secreto narrationem alicuius criminosi de aliquo crimine non debet opinio eius esse gravata, licet possit esse magis cautus observando secrete vias eius, maxime si narrans sibi crimen  
970 aliquam apparentiam veritatis videatur habere.

**Discipulus:** Nunquid debet scribere talem accusationem secretam?

**Magister:** Dicitur quod non, quia talis scriptura posset aliquo casu ad aliorum notitiam, etiam emulorum, in accusati infamiam devenire.  
975

---

941 aliter] alter We 943 hoc] hec We | quod] *omitted* Bb 945 Ergo] ut *added* Bb 946 corrigantur] corrigatur We 950 gravamine] gravatione Ly 952 manifesta] materia We | patenti] patente Ly 954 cuiusmodi] huiusmodi We 955 potest] posset Ly 957 alterius...nec<sup>2</sup>] generatur nec infamia aggravatur ut Ly | nec<sup>2</sup>] u<sup>1</sup> An 958 fatigatur] fatigetur Ly 960 et...illum] illum et instruendum Ly 961 audientia datur] audiretur Ly 969 crimen] eius *added* We 973 quia] quod Bb An | posset] possit We in *added* Ly 974 in] et ad Ly 975 infamiam] infamiam We

**Discipulus:** Dic quomodo respondetur ad illa que dicit glosa super preallegatum capitulum Iulii pape.

**Magister:** Respondetur quod in crimine simonie auditur socius criminis ad accusandum, si socius fuerit diffamatus, sed non auditur ad testificandum. Similiter, confessio unius latronis auditur contra alios non ut sibi credatur sicut testi, sed ut detegat quomodo possunt alii deprehendi. Consimiliter, falsarius contra socium auditur non ad testificandum, sed ad accusandum secrete vel publice. Cum autem dicitur quod illi recipiendi sunt quibus est credendum, verum est, sed non illi soli sunt recipiendi ad accusandum, quia in quibusdam criminibus recipi possunt ad accusandum illi quibus non est credendum, quia tales interdum manifestant vias quibus veritas reperitur. 980 985

**Discipulus:** Dic quomodo ad tertiam instantiam respondetur. 990

**Magister:** Respondetur uno modo, secundum glosam ibidem, quod illa auctoritas est falsa, quia hereticus nunquam admittitur ad accusandum.

Aliter potest dici quod in casu criminosus potest admitti, quando scilicet adversarius non potest eum repellere. Et ideo hereticus contra hereticum potest admitti, quia hereticus propter crimen heresis non potest contra ipsum excipere. Sed contra orthodoxum nequaquam recipi debet, quia orthodoxus propter crimen heresis contra ipsum excipere potest. 995 1000

Aliter dicitur quod lex illa iniqua est simpliciter, cum heretici testimonium pro nullo valeat in preiudicium cuiuscunque, licet possit valere pro aliquo ubi nulli neque bono neque malo per testimonium eius preiudicium generatur.

---

992 glosam... 993 ibidem] C. 2 q. 7 c. 26 s.v. Si hereticus col. 915

---

977 preallegatum capitulum] preallegato capitulo Ly 978 Magister] omitted Ly | auditor] auditus est Fi An 979 criminis] crimino An 982 detegat] detegatur Ly | possunt alii] possint alios We | deprehendi] Similiter familiaris contra dominum auditur non ad testificandum sed accusandum secrete vel publice added Ly | Consimiliter] Similiter Ly 984 vel] i<sup>a</sup> An 986 soli] socii An 988 interdum] aliquando Fi An manifestant] monstrant We 990 instantiam] omitted Ly 992 uno modo] omitted Ly 993 auctoritas] accusatio We 995 admitti] amicti (sic) We 997 admitti] admicti We 999 debet] debetur Bb 1000 excipere] accipere We 1002 valeat] ferre valeant Ly 1003 possit] posset Ly aliquo] liberando added Ly 1004 generatur] posset generari Ly

Ad quartam instantiam respondetur quod socii criminis qui non sunt de crimine emendati contra socium qui non est apud honestos et providos diffamatus non sunt umquam ad testimonium admittendi, licet in quibusdam casibus debeant  
 1010 ad accusandum admitti. Socii autem criminis qui sunt de crimine emendati de rigore iuris non sunt ad testimonium recipiendi, licet de temperantia equitatis possint admitti, presertim si accusatus per modum exceptionis contra eos nequaquam crimen opponat.

1015 Ad capitulum autem Extra, *De testibus* respondetur quod mulieres cum quibus dicitur quis peccasse non sunt ad testimonium admittende, nec hoc in capitulo illo innuitur, sed insinuat quod mulieres tales sunt audiende ut, scilicet, dent aliqua indicia quibus possit veritas declarari, et ideo  
 1020 assertionibus mulierum huiusmodi non est adhibenda fides, licet quandoque viam aperire valeant veritati.

Ad illud 6 q. 1 § *Si quis cum militibus* respondetur quod talis socius criminis audiri debet sed ad testificandum admitti non debet.

1025 Et per idem respondetur ad capitulum ultimum Extra, *De testibus cogendis*.

**Discipulus:** Si nec socii criminis nec quicumque alii criminosi essent ad testimonium admittendi, raro possent convinci de crimine criminosi. Hoc autem in communis boni periculum redundaret. Ergo et socii criminis et etiam alii  
 1030 criminosi sunt ad testimonium admittendi. Aliter enim multi criminosi evaderent impuniti. Hoc etiam, scilicet quod socii criminis et alii criminosi in testimonium admittuntur, quedam religiones, ut fertur, observant. Non est autem presumendum  
 1035 quod religiones aliquid observent iniquum. Ergo etc.

---

1006 instantiam] *omitted* Ly 1008 honestos] bonos Ly 1009 casibus] criminibus Ly 1011 testimonium] testificandum We 1012 possint] possit An 1013 eos] Ly: eum Bb Fi An We 1014 opponat] opponit Ly 1015 autem] *omitted* Fi An 1016 non...1018 audiende] *omitted* Bb 1017 nec] u<sup>t</sup> An (*probably* “n<sup>c</sup>”) | innuitur] habetur Ly 1018 dent] dicant Ly 1021 veritati] veritatis Ly 1022 §] cap. Fi An Ly | cum militibus] comilitonibus Ly | militibus] mulieribus We 1023 sed] *omitted* Bb 1025 idem] hoc Ly 1028 criminosi] criminos Bb | raro... 1029 criminosi] nullus criminosus posset convinci de crimine Ly 1029 autem] *omitted* Bb 1030 alii] *omitted* Ly 1031 enim] *omitted* Ly 1033 alii] etiam Ly | in] ad We | quedam] ut (*sic*) Fi 1034 ut fertur] nunc Ly | Non...autem] Nec est Ly 1035 aliquid] ad An alique Ly observent] servent We

**Magister:** Ad primum istorum respondetur quod melius est multos criminosos occultos absque penas transire quam unum innocentem iniuste dampnari. Et ideo cum constet multos sepe dicere testimonium falsum, cum maxima diligentia examinari testes oportet ut, quantum possibile est, sit omnino probabile quod nullo modo velint asserere falsitatem. De criminoso autem talis probabilitas haberi non potest quod, videlicet, nullo modo velit asserere falsitatem. Cuius ratio inter alias assignatur talis. Tanta est nequitia et superbia criminosi quod cum semel confusus fuerit et infamis, omnes alios vellet in aliquam revelationem sue confusionis et infamie consimili confusione et infamie subiacere. Quare non solum propter hoc quod criminosus secundum preparationis cordis est omnibus vitiis irretitus, et per consequens pronus est ad testificandum falsum, sed etiam propter hoc quod, ut communiter, socios in confusione et infamia cupit habere, non est probabile quod criminosus nullo modo velit asserere falsitatem. Criminosus ergo ad testimonium dicendum nullo modo debet admitti, quod maxime veritatem habet quando criminosus contra aliquem habet inimitiam vel causam aliquam aut qualemcunque discordiam. Si enim, ut communiter, criminosus socios in confusione et infamia cupit habere, non est dubium quin desideret illos quibus inimicatur, aut quibus contrariatur etiam in speculabilibus solis, confusione simili subiacere. Quare contra tales ad testificandum nullo modo debet admitti.

**Discipulus:** Non videtur quod criminosi communiter desiderent etiam contra quos causam vel inimicitiam habent notari de crimine, cum multos criminosos cernamus qui alios etiam quibus inimicantur non diffamant.

**Magister:** Respondetur quod licet communiter criminosi vellent alios notari infamia, tamen ab infamiatione

---

**1036** istorum] eorum Ly **1037** criminosos occultos] *omitted* Bb | penas] pena Fi An Ly **1038** dampnari] condemnari Ly **1039** maxima] magna Ly **1041** velint] velit Fi vellent Ly **1045** criminosi] criminoso Bb **1046** aliquam] aliqualem We *omitted* Ly | revelationem] revelationem Bb Fi **1047** consimili] similiter Ly **1048** quod] *omitted* Bb Fi An **1053** ergo] autem Ly **1055** aliquem] aliquam Fi vel *added* Ly **1056** inimitiam vel] *omitted* Ly | qualemcunque] qualem An **1058** infamia] infamiam Bb **1059** desideret] desineret Fi | aut...1060 etiam] socios habere. Aliquibus enim inimicatur Ly **1060** simili] similiter Ly **1063** desideret] alios *added* We Vc Ox | etiam] eos Ly inimitiam] iniuriam Ly **1064** notari] vocari Fi An **1065** inimicantur] iniuriantur Fi **1067** notari] vocari An

et detractioe ac mendaciis sepe retrahuntur, vel quia timent  
 1070 eorum quos infamari desiderant, vel quia dubitant quod eis  
 non credetur, vel propter aliam causam que ad timorem aut  
 amorem sui noscitur pertinere. Qui etiam propter aliquam  
 causam talem malam unum diffamant et de alio nichil mali  
 loquuntur. Quare non est eis adhibenda fides. Nec posset  
 1075 quicumque imperator vel rex aut papa statuere quod  
 criminosus ad testimonium, precipue contra illum cuius est  
 inimicus vel contra quem causam habet vel rancorem,  
 reciperetur quoquo modo.

Quod adhuc tali ratione probatur. Maxima debet esse  
 1080 sollicitudo in superioribus ne succumbant per falsum  
 testimonium innocentes. Cuius ratio est quia nemo, neque per  
 bonitatem aut sanctitatem vite, neque per honestam  
 conversationem, neque per sapientiam, neque per  
 1085 testimonium multorum laudabile, neque quocunque alio  
 modo preter divinum miraculum potest contra infamationses,  
 criminationes, falsorum criminum impositiones, et  
 detractioes, mendacia, et falsa testimonia se munire,  
 sapiente testante qui ait: “*Non est arbitrii nostri quod*  
*quicumque loquatur*”. Imo sanctitas, bonitas, sapientia,  
 1090 iustitia et virtutes, sicut summe ad invidiam provocant  
 criminosos, ita ex eis scelerati viri ad mentiendum de  
 virtuosis et innocentibus incitantur. Et ita sancti viri per  
 virtutes contra criminosorum diffamationses et mendacia  
 minime muniuntur. De quo tam in veteri testamento quam in  
 1095 scripturis sanctorum auctenticis manifesta habemus exempla.  
 Joseph enim sanctus et sapiens se ab infamia et falso

---

**1088** sapiente testante] *Disticha Catonis*, III.2. Cf.  
<http://www.thelatinlibrary.com/cato.dis.html> **1096** Joseph] Genesis  
 39:7-20

---

**1068** sepe] sepius We Vc Ox | timent...1069 quia] *omitted* Bb  
**1070** infamari] infamare Ly | desiderant] desiderant Fi An | dubitant]  
 dutant An **1071** credetur] crederetur An credatur Ly | aut] ad *added* Ly  
**1072** noscitur] nescitur We | aliquam] aliam *added* An **1073** talem]  
*omitted* Ly | diffamant] diffament Fi An | nichil mali] nullo modo mala  
 Ly | mali] *omitted* Bb **1077** inimicus] amicus Ly **1079** Quod] *omitted*  
 An | Maxima] Masima We Maxime Ly **1082** bonitatem] voluntatem  
 Ly | aut] per *added* Ly **1086** falsorum...impositiones] criminum  
 impositores Ly | et] *omitted* We **1087** detractioes] detractores Ly  
**1088** testante] teste An **1089** quicumque] quisque Bb We Ly  
**1090** virtutes] veritas Ly **1093** diffamationses] diffama<sup>res</sup> Fi diff<sup>res</sup> An  
**1094** muniuntur] mut<sup>ur</sup> An | testamento] lege Ly **1096** et<sup>1</sup>...se]  
*omitted* Ly | et<sup>2</sup>] a *added* Ly



testimonio non potuit custodire. Nec Susanna per castitatem  
 contra infamiam et falsa testimonia valuit se munire. Sanctus  
 etiam Athanasius neque per sanctitatem neque per fidei  
 sinceritatem hereticos refrenavit ne mulierem inducerent que  
 eum de fornicatione publice accusaret, et se ab eo  
 impregnatam assereret. Nullo igitur modo humane fragilitati  
 possibili potest se quis contra mendacia et falsa testimonia  
 communire. Quia, sicut secundum mundi sapientem “*honor  
 est in potestate honorantis et non in potestate honorati*”, ita  
 vituperium est in potestate vituperantis et non in potestate  
 vituperati. Et ideo in nullius potestate est quod non de  
 crimine infametur, vel contra ipsum falsum testimonium  
 proferatur. Quare superiores qui debent innocentiam  
 defendere et tueri summe cavere tenentur ne innocentia per  
 infamiam aut falsum testimonium maculetur. Hoc autem non  
 facerent nisi omnes criminosos, et precipue de inimicitia aut  
 discordia vel contrarietate suspectos, repellerent. Ergo tales  
 ad testimonium non debent admittere.

Quod adhuc auctoritatibus confirmatur. Constantinus  
 imperator, ut legitur 2 q. 1 c. *Iudex*, ait: “*Iudex criminosum  
 discutiens non ante sententiam proferat capitalem, quam aut  
 reum se ipse confiteatur, aut per innocentes testes  
 convincatur*”. Ex quibus verbis patenter habetur quod  
 nunquam debet quis per criminosos testes convinci.

---

**1097** Susanna] Daniel 13 **1099** Athanasius] Rufinus, *Historia ecclesiastica*, lib. 1, cap. 17 (PL, t. 21, cols. 489B-490A. Cf. also OP IV, 280.31 **1104** secundum...sapientem] Aristotle, *Nicomachean Ethics*, bk.1, ch. 5 **1116** 2...Iudex<sup>1</sup>] C. 2 q. 1 c. 2 col. 811

---

**1097** potuit] potui/ We | custodire] custodiri Ly **1099** etiam] enim Fi fidei] fidelem Bb Fi An **1100** inducerent] induceret An **1102** impregnatam] pregnantem Ly **1103** possibili potest] possibile est ut possit Ly **1104** sicut] *omitted* Ly | mundi sapientem] iudicium sapientis Ly **1105** honorantis...potestate<sup>2</sup>] *omitted* Bb **1106** et...1107 vituperati] *omitted* Bb **1107** est] *omitted* Fi | est...non] quod non est An | non] *omitted* Bb | de] *omitted* Ly **1108** infametur] fametur Fi infamatur An **1109** debent] *omitted* Bb **1112** de] *omitted* Bb inimicitia] iniuria Ly | aut] ac Bb Fi **1113** suspectos] suspectes An suspectos We **1114** ad] a We | admittere] admitti We **1115** adhuc] adhuc We | auctoritatibus] auctoritate Ly | confirmatur] *omitted* Fi An Constantinus] enim *added* We Vc Ox **1117** capitalem] diffinitivam Ww **1118** se ipse] seipsum We ipse se Ly | innocentes] innocentis An **1119** convincatur...1120 testes] *omitted* Bb | habetur] colligitur Ly

1125 Huic concordat Felix papa qui, ut habetur causa et questione predictis c. *Primates*, ait: “*Primates accusatum discutientes episcopum non ante sententiam proferant dampnationis, quam Apostolica freti auctoritate aut reum se ipse confiteatur, aut per innocentes et canonice examinatos regulariter testes convincatur*”. Ex quibus aliisque quam pluribus patet aperte quod testes debent esse innocentes, omni infamia et suspicione carentes.

1130 Cum autem dicis quod si nec socii criminis nec alii criminosi essent ad testimonium admittendi raro possent convinci de crimine criminosi, respondetur quod hoc non continet veritatem, quia multi criminosi per evidentiam rei, multi per testes idoneos, multi per indicia et documenta legitima convinci possunt de crimine. Nec aliter sunt  
1135 quicunque de crimine publice accusandi, secundum quod legitur C. libro quarto, titulo *De probationibus*, et recitatur 2 q. 8 c. *Sciant*, ubi sic dicitur: “*Sciant cuncti accusatores, eam se rem deferre debere in publicam notionem, que munita sit idoneis testibus, vel instructa apertissimis documentis, vel  
1140 indiciis ad probationem indubitatis et luce clarioribus expedita*”. Nullus ergo criminosus ad testificandum est idoneus reputandus.

1145 Quod etiam tali ratione probatur. Crimen magis repugnat idoneitati testis quam conditio, consanguineitas, et familiaritas, que possunt in viris optimis et veracissimis inveniri. Sed conditio, puta servitus, consanguineitas, et

---

1122 c *Primates*] C. 2 q. 1 c. 5 col. 811 1136 2...1137 *Sciant*<sup>1</sup>] C. 2 q. 8 c. 2 col. 941

---

1121 Huic] Inde Bb | et...1122 questione] .29. Bb Fi An (“29” may also be an abbreviation for “et”(=2) “questione” (=9 for q) 1122 predictis] et cap. supradictis Ly 1124 dampnationis] Ly: omitted Bb Fi An We Apostolica...auctoritate] omitted We | se...1125 ipse] ipse se An 1125 et] omitted Ly 1126 regulariter] irregulariter Fi | convincatur] convincantur Bb An | aliisque] aliis Bb 1129 si nec] nisi Ly | socii] omitted Fi | nec<sup>2</sup>] aut Ly 1130 possent] posset Bb 1133 multi<sup>1</sup>] multos Bb Fi An etiam added Ly 1134 legitima] summa An 1136 C] Extra Ly | quarto] 2<sup>o</sup>Ly | titulo] We: c. Bb Fi An omitted Ly | probationibus] probatio. Ly | 2] 4 Ly 1137 eam] omitted Ly 1138 deferre] defendere We | in] We: per Bb Fi An Ly | notionem] vocationem Ly 1140 probationem] preconem We | indubitatis] indubietatis Ww 1144 testis] omitted Ly | consanguineitas] consanguinitas Bb consang<sup>tas</sup> An 1145 possunt] possent We | veracissimis] verissimis Ly 1146 servitus] famulatio et added Ly | consanguineitas] consangweitas Bb consang<sup>tas</sup> An consanguinitas We | et...1147 familiaritas] omitted Ly

familiaritas idoneitati testis obviant et repugnant, quia servi, consanguinei et familiares ac domestici accusatoris ad testificandum contra accusatum admitti non debent (3 q. 5 c. 1 et c. *De accusationibus* et c. *Nullus* et c. *Accusatores*). Ergo multo magis criminosi ad testificandum non debent admitti. Admittuntur tamen sepe de facto, quia multotiens debitus ordo iuris contra innocentes et criminosos non servatur. 1150

Cum vero dicis quod quedam religiones criminosos et socios criminis ad testificandum admittunt, respondetur a nonnullis quod tales consuetudines et statuta sunt iniqua, ex zelo indiscreto vel hypocrisi ortum habentia. Multi enim sceleratissimi religiosi et alii crimina, non servato recto ordine iudiciario, prosequuntur, detestantur, et execrantur, ut sancti et zelatores sanctitatis et honestatis ab hominibus reputentur. Et ideo facta et statuta eorum ad exemplum minime sunt trahenda, quia non exemplis sed legibus consonis rationi recte iudicare oportet. Ratio enim recta, maxime in divina scriptura fundata, omnibus exemplis, legibus, et statutis humanis est omnimode preferenda. Cum ergo ratio recta dictet quod criminoso in nullo negotio est credendum, propter nulla exempla debet quis in preiudicium alterius credere criminoso, maxime periuro, mendaci, detractori, criminatori, falsorum criminum impositori, calumpniatori, proditori, famosorum libellorum compositor, et similibus, qui factis vel verbis mentiri noscuntur. Novi enim nonnullos qui hac arte utuntur, quod, quando contra 1155  
1160  
1165  
1170

---

**1149** 3...1150 1] C. 3 q. 5 c. 1 (*Consanguinei*) col. 965 **1150** c<sup>1</sup>... accusationibus] C. 3 q. 5 c. 5 col. 967 | c *Nullus*] C. 3 q. 5 c. 11 col. 969 | c *Accusatores*] C. 3 q. 5 c. 8 col. 969 **1152** Admittuntur... 1153 servatur] PP\*.

---

**1147** testis] testium Ly | servi] et *added* We Ly **1148** familiares] famili<sup>tes</sup> An | accusatoris] accusa<sup>tes</sup> Fi accusantis Ly **1149** 3] *omitted* Bb | 5] 2 Ly **1150** et<sup>1</sup>] .2. (“et” *sign*) An | c<sup>1</sup>] 2 *added* An accusationibus] accusatoribus Bb We **1152** de...quia] quia de facto Ly **1157** consuetudines] consuetudines Bb **1159** criminal] criminosi We (*inapt correction of an initially scripted ‘crimina’*) criminosos Ly **1160** iudiciario prosequuntur] iudica<sup>o</sup> persequantur An **1161** hominibus] omnibus Ly **1162** et] vel Ly **1164** recte] *omitted* Ly | iudicare] iudicari We **1165** exemplis] et *added* An **1167** recta] *omitted* Ly criminoso] nullo modo *added* An **1170** criminatori] *omitted* Ly impositori] et *added* Bb **1171** proditori] *omitted* Ly | famosorum] falsorum Ly **1172** mentiri] mentire Ly | noscuntur] **Discipulus** *added* We Vc Ox Ba **1173** enim] *omitted* Bb An We | hac] ac We

1175 aliquem offenduntur, statim ipsum de aliquo crimine per infamiam maculare nituntur. Et si non audent in publico, ad detractioes occultas se convertunt.

**Discipulus:** Nunquid tales, postquam fuerint de crimine emendati, ad testificandum debent admitti, et eis in aliquo negotio est credendum?

1180 **Magister:** Una est assertio quod talibus, et universaliter illis qui de quocunque periurio vel mendacio pernicioso semel fuerint legitime deprehensi, nunquam in perpetuum est credendum, nisi per apertam operationem miraculi facti in testimonium sanctitatis eorum ostensi fuerint de tali crimine emendati. Cuius assertionis ratio tacta est supra, quia, scilicet, 1185 nullus potest se contra mendacia custodire, maxime qui habet inimicos, emulos, contrarios, et adversarios etiam in opinionibus, vel qui aliquos quocunque modo offendit. Et ideo vix aut nunquam potest sufficiens adhiberi cautela ne 1190 mendaciter, occulte vel publice, diffametur. Propter quod videmus quod fere omnes magne persone et in quacunque gratia excellentes, maxime qui malos offendunt infamia facti, de aliquo crimine infamantur, licet sepe talis infamia facti nichil aut parum nocere queat.

1195 Alia est assertio quod mendaces et periuri, detractores, falsorum criminum impositores, libellorum famosorum compositores, et alii qui factis vel verbis mentiti fuerint deprehensi, postquam diu et viis exquisitis fuerint de veracitate probati, possunt ad testificandum assumi.

1200 Alia est assertio quod omnes huiusmodi possunt ad famam restitui auctoritate principis, et ex tunc eis sicut aliis est credendum.

### *Capitulum 80*

1185 supra] 1 Dial. 6.79.1079ss\*.

1174 offenduntur] offenderunt Ly 1177 Discipulus] *omitted* We Vc Ox Ba | Nunquid] Nunquam We | fuerint] sunt Ly 1178 et] vel We 1181 de] in Ly 1182 deprehensi] depreensi We 1183 in] vel Ly 1186 mendacia] adversarios An Ly 1188 aliquos] alios We Ly quocunque] quomodocunque Ly quoquocunque An | modo] *omitted* Ly 1190 mendaciter] mendaciis Ly 1192 maxime] *omitted* Ly | qui] que Ly 1193 infamantur] infafamantur Bb | facti] *omitted* Ly 1194 aut] aud We 1195 quod] quoniam (?) Bb | periuri] peririi An 1197 mentiti] mentiri Bb We in mendaciis Ly 1198 et] *omitted* Ly 1199 veracitate] veritate Ly | testificandum] testimonium Ly 1201 restitui] et *added* Fi An et ad testimonium Ly | principis] admitti *added* Ly

**Discipulus:** Aperte conspicio quod ista assertio ‘criminosa in nullo negotio est credendum’, in qua est fundata ratio prima qua ostenditur quod pape heretico in nullo negotio est credendum, difficultates habet quamplurimas, 5 quas nolo hic amplius pertractare, sed ad librum quem de hac materia et ei connexis es factururus censeo differendas. Ideo assertionem predictam aliis rationibus et auctoritatibus fulcire nitaris, non specificando an ex iure naturali et divino aut humano procedat quod pape heretico in nullo negotio est credendum. 10

**Magister:** Secunda ratio qua specialiter ostenditur quod pape heretico in nullo negotio est credendum in preiudicium catholici est talis. Inimico in nullo negotio est credendum contra aliquem (3 q. 5 c. *Accusatores* et c. *Accusatoribus* et c. *Suspectos* et c. *Canonica* et Extra, *De accusationibus* c. *Cum P.* et c. *Meminimus*). Papa autem hereticus omnium orthodoxorum inimicus existit, quia heretici catholicos graviter persequuntur. Ergo pape heretico in nullo negotio est credendum. 15 20

Tertia ratio talis est. Mendaci in nullo negotio est credendum. Papa hereticus, sicut et quilibet alius hereticus, periculosissimo et pessimo genere mendacii noscitur laborare, mendacio videlicet in doctrina religionis, de quo Augustinus in libro De mendacio, et ponitur 22 q. 2 c. *Primum*, ait: “*Primum est capitale mendacium longeque fugiendum, quod fit in doctrina religionis, ad quod* 25

---

80,6 sed...7 differendas] Cf. Introduction, *supra*, pp. (\*) 9 non specificando] But see *infra* 1 Dial. 6. 81.10ss.\* 15 3...Accusatores] C. 3 q. 5 c. 2 col. 965 | c Accusatoribus] C. 3 q. 5 c. 3 col. 967 | c<sup>3</sup>...16 Suspectos] C. 3 q. 5 c. 4 col. 967 16 c Canonica] C. 3 q. 5 c. 6 col. 967 Extra...17 P] X. 5. 1. 10 col. 1576 17 c Meminimus] X. 5. 1. 13 col. 1579 25 22...26 Primum<sup>1</sup>] C. 22 q. 2 c. 8 col. 1663

---

80,2 assertio] *omitted* Bb 3 in<sup>2</sup>...5 credendum] *omitted* Ly 6 hic] *omitted* Ly | pertractare] pertractari We 7 connexis] connexis We 8 rationibus] assertionibus Ly 9 an] aut An We | et] vel We 10 procedat] procedant An Ly 12 ratio] est *added* Bb Fi An 13 credendum] *omitted* Bb 14 talis] *omitted* Ly 15 contra aliquem] *omitted* An | et<sup>1</sup>...Accusatoribus] *omitted* Ly | c<sup>2</sup>] de *added* Bb Fi An We 16 Canonica] canonicas Bb | accusationibus] accusationis Bb 17 P] Bb: per Fi We pro An Ly 18 orthodoxorum] catholicorum est Ly existit] extitit An existat We *omitted* Ly | quia] qui Bb An quoniam Ly 19 Ergo] Ideo Ly 21 Mendaci] Mendacibus Ly 22 et] *omitted* Ly quilibet] aquilibet Bb 23 periculosissimo] periculo pessimo Ly pessimo] pessime We | mendacii] mendaci We 24 laborare] labore Fi 25 2] 1 Ww 27 religionis] et *added* Ly

*mendacium nulla conditione debet quisquam adduci*". Ergo pape heretico in nullo negotio est credendum.

30 Quarta ratio est hec. Apostatis est minime credendum (3 q. 4 c. *Beatus*). Papa autem hereticus est apostata a fide. Ergo sibi minime est credendum.

35 Quinta ratio est hec. Nulli excommunicato est credendum, teste Stephano papa qui, ut legitur 3 q. 4 c. *Nullus*, ait: "*Nullus anathematizatorum suscipiatur, nec a quoquam credantur, que ab eis dicuntur vel conscribuntur*". Papa autem hereticus est excommunicatus. Ergo ei in nullo negotio est credendum.

40 Sexta ratio est hec. Illi in nullo negotio est credendum qui non est ad accusandum admittendus, quia minus est aliquem recipere ad accusandum quam credere ei. In plerisque enim negotiis multi non fide digni accusare possunt, sed soli fide digno est credendum. Illi enim qui non est fide dignus credi non debet. Papa autem hereticus ad accusandum  
45 nullatenus debet admitti, quia nullus hereticus aut in fide suspectus debet ad accusandum admitti (3 q. 4 c. *Si quis* et q. 5 c. *Suspectos* et c. *Nullus*). Ergo pape heretico in nullo negotio est credendum.

50 Septima ratio est hec. Non magis est credendum hereticis quam fautoribus et defensoribus eorumdem. Sed fautoribus et defensoribus hereticorum minime est credendum, nec sunt ad testimonium admittendi (Extra, *De hereticis c. Excommunicamus*). Ergo multo fortius hereticis minime est credendum, ex quo sequitur quod pape heretico  
55 fides debet nullatenus adhiberi.

---

**30** 3...31 *Beatus*] C. 3 q. 4 c. 2 col. 961 **34** 3...35 *Nullus*<sup>1</sup>] C. 3 q. 4 c. 6 col. 963 **39** *Sexta... hec*] Possibly composed earlier than the developed positions of c.79 (PP\*) **46** 3...*quis*] C. 3 q. 4 c. 4 col. 961 | q<sup>2</sup>...47 *Suspectos*] C. 3 q. 5 c. 4 col. 967 **47** c *Nullus*] C. 3 q. 5 c. 11 col. 969 **52** *Extra...53 Excommunicamus*] X. 5. 7. 13 col. 1683

---

**28** *debet quisquam*] *quis debeat* Ww **30** *est*<sup>1</sup>] *omitted* An **32** *sibi*] pape heretico We Vc Ox **33** *Nulli*] *Nullus* Bb Fi **34** *papa*] *omitted* Ly **35** *Nullus*<sup>1</sup>] *Nullis* We | *Nullus*<sup>2</sup>] *omitted* Bb | *anathematizatorum*] *anathatizatorum* Bb **36** *quoquam*] *quocunque* Ly | *credantur*] Ly: *credatur* Bb Fi An We | *conscribuntur*] *scribuntur* Ww **37** *ei*] pape heretico We **38** *negotio*] *omitted* Bb **39** *Illi*] *Nulli* Ly | *est credendum*] *omitted* Bb **44** *hereticus*] *omitted* An **45** *admitti*] *omitted* An **46** *et*] 2 *added* Ly **47** 5] 6 Ly **50** *eorumdem*] *hereticorum* Ly **51** *hereticorum*] *eorum* Ly **52** *ad testimonium*] *omitted* Fi An **54** *sequitur*] *omitted* Bb

Quod etiam auctoritatibus videtur posse probari. Ait enim Stephanus papa, ut habetur Extra, *De hereticis* c. 1: “*Nec eis omnino credendum est, qui fidem veritatis ignorant.*”  
Papa autem hereticus fidem veritatis ignorat, imo fidem veritatis impugnat. Ergo ei in nullo negotio est credendum. 60

Item, Augustinus ad Bonifacium scribens, ut habetur 23 q. 4 c. *Ipsa pietas*, ait: “*Qui enim divina testimonia non sequuntur, pondus humani testimonii perdiderunt.*” Papam autem hereticum divina testimonia non sequuntur, cum divina testimonia destruere et impugnare nitatur. Ergo ad testimonium perhibendum admitti non debet, et per consequens sibi credi non debet. 65

Item, in concilio Toletano quarto, ut habetur 2 q. 7 c. *Non potest*, sic legitur: “*Non potest erga homines esse fidelis qui Deo extiterit infidus.*” Sed papa hereticus Deo infidelis existit. Igitur erga homines fidelis esse non potest. Illi autem non est credendum qui erga homines fidelis esse non potest. Ergo pape heretico in nullo negotio, maxime contra catholicum, est credendum. 70 75

Item, ibidem subiungitur: “*Sicut in fide Christi suspecti sunt, ita in testimonio humano dubii habentur.*” Ergo multo magis de quibus certum est quod ex pertinacia contra fidem errant, certi in testimonio humano reputari non debent. Certum est autem quod papa hereticus ex pertinacia errat contra fidem. Ergo in testimonio humano non debet certus haberi, et per consequens pape heretico minime est credendum. 80

Item, ubi prius subditur: “*Infirmari ergo oportet eorum testimonium, qui in fide falsi docentur.*” Papa autem hereticus 85

---

58 Extra... 1] X. 5. 7. 1 (*Dubius*) col. 1669 62 23...63 pietas] C. 23 q. 4 c. 24 col. 1733 69 2...70 potest<sup>1</sup>] C. 2 q. 7 c. 24 col. 913 76 subiungitur] *Ibid.* 84 subditur] *Ibid.*

---

57 videtur] sic added Ly 59 ignorant] ignorat An 61 ei] pape heretico We 63 Qui] Ly: Quos Bb Fi We Quis An | enim] omitted Ww 64 Papam...65 hereticum] Papa autem hereticus Ly 65 autem] ad Bb sequuntur] sequitur Ly 66 nitatur] nititur Ly 69 in] omitted Bb quarto] omitted Ly | 7] 8 Bb 4 Fi An 70 potest<sup>2</sup>] igitur added Bb Fi An 71 infidus] infidelis Ww | Deo<sup>2</sup>] d' Bb 72 existit] extitit Ly 76 suspecti] suiceti Bb (*corrected to* “suspecti” Bb<sup>2</sup>m) 78 quod... pertinacia] per experientiam quod Ly 79 reputari...81 humano] We Vc Ox Ba: omitted Bb Fi An Ly 80 errat] errant An herrat We 81 Ergo] certi An | debet] debent Ly | certus] omitted Ly 84 subditur] colligitur We | ergo] omitted Ww 85 docentur] habentur Ly

est falsus in fide. Ergo infirmari oportet testimonium eius, et per consequens ei nullatenus est credendum.

Item, ubi prius legitur: “*Nec eis est credendum qui veritatis a se fidem abiecerunt*”. Papa autem hereticus a se  
90 fidem veritatis abiecit. Ergo pape heretico nullatenus est credendum.

### *Capitulum 81*

**Discipulus:** De ista materia que allegasti ad presens sufficient. Ideo dic si papa hereticus aliqua pena alia est punitus.

5 **Magister:** Una assertio est quod papa hereticus ipso facto sententiam excommunicationis incurrit, quemadmodum verberans clericum. Licet nequaquam nominatim excommunicetur de novo, vel etiam denuntietur, ipse excommunicationis sententia est ligatus.

10 **Discipulus:** Videtur secundum istam assertionem quod papa hereticus sententia excommunicationis lata a iure involvitur, sed minime explicatur a quo iure, scilicet divino vel humano, sit lata ista sententia. Ideo dic quo iure secundum istam assertionem papa hereticus  
15 excommunicationis sententia innodatur.

**Magister:** Respondetur distinguendo, quia, cum excommunicatio sit separatio ab actu legitimo, quot sunt actus legitimi tot potuerunt esse excommunicationes. Est autem unus actus legitimus inter christianos, qui est participatio sacramentorum. Alius autem est instructio seu informatio in fide et moribus publica vel occulta. Alius est communio fidelium in comedendo et bibendo et convictu. Alius est testimonium perhibere. Plures etiam sunt alii actus legitimi, sed de predictis ad presens loqui sufficiat.

25 Dicitur igitur quod quedam est separatio sive excommunicatio a participatione sacramentorum ecclesie,

---

88 legitur] *Ibid.*

---

86 Ergo] *omitted* An 88 prius] *sic added* We 89 abiecerunt] subiecerunt An 90 veritatis] *omitted* Ly | nullatenus] nullo modo Ly **Capitulum 81,4** punitus] puniendus Fi Ly 5 ipso] de Ly 6 incurrit] incurrat Ly 8 ipse] ipso facto We de facto *added* Ly 16 quia] We: quod Bb Fi An Ly 18 legitimi] legiptimi We | potuerunt] poterunt Bb We Ly 20 autem] actus legitimus *added* We Vc (*spelled* “legitimus”) | est] *omitted* Ly 22 communio fidelium] communis fide-- *gap* (*for missing* “li”?) --um Fi An | in] *omitted* Fi | et<sup>1</sup>] *omitted* We 23 Alius] actus legiptimus *added* We | etiam] *omitted* Ly 24 legitimi] legiptimi We



quedam ab instructione publica et occulta christianorum in fide et moribus, quedam a testimonio perhibendo, quedam a communione fidelium. Primam excommunicationem et secundam incurrit papa hereticus ex iure divino, quia ex iure divino papa hereticus est extra ecclesiam, et a corpore ecclesie separatus tanquam destructor ecclesie catholice et subversor. Et ideo nec suscipere nec administrare debet ecclesiastica sacramenta nisi in necessitate sacramentum baptismi, nec christianos docere debet publice vel occulte. De tertia separatione sunt opiniones de quibus dictum est prius, quibusdam dicentibus quod papa hereticus ex iure divino et naturali a testimonio perhibendo excluditur, aliis asserentibus quod solummodo iure humano repellitur. Quartam separationem incurrit papa hereticus solummodo ex iure humano, quo omnes heretici a communione fidelium separantur.

**Discipulus:** Istam sententiam plene intelligo, circa quam duo tantummodo probare nitaris. Primo quod excommunicatio que est separatio a communione fidelium iure divino nequaquam infligitur. Secundo quod hereticus hanc excommunicationem ipso facto incurrit.

**Magister:** Primum videtur multis modis posse probari. Primo exemplis sanctorum qui infidelibus et hereticis in temporalibus communicarunt, sicut multi viri sancti cum Iuliano heretico, postquam fuit imperator, communicarunt.

**Discipulus:** Istud exemplum sufficit michi pro nunc, ideo pro secundo allegare coneris.

**Magister:** Secundum probatur sic. Omnes heretici qui sententiis generalium conciliorum et summorum pontificum sunt subiecti, ipso facto sententiam talis excommunicationis incurrunt, quia ipso facto incidunt in canonem late sententie contra omnes hereticos indistincte prolata (Extra, *De hereticis*

---

**Capitulum 81,36** prius] 1 Dial. 6.79 58 Extra...59 abolendam] X. 5. 7. 9 col. 1672

---

27 et] vel Ly 28 et] in added Ly | perhibendo] prohibendo Fi An 30 ex<sup>1</sup>] a Ly | ex<sup>2</sup>...31 divino] omitted Ly 32 catholice] omitted Ly 33 administrare] aministrare We 39 solummodo] ex added Ly 41 quo] quod An 43 plene] plane Ly 44 Primo] Primum Ly 45 communione] omnino added Ly 46 divino] omitted Bb | infligitur] infiligitur Bb Fi An | quod] papa added We 47 ipso] de Ly 48 Magister] We: omitted Bb Fi An Ly | Primum] Primo An | videtur] huius Ly | posse] posset Ly | probari] probare Bb 49 Primo] modo added Ly 50 communicarunt] communicaverunt Ly 54 sic] omitted Ly 56 sunt] omitted Bb

60 c. *Ad abolendam* et c. *Excommunicamus* 1<sup>o</sup> et 2<sup>o</sup> et c. *Sicut et*  
 Extra, *De sententia excommunicationis* c. *Noverit*). Sed papa  
 hereticus est subiectus sententiis generalium conciliorum et  
 summorum pontificum, quemadmodum, ipso vivente, si esset  
 generale concilium congregatum et summus pontifex novus  
 65 esset creatus, iurisdictioni tam concilii generalis quam summi  
 pontificis esset subiectus. Ergo papa hereticus ipso facto  
 sententiam excommunicationis incurrit.

Quod glosa 24 q. 1 c. 1 super illo verbo ‘quicumque in  
 heresim semel dampnatam labitur eius dampnatione seipsum  
 involvit’ insinuare videtur, dicens: “*Hic est casus in quo papa*  
 70 *papam potest ligare, in quo papa in canonem late sententie*  
*incidit, nec huic obviat regula illa ‘quia par parem solvere*  
*vel ligare non potest’ Extra de elec. Innotuit, quia si papa*  
*hereticus est, in eo quod hereticus est, est minor quolibet*  
*catholico”*. Ex quibus verbis colligitur quod papa effectus  
 75 hereticus sententia predecessoris sui contra hereticos  
 indistincte prolata ligatur. Et non est maior ratio quod ligetur  
 una sententia sui predecessoris contra hereticos indistincte  
 prolata quam alia. Ergo papa hereticus omni sententia  
 Romanorum pontificum contra hereticos indistincte prolata  
 80 noscitur innodari. Inter alias autem sententias  
 excommunicationis sententia contra omnes hereticos est  
 indistincte prolata, ut probatum est supra. Ergo papa hereticus  
 ipso facto sententiam excommunicationis incurrit. Ex quo  
 concluditur quod omnes qui scirent papam esse hereticum  
 85 ipsum tanquam excommunicatum excommunicationi maiori  
 vitare deberent, nec eis liceret sibi aliquo modo obedire.

---

59 c<sup>2</sup>...1o] X. 5. 7. 13 col. 1670 (*sic*) | et 2o] X. 5. 7. 15 col. 1686 | c  
 Sicut] X. 5. 7. 8 col. 1671 60 Extra...Noverit] X. 5. 39. 49 col. 1923  
 67 glosa] C. 24 q. 1 c. 1 (*Achatius*) s.v. in heresim col. 1828 72 Extra...  
 Innotuit] X. 1. 6. 20 col. 131 82 supra] 1 Dial. 6.81.54-60\* . Cf. also 1  
 Dial. 6.75

---

63 congregatum] aggregatum Ly | et] si *added* Ly | novus] novu<sup>9</sup> Bb  
 64 esset] erit Ly | creatus] electus We | generalis] *omitted* Ly | summi]  
*omitted* An 70 potest] ligari We | in<sup>1</sup>...in<sup>2</sup>] et Ly 71 huic] *omitted*  
 Ww 72 Extra...Innotuit] *omitted* Ww 73 quod] est *added* An We  
 est<sup>2</sup>] *omitted* Ly | quolibet] quocunque Ww 74 verbis] *omitted* Ly  
 papa] est *added* An 75 sui] *omitted* Bb 76 ligatur...78 prolata]  
*omitted* Bb | Et] ideo *added* Ly 80 noscitur...82 prolata] We Vc Ox  
 Ba: *omitted* Bb Fi An subiacet Ly ligatur Fr 84 papam] ipsum Ly  
 85 excommunicationi] excommunicatione Bb Ly 86 eis] *omitted* Ly  
 liceret] licet An Ly

**Capitulum 82**

**Discipulus:** Dic an, secundum dicentes papam hereticum ipso facto esse papatu privatum, papa hereticus aliqua pena alia sit plectendus.

**Magister:** Dicunt quod multiplici pena, quam de facto nequaquam incurrit, per iudicem competentem puniri debet secundum canonicas sanctiones. 5

**Discipulus:** Numera penas aliquas graviores quibus est papa hereticus feriendus secundum assertores predictos.

**Magister:** Dicunt quod de sede apostolica est pellendus per potentiam temporalem, quia magis repugnat apostolice sedi et dignitati papali labes heretica quam intrusio cui heretica pravitas minime est annexa. Sed intrusus de eadem sede apostolica est pellendus (dis. 79 c. *Si quis pecunia*). Ergo multo magis papa hereticus de sede apostolica per temporalem potentiam est pellendus. 10 15

Secundo dicunt quod est ab omni ordine ecclesiastico degradandus, et, nisi ad fidei unitatem redierit, est curie seculari tradendus. Si autem redierit est perpetuo carceri mancipandus. Probantur hec Extra, *De hereticis c. Ad abolendam* et c. *Excommunicamus*. 20

Tertio dicunt quod bona eius, si qua habuit propria, sunt penitus confiscanda (Extra, *De hereticis c. Vergentis*). Omnia ista una ratione, que tacta est prius, fulcire nituntur, que est hec: papa hereticus nullo gaudet privilegio speciali ultra alios episcopos labem hereticam incurrentes, quia in nulla sententia canonis generalis concilii vel summi pontificis contra hereticos lata specialiter excipitur papa hereticus magis quam alii episcopi heretici. Cum ergo papa hereticus sit subiectus sententiis generalium conciliorum et summorum 25 30

---

**Capitulum 82,14** dis...pecunia] D. 79 c. 9 col. 503 20 Extra...21 abolendam] X. 5. 7. 9 col. 1672 21 c Excommunicamus] X. 5. 7. 13 col. 1670 (sic) 23 Extra...Vergentis] X. 5. 7. 10 col. 1675 24 prius] 1 Dial. 6.71

---

**Capitulum 82,4** alia] omitted Ly 6 nequaquam] omitted Ly competentem] completentem Bb An completentem Fi 10 pellendus] repellendus Ly 11 apostolice] catholice Ly 13 Sed] huiusmodi added Ly | eadem] omitted We 14 pecunia] pecuniam We 16 pellendus] repellendus Ly 17 ab omni] omni genere An 18 degradandus] degradatus Bb | unitatem] veritatem We 22 qua] quedam Ly | habuit] habuerit Fi Ly 23 c Vergentis] omitted Ly 25 nullo gaudet] non gaudet beneficio vel Ly 26 episcopos] ipsos Fi An | quia] quod An 28 hereticos] hereticas An 29 heretici] omitted Ly 30 sententiis] omnium added Ly

pontificum, omnis pena taxata in canonibus generalium conciliorum et summorum pontificum episcopis hereticis infligenda pape heretico debet infligi. Sed pene predicte episcopis hereticis debent infligi. Ergo eisdem penis est papa  
 35 hereticus feriendus. Et ita, licet papa hereticus ipso facto nec de apostolica sede sit expulsus, nec omni prerogativa ordinis ecclesiastici degradetur, nec sit traditus curie seculari, nec sit perpetuo carceri mancipatus, nec bona ipsius propria confiscentur, tamen omnes pene predictae per iudicem  
 40 competentem sibi debent infligi.

**Discipulus:** Nunquid secundum istos papa hereticus aliquas alias penas praeter penas hereticis infligendas debet sustinere?

**Magister:** Respondent quod si papa de nullo alio crimine quam de crimine pravitatis heretice potest convinci, penis est hereticorum solummodo percellendus. Si autem de aliquo alio crimine, puta homicidii, facto, consilio, precepto, vel defensione commisso, aut crimine lese maiestatis, aut simonia vel rapina, aut depredatione seu guerrarum  
 45 concitatione, aut innocentium dampnatione sive persecutione, vel quocumque alio crimine potuerit convinci legitime, penis huiusmodi criminum est plectendus.  
 50

### *Capitulum 83*

**Discipulus:** Adverto quod isti assertores inter papam hereticum puniendum et episcopos hereticos puniendos parvam aut nullam differentiam arbitrantur quantum ad penas hereticis et criminosis aliis infligendas. Ideo post predicta, ad  
 5 interrogandum de iudice competenti pape heretici, per quem scilicet pene predicti sibi imponi debeant, me convertam. Quamvis enim in principio huius sexti multa disserueris de iudice veri pape super crimine heresis mendaciter diffamati,

---

31 omnis...32 pontificum] *omitted* An sequitur quod quecumque pena Ly  
 33 infligenda...infligi] debet infligi infligenda est pape heretico Ly  
 35 nec] *omitted* Ly 36 apostolica] p<sup>ca</sup> Bb | sede] *omitted* An non *added*  
 Ly 37 degradetur] degradatus We Ly 38 mancipatus] Ly: mancipandus  
 Bb Fi An mancipatus We 39 confiscentur] confitentur Bb 42 debet]  
 debeat We 43 sustinere] sustineri Bb 44 Respondent] Respondetur Ly  
 46 percellendus] percollendus Bb complectendus Ly 47 puta] de *added*  
 Ly | homicidii] homicii Bb omicidio We homicidio Ly 49 aut] ergo Fi  
 guerrarum] guerrarum Bb 50 innocentium] innocentum Bb We  
 dampnatione] vel *added* Bb | sive] vel Ly | persecutione] percussione  
 An 51 potuerit] poterit Ly 83,4 arbitrantur] arbitrentur We 6 heretici]  
 heretico Fi 7 debeant] debeat An 8 enim] *omitted* Ly | disserueris]  
 disserueristi Ly

et supra capitulis 72 et 73 et 74 et 75 aliqua dixeris de 10  
habente potestatem papam hereticum deponendi, volo tamen  
nunc de iudice qui penas hereticorum pape heretico debet  
imponere magis exquisite inquirere. Dic autem in primis an  
ad unum vel plures iudices de iure pertineat pape heretico  
predictas penas, scilicet expulsionem de apostolica sede, 15  
degradationem, incarcerationem vel traditionem curie  
seculari, et bonorum propriorum confiscationem, infligere.

**Magister:** Una opinio tenet quod predictas penas  
infligere pape heretico de iure spectat ad generale concilium,  
si fuerit congregatum, et ad papam catholicum, si fuerit 20  
electus canonice. Si autem nec concilium generale fuerit  
congregatum nec electus fuerit papa catholicus, prefatis penis  
ferire papam hereticum spectat ad collegium cardinalium. Et  
si illi fuerint negligentes, pertinet ad episcopum in cuius  
diocesi papa hereticus commoratur. Si autem prelati et clerici 25  
papam hereticum dampnabiliter neglexerint cohercere, per  
principes seculares et laicos est debite percellendus.

**Discipulus:** Ista assertio multas habet particulas, de  
quibus singulis te interrogare propono. Primo autem  
disseramus de concilio generali: ad quem, scilicet, si papa 30  
fuerit effectus hereticus, spectat generale concilium  
convocare.

**Magister:** Quod papa fiat hereticus multis modis potest  
contingere, quia aut est occultus hereticus, aut manifestus, aut  
notorius. Si est occultus hereticus, ita quod de heresi convinci 35  
non potest, dicunt quidam quod, si papa est de heresi  
diffamatus, exemplo Symachi pape, ipse, et non alius, debet  
generale concilium congregare ad se purgandum. Sed si  
noluerit se purgare, et de sua infamia scandalum intolerabile  
generatur, per alios debet generale concilium congregari. 40

Si autem papa est hereticus manifestus, ita quod probari  
potest per testes idoneos aut alia legitima documenta, non  
tamen est hereticus notorius, quia pauci sciunt ipsum esse  
hereticum, tot tamen sciunt quod ipsum possunt convincere,

---

10 et<sup>2</sup>] omitted Ly | et<sup>3</sup>] omitted Ly 12 penas... 13 imponere] penis  
hereticorum papam hereticum debet exponere Ly 13 autem] igitur Ly  
14 vel] aut ad An 15 expulsionem] expl'si<sup>am</sup> An 18 Magister] omitted  
Ly 20 congregatum... fuerit<sup>2</sup>] omitted Bb 26 hereticum] omitted Ly  
27 est] et An | percellendus] expellendus Ly 28 Discipulus] omitted Ly  
30 disseramus] disseras We 31 fuerit] fuit Fi 32 convocare]  
congregare Ly 34 aut<sup>3</sup>] et Ly 38 se] semetipsum Ly | Sed] omitted An  
et Ly 42 aut alia] et Ly 43 esse] omitted Ly 44 possunt] possent Bb

45 dicunt quidam quod papa hereticus debet concilium convocare. Quod, si noluerit, est per alios congregandum.

Si vero papa est notorius hereticus per evidentiam rei vel confessionem propriam, puta quia publice aliquam assertionem, que est heresis manifesta cuius contrarium  
50 tenetur credere explicite, tenet vel se fatetur tenere (ut puta si publice et notorie predicaret Christum non fuisse natum de virgine, aut legem christianam esse falsam, vel fateretur se publice aliquid huiusmodi tenuisse vel etiam de tali aliquo dubitasse), dicunt nonnulli quod papa hereticus in hoc casu  
55 non debet concilium generale convocare, sed illi qui sciunt ipsum esse notorium hereticum debent aliis catholicis intimare ut ipsi ad concilium generale conveniant, nisi prius electores summi pontificis alium in papam elegerint orthodoxum. Tunc enim ille electus in papam debet generale  
60 concilium, si necesse fuerit, convocare. Si autem electores pravitate heretica una cum papa fuerint involuti vel sibi favorem prestiterint, alii fideles debent ad generale concilium pro facienda iustitia convenire, si propter malitiam hominum alio modo de ipso iustitia fieri nequit.

65

#### *Capitulum 84*

**Discipulus:** Quia a manifestioribus expedit inchoare, ideo primo dicas de concilio convocando: si papa est notorie hereticus, et electores summi pontificis  
5 in heretica pravitate sibi consentiunt, vel eidem indebite favent, nec patet alia via per quam possit papa hereticus coherceri, per quem scilicet generale concilium debeat congregari.

**Magister:** Dicunt quidam quod in hoc casu quilibet  
10 catholicus, qui scit papam esse hereticum notorium vel audit publice divulgari quod papa est notorie hereticus, debet esse paratus, si expedit, ad generale concilium convenire, debetque quilibet, quantum sibi competit pro

---

83,50 ut puta] *visio beata* issue not included here.(PP\*)

---

48 confessionem] confessione Bb | propriam] We Vc: *omitted* Bb Fi An Ly 50 se] *omitted* Ly | si...51 publice] *omitted* Bb 51 natum] atum Bb 52 christianam] christianorum Ly 53 aliquid huiusmodi] ad huius Bb An hoc tenere vel Ly | etiam] in An 55 debet] debent Ly 56 ipsum] eum We Vc | notorium] no-- gap (for missing "torium") An hereticum] *omitted* Ly 59 orthodoxum] *omitted* We 62 prestiterint] prestiterunt We | ad] a We 84,2 a] ad We 3 convocando] quomodo Ly 5 consentiunt] consentiant Ly 9 quidam] *omitted* Ly 13 quilibet] in *added* Ly | sibi] expedit *added* An

gradu suo, alios exhortari catholicos ut ad concilium  
 generale conveniant. Verumptamen ista spectant 15  
 principalius ad prelatos et in divina lege peritos, secundo  
 spectant ad reges et principes et alias publicas potestates,  
 tertio autem spectant ad omnes catholicos viros et  
 mulieres. Unde etiam mulieres catholice, scientes papam  
 esse hereticum et electores circa electionem summi 20  
 pontificis negligentes, debent, si expedit, catholicos  
 exhortari ut ad generale concilium pro ecclesia  
 ordinanda concurrant. Imo etiam ipsemet ire debent, si  
 poterunt bono communi prodesse.

**Discipulus:** Ista assertio mirabilis michi videtur. 25  
 Tria enim absurda continet, ut apparet. Quorum primum  
 est quod generale concilium absque auctoritate pape  
 debeat congregari. Secundum est quod reges et principes  
 ac alii laici ad generale concilium debeant convenire.  
 Tertium est quod mulieres debeant aut valeant generali 30  
 concilio interesse.

Quod enim primum sit absurdum per sacros  
 canones probatur aperte. Nam sicut habetur dis. 17 per  
 totum, concilium generale absque auctoritate summi  
 pontificis congregari non potest. Ait enim Pelagius papa: 35  
*“Multis denuo apostolicis et canonicis atque  
 ecclesiasticis instruimur regulis, non debere absque  
 sententia Romani pontificis concilia celebrari”*. Quibus  
 verbis clare patet quod generale concilium absque papa  
 convocari non debet. Quia tamen puto quod assertores 40  
 predicti non sine motivo dicunt contrarium, dic motiva  
 eorum. Ipsis enim auditis intelligam clarius veritatem.

**Magister:** Quod absque auctoritate pape possit  
 concilium generale congregari nonnullis rationibus  
 videtur posse probari, quarum prima est hec. Particulare 45

---

84,33 dis ...34 totum] D. 17 cols. 87-93 35 Ait] D. 17 c. 5 col. 89

14 ad] *omitted* Fi 15 ista spectant] spectat Ly 17 spectant] spectat Ly  
 reges] regem An 18 autem] *omitted* Bb | spectant] spectat Ly  
 omnes] alios *added* We 19 mulieres!] muliere Bb 21 pontificis]  
*omitted* Bb Fi An | debent] debet Bb Fi An | si expedit] *omitted* Bb  
 23 etiam] et Ly | ipsemet] ipsimet Bb Fi 24 poterunt] potuerunt An  
 27 quod] *omitted* An 28 est] *omitted* Bb 30 est] *omitted* Ly | aut] ac  
 Ly 31 concilio] *omitted* Bb 35 enim] *omitted* Bb 36 canonicis]  
 catholicis Ly 38 sententia] licentia Ly | celebrari] In *added* Ly  
 40 convocari] congregari Ly | Quia tamen] Quare cum Ly 41 non...  
 motivo] in sun<sup>o</sup> nno (*garbled*) An sine motivo non Ly 42 enim auditis]  
 namque argumentis Ly

concilium potest licite congregari absque auctoritate  
 pape ad iudicandum de eodem vero papa. Ergo multo  
 magis generale concilium poterit congregari ad  
 iudicandum de pseudo-papa heretico absque eius  
 50 auctoritate. Antecedens duobus manifestis exemplis  
 videtur aperte probari. Primum est de episcopis qui  
 convenerunt ad inquirendum de idolatria et facto beati  
 Marcellini, quorum congregatio fuit particulare  
 concilium, congregatum absque auctoritate eiusdem  
 55 pape Marcellini. Secundum est de illorum congregatione  
 qui convenerunt ad iudicandum et deponendum papam  
 Iohannem 12<sup>um</sup>, que congregatio non fuit concilium  
 generale sed particulare solummodo. Ergo multo magis  
 posset fieri concilium generale ad iudicandum de papa  
 60 heretico in heresi notorie deprehenso.

**Discipulus:** Ista ratio videtur aperte probare quod  
 absque auctoritate pseudo-pape heretici possit generale  
 concilium congregari, sed non probat quod valeat  
 congregari absque auctoritate veri pape. Unde videtur  
 65 quod, si papa fiat hereticus, eligendus est papa  
 catholicus antequam generale concilium convocetur.

**Magister:** Nonnullis apparet quod ratio supra  
 scripta patenter ostendit quod absque auctoritate  
 cuiuscunque pape, veri vel falsi, potest generale  
 concilium convocari. Nam, si est licitum concilium  
 70 particulare fieri absque auctoritate pape ad inquirendum  
 vel iudicandum de vero papa, multo magis licitum est  
 generale concilium celebrari tempore vacationis  
 apostolice sedis, absque auctoritate pape, ad  
 75 pseudo-papam debite coherendum, presertim si  
 pseudo-papa aliter coherci non potest. Sed primum  
 licitum est, sicut per duo exempla probatum existit. Ergo  
 et secundum debet licitum reputari.

Secunda ratio est hec. Omnis populus et omnis  
 80 communitas et omne corpus, quod absque consensu vel

---

49 pseudo-papa] pseudo-papa We | heretico] heretico We  
 50 Antecedens] Ab Fi 51 aperte] *omitted* Ly 53 Marcellini] Marcelli  
 An | particulare] parciale Bb Fi 55 Marcellini] Marcelli An  
 60 deprehenso] deprehense Bb 62 pseudo-pape] pseudo-pape Bb  
 64 Unde] et *added* Ly 65 fiat] fuerit Ly 66 catholicus] catholicus (*sic*)  
 We 67 ratio] *omitted* Bb secundum *added* Ly 68 scripta] dicta Ly  
 69 vel] We Ba Es: et Bb Fi An Ly 72 vel] et An 75 coherendum]  
 coarandum We 76 coherci] coherci We 77 probatum] probatur Bb  
 79 Omnis] *omitted* An



auctoritate cuiuscunque qui non est de corpore potest sibi ius statuere, potest aliquos eligere qui vicem gerant totius communitatis aut corporis absque alterius auctoritate. Sed omnes fideles sunt unum corpus, Paulo dicente ad Romanos 12: “*Multi unum corpus sumus in Christo*”, et sunt unus populus et una communitas. Ergo possunt eligere aliquos qui vicem gerant totius corporis. Tales autem electi, si simul convenerint, concilium generale constituunt, quia concilium generale non videtur esse aliud quam congregatio aliquorum qui vicem gerant totius christianitatis. Potest ergo concilium generale congregari absque auctoritate cuiuslibet qui non est catholicus et fidelis, et per consequens absque auctoritate pape heretici.

Tertia ratio est hec. Universalis ecclesia in unum conveniens ad aliquid ordinandum potest concilium generale vocari. Sed universalis ecclesia posset ad tam parvum numerum devenire quod posset insimul convenire, nam in tam parvo numero fuit aliquando post ascensionem Christi. Ergo non est impossibile quod ad talem numerum ante iudicium generale perveniat, et per consequens non est impossibile quod universalis ecclesia ad concilium generale conveniat etiam si nullus esset verus papa, sicut non est impossibile quod, sede vacante, universalis ecclesia simul conveniat. Non minoris autem potestatis aut auctoritatis est universalis ecclesia quando non posset insimul convenire, propter magnam multitudinem, quam quando posset insimul convenire. Igitur, quicquid posset universalis ecclesia per se, si posset insimul convenire, potest per aliquos electos a diversis partibus ecclesie. Ergo, posito quod diverse partes universalis ecclesie eligerent aliquos qui convenirent in unum ad ordinandum de ecclesia Dei, illi sic electi convenientes in unum, non obstante quod nullus esset verus papa, possent generale concilium

---

85 Romanos 12] Romans 12:5

---

88 electi] clerici We 89 constituunt] constituerint Fi constituent Ly  
 91 vicem] omitted An 95 Tertia] Tertio Bb 96 potest] ad added Ly  
 97 vocari] convocari Ly 99 convenire] convocari Ly 101 ante...  
 generale] iterum Ly 107 posset] potest We 108 posset] potest Ly  
 universalis ecclesia per se si posset added An | insimul] simul An  
 110 aliquos] alios We 111 electos] omitted An 115 possent] posset Fi  
 An ad added We | concilium] ire added We

appellari. Et ita potest generale concilium, quando non  
esset verus papa, absque auctoritate pape congregari.

**Discipulus:** Aliqualiter modum ponendi predictum  
intelligo. Ut tamen magis eum intelligam, et sic clarius  
120 perveniam ad veritatem, declara per quem modum,  
secundum assertionem predictam, deberet generale  
concilium convocari.

**Magister:** Dicitur quod rationabile esset de  
qualibet parrochia vel alia communitate que posset  
125 faciliter insimul convenire mitti aliquem vel aliquos ad  
concilium episcopale, vel ad parlamentum regis aut  
principis vel alterius publice potestatis, qui eligeret vel  
eligerent aliquos mittendos ad concilium generale, qui,  
taliter electi a conciliis episcopalibus vel parliamentis  
130 secularium potestatum, in unum locum convenientes,  
possent generale concilium appellari.

**Discipulus:** Quid si aliqua parrochia vel etiam  
diocesis nollet aliquos mittere ad concilium generale?

**Magister:** Respondetur quod propter  
135 contradictionem illorum non esset communis utilitas  
omittenda. Imo est assertio dicens quod, si multe  
dioceses vel regna contradicerent generali concilio  
congregando, potestas congregandi concilium generale  
esset de iure ad alia regna vel dioceses devoluta, quia  
140 impediens communem utilitatem fidei christiane  
potestate conveniendi ad generale concilium merito  
privarentur.

**Discipulus:** Istam opinionem intelligo, et licet eam  
non reputem consonam veritati, tamen, qualiter  
145 respondeatur secundum eam ad auctoritates quibus  
asseritur manifeste quod absque auctoritate summi  
pontificis non debeat generale concilium congregari,  
aperias.

---

116 Et] *omitted* We 120 declara] *decla*<sup>d</sup> An 121 deberet] Bb: debeat Fi  
An Ly debere We 123 rationabile] *ratio* Fi An | *esset*...125 aliquos]  
*omitted* Fi An 124 alia] *aliqua* Ly 125 insimul] *in unum* Ly  
126 parlamentum] *parlamentum* An *parlamentum* Ly | *aut*] *ac* Ly  
127 qui] *que* Ly 129 parliamentis] *parlamentis* Ly 131 appellari]  
*appellare* Fi An *approbari* We 132 etiam] *ē* An *aliqua* *added* We  
133 nollet] *nolleret* We | *mittere*] *mitti* We 135 illorum] *ipsorum* Ly  
136 omittenda] *evitanda* Fi An | *est*] *una* *added* We 137 contradicerent]  
*contradicunt* Ly 143 et] *omitted* Ly 145 respondeatur] *respondetur* Ly  
147 debeat] *debet* We

**Magister:** Respondetur quod regulare est concilium generale nequaquam congregari deberet absque auctoritate Romani pontificis. Fallit tamen in casu qui raro accidit, quando scilicet papa efficeretur hereticus, et electores summi pontificis negligenter papam eligere, nec posset aliter quam per generale concilium ecclesie provideri. Propter quod, ut dicitur, auctoritates summorum pontificum asserentium quod concilium generale absque auctoritate pape congregari non debet nequaquam sunt negande, sed sunt sane intelligende, ut nullo modo interpretentur in preiudicium fidei christiane, que summo pontifici etiam catholico est modis omnibus preferenda.

### *Capitulum 85*

**Discipulus:** Adverto quomodo probari potest primum quod circa assertionem in precedenti capitulo recitatam michi irrationabile videatur. Ideo dic an secundum possit aliquo modo probari, scilicet quod reges et principes ac alii laici ad generale concilium debeant, si voluerint, convenire.

**Magister:** Antequam motiva dicte assertionis adducam, ostendam tibi quare secundum quosdam una congregatio et non alia dicatur concilium generale. Quo declarato, motiva que proferam magis intelliges.

Dicitur ergo quod congregatio quecumque non ideo solummodo vocatur concilium generale quia auctoritate summi pontificis convocatur. Tunc enim omne consistorium cum papa esset concilium generale. Illa ergo congregatio est generale concilium reputanda in qua diverse persone, gerentes auctoritatem et vicem

---

**85,15** Illa...23 censendum] **nota pro concilio Pisano** Bbm\*\* (a later reader's reference to the 1409 Council of Pisa)

---

**149** quod] *omitted* Bb | regulare est] regulariter Ly **150** deberet] debet Ly debere We **151** Romani] summi Ly | tamen] si Fi **152** qui] quia Bb Fi An | raro] *omitted* Ly **156** auctoritates] auctoritate We | quod] *omitted* Bb **157** congregari] 9<sup>g<sup>re</sup></sup> An **85,2** Discipulus] *omitted* Bb (*added* Bb<sup>2</sup>m) **4** michi] m An *omitted* Ly | irrationabile] iriōa<sup>le</sup> An videatur] videbatur Fi An Ly **5** secundum] hoc *added* Ly **9** adducam] adductam An **12** ergo] *omitted* Bb autem Ly **13** vocatur] notatur Bb **15** cum papa] pape We | generale] reputandum, nec quia super omnes christianos generalem optinet potestatem: tunc enim omne consistorium cum papa esset concilium generale *added* We Vc Ox Ba **16** est] esset Ly

diversarum partium totius christianitatis, ad tractandum  
 de communi bono rite conveniunt, nisi aliqui noluerint  
 20 vel non potuerint convenire. Unde si aliquae provincie  
 nollent vel non possent personas habentes auctoritatem  
 et vicem earum transmittere, non minus esset concilium  
 generale censendum. Isto viso, videtur posse probari  
 quod reges et principes ac nonnulli alii laici possunt, si  
 25 voluerint, ad generale concilium convenire, et eiusdem  
 concilii tractatibus interesse.

Quod quidem primo auctoritate Nicholai pape, que  
 ponitur dis. 96 c. *Ubinam*, probatur. Ait enim: “*Ubinam*  
 30 *legistis imperatores antecessores vestros synodalibus*  
*conventibus interfuisse, nisi forsitan in quibus de fide*  
*tractatum est, que universalis est, que omnium*  
*communis est, que non solum ad clericos, verum etiam*  
*ad laicos et ad omnes omnino pertinet christianos”. Ex*  
 quibus verbis datur intelligi quod conciliis in quibus de  
 35 fide tractatur possunt laici interesse. Quod etiam  
 auctoritatibus simul et exemplis ostenditur.

Gelasius enim papa, ut habetur dis. 15 c. *Sancta*  
*Romana ecclesia*, ait: “*Sancta Romana ecclesia post*  
 40 *illas veteris testamenti et novi scripturas quas*  
*regulariter suscipimus etiam has suscipi non prohibet:*  
*sanctam synodum Nicenam 318 patrum, mediante*  
*Constanino maximo Augusto, in qua Arius hereticus*  
*condempnatus est, sanctam synodum*  
 45 *Constantinopolitanam, mediante Theodosio seniore*  
*Augusto, in qua Macedonius hereticus debitam*  
*dampnationem excepit”. Et infra: “Sanctam synodum*  
*Calcedonensem, mediante Martiano Augusto et*

28 dis...Ubinam<sup>1]</sup> D. 96 c. 4 col. 617 37 dis...38 ecclesia<sup>1]</sup> D. 15 c. 3  
 col. 71 46 infra] *Ibid.*

18 diversarum] universarum Ly | christianitatis] sanitatis Ly 19 bono]  
 boni Bb 21 auctoritatem] auctoritates Ly 22 transmittere] transmittere Fi  
 24 alii] *omitted* Ly 26 tractatibus] tractantibus Bb 27 quidem] *omitted*  
 Ly 28 Ait enim] Qui ait Ly 30 quibus] Ly: quibusdam ubi Bb Fi An We  
 31 omnium] We: omnibus Bb Fi An Ly 33 ad<sup>1]</sup> *omitted* Ly | omnino]  
*omitted* An Ly 38 ait...ecclesia<sup>2]</sup> *omitted* Ly 39 veteris] veteri Fi  
 41 Nicenam] in cenam An | 318] 138 Bb Fi An 319 We 18 Ly  
 42 Augusto] Agosto We (*favoured spelling of scriptor 11<sup>us</sup>*)  
 43 condempnatus] contempnatus Bb | sanctam] syd Fi 44 Theodosio]  
 Tehodosio We 46 excepit] accepit Bb Fi An 47 Calcedonensem]  
 Calcidonensem We | et] *omitted* Ly

*Anatholio Constantinopolitano episcopo, in qua Nestoriana et Eutychiana hereses simul cum Dioscuro eiusque complicibus dampnate sunt*". 50

Item, Isidorus sexto libro Ethimologiarum c. 16, ut habetur dis. predicta c. 1, ait: "*Tertia, synodus Ephesina prima 200 episcoporum sub iuniore Theodosio Augusto edita est*". Et infra: "*Quarta, synodus Calcedonensis 630 sacerdotum sub Martiano principe habita est*". 55

Item, ut habetur dis. 96, "*in sexta actione Calcedonensis synodi Martianus imperator dixit*": "*Nos ad fidem confirmandam, non ad potentiam ostendendam, exemplo religiosissimi principis Constantini synodo interesse volumus, ut inventa veritate non ultra multitudo pravis doctrinis attracta discordet*". 60

Item, ut habetur 12 q. 1 c. *Futuram*, de Constantino sic legitur: "*Idem vero presidens in sancta synodo que apud Nicenam congregata est, cum querelam quorundam conspiceret coram se delatam, ait 'vos a nemine diiudicare potestis'*" etc. 65

Item Nicholas papa, ut habetur dis. 21 c. *Nunc autem*, ait: "*Cum quidam tempore quodam contra Xistum papam temptassent quedam mali rumoris obicere, et in concilio cui et Valentinianus Augustus*" 70

---

52 dis...1] D. 15 c.1 col. 69 54 infra] *Ibid.* 56 dis 96] D. 96 c. 2 col. 617 (*Nos ad fidem*) | in...57 dixit] *Ibid.* *Dictum Gratiani ante c. 2 62 12...Futuram*] C. 12 q. 1 c. 15 col. 1285 67 dis...68 autem] D. 21 c. 7 col. 125

---

48 Anatholio] Anastasio Ly | Constantinopolitano] Constantino Bb Fi An 49 Eutychiana] Euticia Bb We Eucia Fi An Enticiana Ly 51 Ethimologiarum] thimologiarum We | Ethimologiarum...16] *omitted* Bb | 16 ut] 10 et Ly 53 prima] *omitted* Ly | 200] 70 Ly | iuniore] minore Ww | Theodosio] Theodio Bb 54 630] 63S (*sic*) We 63 Ly 630...57 Calcedonensis] *omitted* An 55 Martiano] imperator *added* Bb 56 96] 98 Fi | sexta] septima Bb Fi We alia Ly | actione] accusatione We 57 Calcedonensis] Calcidonensis We | Martiano] Martinianus Ly imperator] inter cetera *added* We 59 synodo] synode Fi 60 volumus] volumus Ww | veritate] unitate Ly | ultra] *omitted* Bb 61 attracta] attractata Bb Fi An Ly attentata We 63 vero] v<sup>1</sup> Fi videtur An | sancta] sancte We | synodo] synode An 65 delatam] deferendam Ww 66 diiudicare] diiudicari Ly 68 quidam] *omitted* Ww 69 Xistum] Sixtum Ww | temptassent] teptasset Bb temptasset An | quedam] quidam Bb An We | mali] alii We | rumoris] Ly: rumores Bb Fi An We 70 et<sup>1</sup>] *omitted* Bb Fi An We | concilio] 9ci<sup>9</sup> Bb | et<sup>2</sup>] *omitted* Ww Valentinianus] Valentianus An | Augustus] *omitted* Ly

*intererat dictum fuisset non licere adversus pontificem dare sententiam, surrexit idem protinus imperator et in arbitrio prefati pontificis tribuit iudicare iudicium suum”.*

75 Ex quibus tam auctoritatibus quam exemplis videtur ostensum quod imperatores licite interfuerunt conciliis et per consequens licite possunt laici si voluerint conciliis generalibus interesse. Quod etiam ratione videtur posse probari, que talis est.

80 Quod omnes tangit ab omnibus tractari et approbari debet, ut notatur in glosa dis. 96 c. *Ubinam*. Et Extra, *De maiori et obedientia c. Inter quatuor* notat glosa “quod omnes quos negotium tangit vocandi sunt”. Sed ea que tractantur in concilio generali omnes tangunt, 85 quia in concilio generali tractari debet de fide et de aliis que ad omnes omnino pertinent christianos. Ergo laici, quos tangunt concilia generalia, licite si voluerint poterunt interesse.

90 **Discipulus:** Per istam rationem quilibet laicus posset interesse concilio generali si vellet, si illa que tractantur in concilio generali ab omnibus tractari debent.

95 **Magister:** Ad istam instantiam respondetur quod hec regula ‘quod omnes tangit ab omnibus tractari debet’ intelligenda est si ab omnibus tractari potest, et non apparet ratio manifesta quare aliquis debeat ab huiusmodi tractatu repelli. Nunc autem non possunt omnes, neque laici neque clerici, ad generale concilium convenire, et ideo non omnes debent interesse per seipsos. Debent tamen omnes qui voluerint, nisi appareat 100 ratio manifesta repellendi eos, per procuratores vel alios gerentes immediate vel mediate in speciali (vel cum aliis) vices eorum, concilio interesse.

---

80 Quod...81 debet] Corpus iuris canonici (ed. 1582) Liber Sextus, *De regulis iuris*, regula 29 (col. 812 both in text and in gloss) 81 glosa] D. 96 c.4 s.v. pertinet col. 618 82 glosa] X. 1. 33. 8 s.v.citati col. 428

---

71 fuisset] fuisse Bb Fi An 75 quibus] omnibus added Ly 77 conciliis] generalibus added Ly 84 que...85 generali] omitted Fi 85 de<sup>2</sup>] omitted Bb Fi An 86 omnino] oñ Bb | omnino pertinent] pertineant Ly 88 poterunt] potuerunt Bb 90 generali] ab omnibus tractari debent. Magister added An 93 respondetur] dicitur Fi 95 tractari] omitted Ly 100 voluerint] voluerunt Bb Ly 101 vel] We: et Bb Fi An Ly

Et ideo cum de regibus et principibus ac aliis  
 magnis personis laicis non appareat ratio quare debeant  
 repelli, poterunt per seipsos si voluerint conciliis  
 generalibus interesse, nec est necesse quod procuratores  
 vel alios habentes potestatem eorum mittant ad  
 concilium generale. Regna autem et alie communitates  
 que regibus non subsunt, que interesse per se non  
 possunt, debent mittere procuratores, si volunt, aut  
 syndicos vel alios quoscunque nomine censeantur, qui  
 eorum habeant potestatem quantum ad ea que tractanda  
 sunt in concilio generali.

**Discipulus:** Ista opinio seipsam impugnat. Nam si  
 illi non debent generali concilio interesse de quibus  
 apparet ratio manifesta quare debent repelli, sequitur  
 quod laici interesse non debent. Nam de illis est ratio  
 evidens quare sunt a generali concilio excludendi, quia  
 videlicet causa Dei ad laicos nequaquam spectat.

Unde Felix papa, ut legitur dis. 10 c. *Certum est*,  
 ait: “*Certum est hoc rebus vestris esse salutare, ut cum  
 de causis Dei agitur, iuxta ipsius constitutionem regiam  
 voluntatem sacerdotibus Christi studeatis subdere non  
 preferre*”. Ex quibus verbis datur intelligi quod laici de  
 causis Dei se intromittere non debent, et per consequens  
 a generali concilio debent excludi.

Item, ex consuetudine hactenus observata hoc  
 constat aperte. Nam ad generalia concilia soli clerici  
 consueverunt venire, et soli clerici generalia concilia  
 celebraverunt, sicut et soli ipsi vocantur.

---

**104** Et...107 interesse] Possibly a later marginal addition which was  
 subsequently drawn into the main text.(PP\*) **121** dis...est] D. 10 c. 3  
 col. 41

---

**104** cum] dicitur *added* Bb Fi An Ly **105** non] *omitted* Bb An nisi Ly  
**106** poterunt] poterint Ly **107** interesse] Unde si reges voluerint *added*  
 Ww poterunt per seipsos conciliis generalibus interesse *added* Bb Fi An  
 Ly | nec] ut An non We **108** potestatem] poten esse (*sic*) Fi  
**109** Regna] eg<sup>a</sup> Bb prop<sup>g</sup> (*garbled*) Fi propeg<sup>a</sup> (*garbled*) An regnum Ly  
**110** regibus] reg<sup>as</sup> Bb reg's Fi An regnis We **112** syndicos] subditos Fi  
 An Ly | quoscunque] quocunque Fi **115** seipsam] seipsum Ly **116** illi]  
 ipsi Ly | generali] *omitted* Ly | de] *omitted* An **117** quare] quia Fi An  
**118** debent] debet An **120** causa] cause We | spectat] spectant We  
**121** 10] 19 We **122** hoc] huiusmodi Ly | vestris] nostris Ly | salutare]  
 We: salubre Bb Fi An Ly **123** constitutionem] constitutum Ww  
 regiam] regna We **124** Christi studeatis] Ly: *omitted* Bb Fi An We  
**127** debent] tenentur Ly **128** consuetudine] constitutione We **129** ad] a  
 Fi **130** generalia] sola Ly

**Magister:** Ad primum istorum respondetur quod  
 cause Dei non solum ad clericos sed etiam spectant ad  
 laicos, sicut Deus non solum est Deus clericorum sed  
 135 etiam laicorum. Verumptamen, cause Dei quodammodo  
 principalius spectant ad clericos quam ad laicos, si  
 clerici in causis Dei non errant pro eo quod clerici  
 divinis sunt specialiter deputati, et sic intelligenda sunt  
 verba Felicis pape. Si autem clerici in causis Dei et  
 140 precipue contra fidem errant catholicam, cause Dei ad  
 laicos spectant, et non ad clericos contra fidem errantes.

**Discipulus:** De hoc postea interrogabo plura. Ideo  
 dic quomodo ad secundam obiectionem respondere  
 contingit.

**Magister:** Dicitur quod circa celebrationem  
 generalium conciliorum multa sunt servata temporibus  
 retroactis que non sunt de necessitate servanda quamvis  
 rationabiliter antea fuerint observata, et adhuc talia  
 poterunt venire tempora quod congruum erit ut  
 150 serventur. Et ideo conceditur quod temporibus preteritis,  
 quibus prelati et clerici sanctitate vite et veritate doctrine  
 ac zelo boni communis et etiam circa temporalia magna  
 industria et experientia claruerunt, congruum fuit ut ipsi  
 soli generalia concilia celebrarent, et ut laici, nisi in  
 155 casibus specialibus, se subtraherent a tractatibus concilii  
 generalis. Et tamen in potestate extitit laicorum  
 generalibus conciliis interesse. Sed ipsi vices suas tacite  
 vel expresse clericis commiserunt, ad quod tamen artari  
 minime debuerunt. Et ideo, quandocumque placeret  
 160 rectoribus et communitatibus laicorum generalibus

---

142 postea] Cf. *infra* at 1 Dial. 6.94

---

132 primum...respondetur] primam istarum respondent Ly 133 Dei] fidei Ly | spectant] spectat Fi An Ly | spectant... 135 etiam] *omitted* Bb 134 sicut] etiam *added* Ly 135 etiam] et *added* Ly | quodammodo] quodam An *omitted* Ly 137 errant] errent Ly 140 errant] errent Ly catholicam... 141 spectant] *omitted* An | cause] causa Bb Fi Ly | Dei] etiam *added* Ly 141 spectant] spectat Bb Fi Ly 142 interrogabo] per *added* Ly 143 obiectionem] rationem Ly | respondere] responde An 144 contingit] contingat Ly 146 sunt servata] fuerunt servanda Ly 147 sunt] nunc *added* Ly 149 poterunt] poterant An | erit] We Vc Ox Ba Fr: est sed (= *for* esset?) Bb est Fi An | erit ut] esset quod Ly 150 serventur] servetur Bb Fi An 151 et veritate] *omitted* Bb Ly 152 boni] doni Fi | temporalia] t̄p̄r An | magna] *omitted* Bb 155 se subtraherent] subicere henrent (*garbled*) We subtraherentur Ly tractatibus] tractatoribus Ly 157 ipsi] si Ly 158 ad...tamen] *omitted* Ly 159 quandocumque] We: quantumcunque Bb Fi An Ly



conciliis interesse, clerici eos de iure excludere non possent.

**Discipulus:** Quomodo potest ostendi quod laici unquam commiserint potestatem et vices suas clericis ad generale concilium convocatis? 165

**Magister:** Videtur quod ex hoc clare potest ostendi quod in multis conciliis generalibus plura ordinata fuerunt que absque consensu laicorum tacito vel expresso non poterant ordinari. Cum ergo non sit aliquo modo presumendum quod generalia concilia presumpserint ordinare ea que potestatem excedebant eorum, videtur dicendum quod in generalibus conciliis congregati commissionem aliquam et potestatem a laicis habuerunt. 170

**Discipulus:** Pone aliqua exempla de ordinatis in conciliis generalibus que absque consensu expresso vel tacito laicorum minime statui debuerunt. 175

**Magister:** Exemplum ponitur de pluribus libertatibus ecclesiasticis quibus clerici absque consensu laicorum gaudere non debent, cum sint in manifestum preiudicium laicorum. Clerici autem absque consensu laicorum nichil in preiudicium eorum possunt statuere, quia, teste Innocentio 3<sup>o</sup>, ut habetur Extra, *De iudiciis c. Novit*, sicut laici iurisdictionem clericorum perturbare non debent, ita clerici iurisdictionem laicorum non debent minuere. Quare clerici in preiudicium laicorum, absque eorum consensu, nichil possunt de rebus temporalibus et libertatibus eorum disponere. 180

**Discipulus:** Quo iure clerici gaudeant libertatibus ecclesiasticis, an scilicet iure divino vel humano, et an iure solummodo canonico vel iure regum et principum 185 190

---

183 Extra... 184 Novit] X. 2. 1. 13 col. 531

---

161 eos] eas Ly 162 possent] posset Fi An 164 commiserint] commiserunt Ly 167 plura] omitted Ly 168 fuerunt] fuerint Ly 169 expresso] expresse Fi | poterant] poterat Ly 171 excedebant] exercebant Ly 173 et] omitted Fi An 174 habuerunt] habuerint Ly 180 gaudere] gaude An | gaudere... 181 laicorum] omitted Fi | sint] s<sup>t</sup> An sit Ly 182 possunt] possint Bb 184 clericorum] laicorum An 185 non debent<sup>1</sup>] omitted An Ly 186 minuere] innuere Fi An preiudicium] preiudicio We Vc Ox | laicorum] non added Bb Fi An 188 disponere] deponere Ly 190 scilicet] silicet We | vel] iure added We 191 canonico] canonicorum Fi An ecclesiastico We | vel] omitted Fi | regum] regum We

secularium, in secundo tractatu istius operis diligenter  
inquiram. Ideo materiam istam dimitte, et dic breviter  
quare dicitur quod mulieres non sunt simpliciter contra  
voluntatem earum a generalibus conciliis excludende.

195

**Magister:** Dicitur quod hoc est propter unitatem  
fidei virorum et mulierum, que omnes tangit et in qua  
non est masculus et femina, sicut, secundum Apostolum  
ad Galatas 3<sup>o</sup>, in novo homine non est masculus et  
femina. Et ideo ubi sapientia, bonitas, vel potentia  
mulieris esset tractatui fidei, de qua potissime  
tractandum est in concilio generali, necessaria, non esset  
mulier a generali concilio excludenda.

200

### *Capitulum 86*

**Discipulus:** Istam assertionem de mulieribus, que  
etiam secundum Apostolum docere non debent, tam  
irrationabilem estimo quod nolo eam amplius pertractari.  
Ideo, ipsa dimissa, dic quam potestatem habeat  
concilium generale super papam in heresi deprehensum.

5

**Magister:** Ad hoc responsum est prius, quia  
concilium generale debet papam hereticum de apostolica  
sede expellere, si aliter non potuerit, per potentiam  
temporalem, et illam penam sibi non potest remittere,  
licet, secundum quosdam, si papa hereticus rediret ad  
catholicam veritatem, concilium generale, si non esset  
papa, posset de facto ipsum noviter in papam eligere et  
in sede apostolica collocare, aliis dicentibus quod ad  
concilium generale electio summi pontificis minime  
spectat, sed specialiter ad Romanos.

10

15

Secundo potest concilium generale papam  
hereticum expulsam de apostolica sede ab omni  
ecclesiastico ordine degradare, sed istam penam potest

---

192 secundo...operis] The planned 2 Dial. of Prologus (cf. OP V p. xx)

199 Galatas 3o] Galatians 3:28 86,3 secundum Apostolum] 1  
Corinthians 14:34-35. Cf. the broader discussion *infra* at 1 Dial. 6. 94  
4 nolo...pertractari] But cf. *infra* at 1 Dial. 94 7 prius] *Supra* 1 Dial.  
6.82

---

192 in] *omitted* Ly 193 dic] da An | dic breviter] dicitur Fi 198 et]  
nec Ly | sicut] *omitted* Ly 199 Galatas] Colossenses Ww 200 bonitas]  
*omitted* Fi An 201 mulieris] mulierum Ly | tractatui] tractatu Bb An  
202 esset] esse An 86,3 etiam] est Fi *omitted* Ly | docere] nocere Bb  
7 quia] quod Ly 9 potuerit] poterit Ly 10 potest] sibi *added* Bb Fi An  
12 veritatem] unitatem Ly 14 sede apostolica] sedem apostolicam Ly  
18 hereticum] papam *added* Bb

absolute sibi remittere, sicut et potest ipsum curie 20  
 seculari tradere, vel perpetuo carceri mancipare et omnia  
 bona eius propria confiscare, quibus tamen penis non de  
 necessitate tenetur hereticum papam percellere, quia iste  
 sunt pene non a iure divino sed a iure positivo taxate.  
 Istud autem continet veritatem si papa interfuerit 25  
 concilio generali. Sed si sede vacante fuerit celebratum  
 concilium generale videtur quod concilium generale  
 predictas penas pape heretico non potest remittere, quia  
 in huiusmodi penis hereticis infligendis concilium  
 generale papam minime comprehendens est inferius et 30  
 minoris iurisdictionis quam sit papa. Et ideo cum  
 huiusmodi pene a papa vel a conciliis generalibus  
 presente papa sint taxate, per generale concilium sede  
 vacante remitti non possunt.

**Discipulus:** Secundum ista unum concilium 35  
 generale haberet maiorem potestatem quam aliud, et per  
 consequens aliud non esset generale.

**Magister:** Respondetur quod non est inconueniens  
 unum concilium generale habere maiorem potestatem  
 quam aliud, et tamen utrumque est generale. 40  
 Quemadmodum usque ad finem seculi erit ecclesia  
 universalis, et tamen ecclesia universalis uno tempore  
 habet maiorem potestatem et auctoritatem quam alio.  
 Nam ecclesia universalis maiorem potestatem et  
 auctoritatem habet apostolica sede vacante quam quando 45  
 non vacat.

### *Capitulum 87*

**Discipulus:** Dic de summo pontifice, si fuerit  
 electus, quam penam potest pape heretico infligere.

**Magister:** Tenent nonnulli pro certissimo quod  
 papa electus canonice, quamvis in sede apostolica 5

---

23 quia...24 taxate] The penalty of de facto physical expulsion (cf. discussions at 1 Dial.6.81,82) while involving human action and sanctioned by human law is ultimately for Ockham a **divine** law penalty which cannot be cancelled by human law.

---

20 remittere] retinere Ly et *added* Fi | et] etiam Fi 28 predictas] predicationis An 32 generalibus] vel a conciliis generalibus *added* Bb An et a conciliis generalibus *added* Fi 33 sint] s<sup>d</sup> An 39 maiorem] auctoritatem et *added* We 40 est] esse Ly 41 erit...42 tamen] *omitted* Ly 43 et] maiorem *added* Ly | quam] in *added* Ly | quam...45 auctoritatem] *omitted* An | alio] aliud Fi 44 Nam] *omitted* Bb 46 non] *omitted* An 87,1 ] *omitted* We 2 fuerit] fuit noviter Ly

intronizatus non fuerit, potest pape heretico omnes penas  
 predictas et alias imponere, quas tamen omnes preter  
 primam, scilicet expulsionem de apostolica sede, valet  
 sibi remittere de plenitudine potestatis. Quem etiam  
 10 papam hereticum, si ad fidei veritatem redierit, absque  
 degradatione et incarceratione et bonorum suorum  
 confiscatione, imo etiam absque abiuratione pravitatis  
 heretice, licet non absque penitentia et abnegatione  
 pravitatis heretice, potest recipere.

15 **Discipulus:** De summo pontifice, si esset electus  
 canonice, dubium non videtur quin posset papam  
 hereticum debita animadversione punire. Sed non  
 videtur quod ante iustitiam factam de papa heretico vel  
 ante mortem eiusdem possit alius papa rite substitui.

20 **Magister:** Multi habent pro non dubio apud  
 intelligentes quin possit eligi verus papa, papa heretico  
 sedem apostolicam occupante. Quia, sede vacante  
 notorie, potest eligi verus papa. Sed quam cito papa fit  
 notorie hereticus, sedes apostolica notorie vacat. Ergo,  
 25 quantumcunque papa hereticus de facto occuparet sedem  
 apostolicam, est papa catholicus eligendus.

### *Capitulum 88*

**Discipulus:** Hec materia locum habebit in tractatu  
 De gestis circa fidem altercantium orthodoxam. Ideo ad  
 collegium cardinalium te converte, et quam potestatem  
 5 habeat super papam hereticum manifestum expone.

**Magister:** De hoc sunt assertiones contrarie. Una  
 est quod collegium cardinalium super papam hereticum  
 nullam potestatem specialem habet nisi sicut ceteri  
 episcopi, presbyteri, et diaconi. Cuius ratio assignatur

---

**88,2** locum habebit] Ockham would perhaps have discussed the election  
 of “Nicholas V” (1328) in this context. Cf. Cesena’s comment in *Teste*  
*Salomone*: GF p. 1006

---

**9** Quem] Quomodo Fi An Ly **10** ad] a We | veritatem] veritate Fi  
 unitatem Ly **11** degradatione] licet non absque penitentia et abnegatione  
 pravitatis *added* Ly | et<sup>1</sup>] *omitted* We absque Ly | incarceratione]  
 incarc<sup>ae</sup> An | et<sup>2</sup>...12 confiscatione] *omitted* Bb **13** licet...14 heretice]  
*omitted* Ly **16** canonice] canonicos An **17** animadversione] pena Ly  
**19** eiusdem] eius Ly | possit] posset Ly **20** Multi] Nonnulli Ly | pro]  
 quod An Ly | dubio] est dubitatio Ly **21** possit] posset Ly | papa<sup>2</sup>]  
*omitted* Bb pro Ly **22** occupante] occupanti Fi An Ly **23** fit] sit Ly  
**24** notorie<sup>1</sup>] notorius We **88,2** habebit] habet Ly **4** cardinalium]  
 ardalium Bb card<sup>dum</sup> An **5** habeat] habeant Fi **9** et] vel An

talibus. Collegium cardinalium nullam potestatem aut iurisdictionem habet ex ordinatione divina vel iure divino, cum ex iure divino sit nullatenus institutum, imo nec in toto iure divino de ipso fit mentio. Omnem ergo potestatem vel iurisdictionem habet collegium cardinalium a summo pontifice. Sed non legitur quod summus pontifex aliquam potestatem vel iurisdictionem specialem dederit collegio cardinalium super papam hereticum. Ergo nullam specialem iurisdictionem habet super papam hereticum.

Item, consilarii alicuius prelati vel principis, ex hoc quod consilarii sunt, non habent specialem iurisdictionem super prelatum suum vel principem delinquentem. Sed cardinales sunt tantummodo consilarii pape, et in hoc solummodo precellunt alios clericos et prelatos, saltem Romanos. Ergo collegium cardinalium non habet specialiter corrigere vel punire papam si hereticam incurrerit pravitatem.

**Discipulus:** Ista ratio accipit manifeste falsum, scilicet quod cardinales solummodo precellunt alios clericos in hoc quod sunt consilarii pape, cum constat quod in hoc precellunt quod habent ius eligendi summum pontificem. Multa etiam privilegia alia habent ultra clericos alios et prelatos.

**Magister:** Respondetur quod per accidens est quod collegium cardinalium habet ius eligendi summum pontificem. Unde et aliquando ius illud nequaquam habuit, et adhuc posset illo iure privari. Posset enim ius eligendi summum pontificem concedi imperatori vel aliis episcopis aut clericis quam cardinalibus. Et ita per accidens est quod collegium cardinalium habet ius eligendi summum pontificem. Sic etiam est per accidens quod cardinales multa privilegia habent quibus alii clerici et prelati minime gaudent. Quare per hoc quod cardinales habent ius eligendi summum pontificem et alia privilegia multa concludi non potest quod habent specialem iurisdictionem super papam hereticum. Et

---

10 potestatem] habet *added* An 11 vel] ex *added* Ly 12 cum...divino<sup>2</sup>] *omitted* An 17 specialem] speciale Bb 18 specialem] *omitted* Ly 22 suum] *omitted* We Ly 24 precellunt] precellit An 26 corrigere vel] *omitted* We 27 hereticam] hereticum Fi An 29 scilicet] silicet We 30 clericos] Ly: *omitted* Bb Fi An We | cum] quia Ly | constat] constet Bb Fi An 33 et] etiam Fi 35 eligendi...37 habuit] *omitted* Fi 38 vel] ' Fi 39 ita] *omitted* An 41 Sic etiam] Et sic Ly

ideo cum non caveatur in iure quod cardinales super papam hereticum specialem iurisdictionem obtineant, non est eis talis specialis iurisdictio tribuenda.

50 **Discipulus:** Prima ratio fortis michi videtur, nec scio respondere ad ipsam. Quid autem tu sentis de ipsa post hoc opus inquiram. Nunc vero dic quid haberet facere collegium cardinalium, secundum istam assertionem, si papa efficeretur hereticus.

55 **Magister:** Secundum istam assertionem, si papa efficeretur hereticus, ultra illa que clerici alii et prelati eorundem ordinum et graduum deberent facere circa papam hereticum cardinales nichil haberent facere, nisi illa que eis competunt quando sedes apostolica vacat per mortem naturalem veri summi pontificis. Et ideo, sicut moriente papa cardinales habent eligere summum pontificem, ita, si constaret collegio cardinalium papam esse hereticum manifestum, ad electionem veri summi pontificis deberent procedere.

60  
65 **Discipulus:** Ista opinio apparentiam videtur habere, et prima ratio est tam fortis quod ad ipsam nescio respondere, de qua quid sentias post completionem istius operis indagabo. Nunc autem narra assertionem contrariam.

70 **Magister:** Alia assertio est quod si papa efficeretur hereticus collegium cardinalium deberet specialiter ipsum debita pena punire. Cuius ratio assignatur talis. Ad quem spectat institutio alicuius, ad eundem pertinet destitutio eiusdem si ille non habet superiorem. Ideo enim primas potest instituere episcopum, quem tamen non potest destituere, quia tam primas quam constitutus ab eo habet superiorem qui reservet sibi destitutionem taliter instituti. Sed si primas non haberet superiorem,

---

66 prima...68 indagabo] apparent compositional redundancy. (PP\*) Cf. *supra* lines 50-52

---

47 caveatur] habeatur Ly | super...49 eis] *omitted* Fi 48 obtineant] obtineat An 49 specialis] *omitted* Ly 51 tu] *omitted* Ly 52 vero] autem Ly 53 collegium...54 assertionem] In *We Scriptor 12<sup>us</sup>* *begins his copywork with these words* (at fo. 127r line 1) 56 hereticus] *omitted* Bb 57 facere] *omitted* Bb 59 illa] ea Ly 60 veri] *omitted* Ly 62 si] quod An | constaret] constiterit Ly 65 Discipulus] *omitted* Bb 67 istius] huius Ly 68 narra] enarra Ly 72 ipsum] ipsi Fi 74 habet] habeat Ly | Ideo] *omitted* Ly 75 potest] habet Ly | tamen] *omitted* Fi 76 quia tam] tamen Fi | constitutus] institutus We 77 habet] habent Ly | reservet] reservat Fi We Ly 78 instituti] institute Fi

quem instituit episcopum posset ex causa destituere. 80  
 Institutio autem summi pontificis spectat ad collegium  
 cardinalium, quod non habet superiorem qui sibi  
 reservet destitutionem summi pontificis si efficiatur  
 hereticus. Ergo ad collegium cardinalium specialiter  
 spectat destitutio pape, si hereticam incurrerit  
 pravitatem, et per consequens punitione pape heretici ad 85  
 collegium cardinalium spectat.

Item, non minoris iurisdictionis est collegium  
 cardinalium quam capitulum alicuius ecclesie  
 cathedralis. Sed capitulum, sede vacante, potest punire  
 hereticos qui in eadem diocesi sunt reperti (Extra, *De* 90  
*hereticis c. Ad abolendam* ubi habetur quod clerici, sede  
 vacante, possunt hereticos iudicare). Ergo multo magis  
 collegium cardinalium, sede vacante, potest papam  
 hereticum iudicare.

**Discipulus:** Per istam rationem, sede vacante per 95  
 hoc quod episcopus in hereticam incideret pravitatem,  
 posset capitulum suum episcopum hereticum iudicare.

**Magister:** Respondetur quod episcopi habent  
 privilegium speciale quod non debent iudicari nisi per  
 episcopos vel per papam, cum inquisitores heretice 100  
 pravitatis non habeant potestatem inquirendi de ipsis. Et  
 ideo, capitulum non habet potestatem iudicandi  
 episcopum suum hereticum. Sed in collegio cardinalium  
 sunt plures episcopi, et ideo poterit papam hereticum  
 iudicare. 105

**Discipulus:** Nunquid capitulum, si episcopus  
 efficiatur hereticus, obediet ei ex quo eum iudicare non  
 potest?

**Magister:** Respondetur quod capitulum, si constet  
 sibi episcopum in labem hereticam incidisse, ei obedire 110  
 non debet. Nec tamen iudicabit ipsum, sed vitabit, et

---

90 Extra...91 abolendam] X. 5. 7. 9 col. 1672

79 quem] qui Ly 80 spectat...82 pontificis] omitted Bb 82 reservet]  
 reservat We | efficiatur] efficeretur Ly 84 pape] omitted Ly  
 hereticam] hereticum Fi | incurrerit] incurrat Ly 87 collegium]  
 capitulum Ly 95 rationem] capitulum added We Vc Ox Ba probaretur  
 added Ly 96 in] omitted Ly | incideret] incurreret Ly 97 capitulum]  
 omitted We Vc Ox Ba | hereticum] omitted Ly 99 quod] scilicet added  
 Ly | debent] possunt Ly 100 per] omitted Ly 101 ipsis] episcopis Ly  
 102 capitulum] collegium Fi 107 efficiatur] efficeretur Ly | eum]  
 ipsum We 110 sibi] ei Ly | labem] slightly garbled Fi | hereticam]  
 hereticum Fi 111 vitabit] insinuabit Ly

accusabit eum superiori qui habet potestatem iudicandi ipsum.

### *Capitulum 89*

**Discipulus:** Nunquid Romani, si papa efficiatur hereticus, possunt ipsum penis punire predictis?

5 **Magister:** De hoc possunt esse diversi modi dicendi. Unus quod, si papa efficiatur hereticus, Romani possunt et debent papam hereticum pellere de apostolica sede, eumque vitare tenentur, et alium papam sibi possunt eligere (illi scilicet de Romanis quibus ius competit eligendi). Sed alias penas, scilicet  
10 degradationem, incarcerationem, et bonorum suorum confiscationem, sibi non possunt infligere.

Alius modus dicendi potest esse quod Romani omnibus predictis penis possunt papam hereticum cohercere.

15 Isti modi dicendi fulciri possunt consimilibus rationibus quibus assertiones contrarie de collegio cardinalium, recitate in precedenti capitulo, muniuntur.

### *Capitulum 90*

5 **Discipulus:** Istam materiam duxi ad alia tempora reservandam. Ideo, tracta de diocesano in cuius diocesi papa hereticus moraretur, si, scilicet papa hereticus de facto teneret curiam in Pisis vel Florentia vel alia civitate habente episcopum, an episcopus civitatis posset de iure papam hereticum penis cohercere prefatis.

---

**90,5** vel<sup>2</sup>...6 episcopum] Avignon did not reacquire a separate bishop until one was appointed by Benedict XII in 1336, succeeding the “apostolic administrators” of John XXII (who were also at times simultaneously titular bishops of other sees e.g. Marseilles or Arles). However, plans to return the papacy to Rome (with stops along the way e.g. Bologna) had been discussed throughout John XXII’s reign, and were being actively revived in 1332. See also 1 Dial. 6. 88 concerning the power of an episcopal chapter to act for the diocese in situations where the bishop is not available for whatever reason.

---

**89,2** efficiatur] fiat Ly 3 ipsum] eum Ly 5 efficiatur] efficitur Ly 6 pellere] expellere Ly 7 eumque] eumquia Fi 8 de Romanis] Romani Ly 10 incarcerationem] incarcerati Fi 11 sibi] ei We 13 predictis] modis et *added* Ly | penis] *omitted* Bb Fi An 15 fulciri...consimilibus] fulciuntur similibus Ly 17 precedenti] priori Ly | muniuntur] mīnuuntur Fi *omitted* Ly 90,1 ] *omitted* Fi An 4 moraretur] moratur Fi 5 teneret] teneat Fi An | Pisis] Parisius Ly | vel<sup>1</sup>] in *added* Ly 6 habente] habende Fi



**Magister:** Sunt nonnulli dicentes quod diocesanus episcopus in cuius diocesi papa hereticus notorie moraretur de iure valeret et deberet, invocato auxilio brachii secularis, si tantam posset habere potentiam, papam hereticum captivare, ipsumque denunciare ab omnibus catholicis devitandum. 10

Hoc probatur primo sic. Hereticus qui nullo gaudet privilegio speciali ultra episcopos hereticos quantum ad predicta est subiectus diocesani iudicio, quia alii episcopi heretici in hiis subiecti sunt iudicio diocesani. Sed papa hereticus nullo gaudet privilegio speciali ultra alios episcopos, sicut ostensum est supra c. 71. Ergo papa hereticus quantum ad predicta subditur iudicio diocesani. 15 20

Item, quantum ad predicta est papa illius subiectus iudicio qui tenetur terram ad suam iurisdictionem spectantem de omni pravitate heretica expurgare, quia sine predictis terra de heretica pravitate purgari non potest. Ad episcopum autem spectat totam suam diocesim de omne pravitate heretica expurgare (Extra, *De hereticis c. Excommunicamus*, in fine, ubi sic legitur:) “*Si quis enim episcopus super expurgando de sua diocesi heretice pravitatis fermento negligens fuerit vel remissus, cum id certis indiciis apparuerit, ab episcopali officio deponatur, et in locum ipsius alter substituatur idoneus qui velit et possit hereticam confundere pravitatem*”. Ergo papa hereticus quantum ad predicta iudicio episcopi est subiectus. 25 30 35

Tertio probatur idem sic. Ratione delicti fit aliquis de foro alterius (Extra, *De raptoribus c. 1 et 3 q. 6 c. 1 et Extra De foro competenti c. Postulasti et 6 q. 3 c. Placuit*). Ergo si papa hereticus in diocesi alicuius episcopi, male docendo vel parrochianos episcopi ad 40

---

19 sicut...71] PP\* 27 Extra...28 Excommunicamus] X. 5. 7. 13 col. 1685 37 Extra...1] X. 5. 17. 1 (*De illis*) col. 1725 | 3...12] C. 3 q. 6 c. 1 (*Ibi semper*) col. 975. More precisely in the gloss s.v. *Ibi semper* 38 Extra...Postulasti] X. 2. 2. 14 col. 552 | 6...39 Placuit] C. 6 q. 3 c. 4 col. 1069

---

14 nullo] modo added Ly 17 heretici] omitted Ly 18 nullo] modo added Ly 19 71] omitted Fi 22 papa] omitted Bb 23 suam] We Ba Fr Es Ax: sui Bb Fi An Ly 24 spectantem] spectandam We 27 omne] omni Fi An We 29 enim] autem Ww 31 apparuerit] et added Ww 33 idoneus] omitted Ww 37 foro] fore Fi | 3] 13 Ly 38 foro] fore Fi

pravitatem hereticam inducendo delinquit, fit de foro eiusdem episcopi et eidem est subiectus. Episcopus autem potest sibi subiectos hereticos captivare. Ergo de iure potest episcopus captivare papam hereticum in sua diocesi commorantem.

**Discipulus:** Licet sit regula generalis quod ratione delicti fit quis de foro alterius, tamen sicut dicit glosa Extra, *De raptoribus* c. 1: “*Ab hac tamen generalitate excipitur quilibet superior qui ubicunque crimen committat non potest iudicari nisi a papa, si agatur ad depositionem*”. Cum ergo nullus sit superior papa, nullus inferior poterit iudicare ipsum quantumcunque in diocesi delinquat alterius.

**Magister:** Ad hoc respondetur quod licet de intellectu glose quantum prima facie sonat inter iuristas fuerint opiniones diverse, secundum quod innuit glosa 3 q. 6 c. 1, unde et glosa ubi prius scilicet Extra, *De raptoribus* c. 1 dicit opinionem Huguccionis fuisse quod “*si archiepiscopus committat tale crimen in parrochia alterius archiepiscopi, vel episcopi suffraganei alterius archiepiscopi dixit Huggucio quod possit tunc iudicari ab illo archiepiscopo vel episcopo, argumentum ad hoc 96 dis. c. duo, ubi Ambrosius ratione criminis commissi in sua parrochia excommunicavit imperatorem, quod alias non auderet*”, tamen de illo qui non est maior imo minor omni episcopo, videtur tenendum quod ratione delicti fit de foro illius episcopi in cuius diocesi probatur delinquere. Cum ergo papa hereticus non sit maior sed minor omni episcopo vero, quia omnis hereticus est minor omni catholico (24 q. 1 § *Sin autem*) sequitur

---

48 raptoribus] X. 5. 17. 1 s.v. excommunicentur col. 1725 56 glosa] C. 3 q. 6 c. 1 s.v. causa col. 975 57 glosa...prius] X. 5. 17. 1 s.v. excommunicetur col. 1725 63 96...duo] D. 96 c. 10 (*Duo sunt*) col. 621 70 24...autem] *Dictum Gratiani post* C. 24 q. 1 c. 4 col. 1828

---

41 hereticam] We Ox Ba Es Fr: *omitted* Bb Fi An Ly | delinquit] deliquit We | fit] sit An 47 fit] sit An | quis] aliquis We 48 tamen] *omitted* Ww 55 quantum] quem Bb Fi | prima] propria Fi An 57 1] 3 Ly 58 Huguccionis] huiusmodi Ly 59 committat] committit Bb An We | tale] aliquod Ww 60 suffraganei] suffraganei (*sic*) Fi 61 dixit...tunc] potest Ww 62 illo] alio Ly | vel episcopo] *omitted* Bb archiepiscopi *added* Ly | argumentum] *omitted* Ly | hoc] enim *added* Ly 68 papa] papam Bb 69 vero] *omitted* Ly 70 §] c. Fi An Ly | Sin] Si Ww

quod papa hereticus ratione delicti fit de foro diocesani in cuius diocesi commoratur.

Glosa igitur que dicit quod a generalitate istius regule “*excipitur quilibet superior*” etc., intelligenda est de superiori qui, non obstante delicto, manet superior. De illo autem qui fuit superior et per delictum ipso facto fit inferior et omni superioritate spirituali privatur, ipso iure non debet intelligi, ut videtur. Quare cum papa hereticus ipso facto est factus inferior omni catholico, in papa heretico non habet dictum glose locum. Et ideo episcopus in cuius diocesi papa hereticus moraretur posset ipsum detinere, non tamen solempniter degradare, sicut nec eum deponere posset. Quod ex hoc probatur quod depositiones episcoporum soli summo pontifici reservantur (*Extra, De translatione c. Inter corporalia* et 3 q. 6 c. *Quamvis* et c. *Dudum* et c. *Discutere*). Et propter hoc etiam episcopus non potest papam hereticum curie tradere seculari, quia nullus episcopus, antequam fuerit ab omni ordine ecclesiastico degradatus, seculari curie est tradendus.

**Discipulus:** Narra assertionem contrariam.

**Magister:** Assertio contraria tenet quod nullus episcopus potest papam hereticum detinere, nec aliquam in eum dictare sententiam. Que tali ratione probatur.

Ille non est iudex alterius, nec aliquam potestatem habet super ipsum, cuius sententia lata contra ipsum absque examinatione utrum sit iusta vel iniusta est penitus reprobanda et nullo modo servanda. Sed sententia cuiuscunque episcopi lata contra ipsum qui habetur pro papa, sive sit hereticus sive catholicus, absque examinatione utrum sit iusta vel iniusta est penitus reprobanda. Ergo nullus episcopus est iudex pape etiam heretici. Maior videtur manifesta, quia de

85 *Extra...corporalia*] X. 1. 7. 2 col. 212 86 3...*Quamvis*] C. 3 q. 6 c. 7 col. 977 | c *Dudum*] C. 3 q. 6 c. 9 col. 977 | c *Discutere*] C. 3 q. 6 c. 6 col. 977

71 fit] sit An 72 diocesi] dy'ac<sup>z</sup> garbled Fi 74 quilibet] quibus An 75 manet] permanet Ly 76 per] consequens added Ly 79 est] sit We 82 ipsum] iterum Fi An 84 soli summo] solummodo Ly 85 De...corporalia] De transactionibus Ly | et...86 3] 23 Ly 87 potest] posset Ly 89 ecclesiastico] ecclesiasticus Fi 90 seculari] secularie Bb Fi An 93 episcopus] omitted Ly 97 absque] sine Ly 99 cuiuscunque] cuiuslibet Ly prelati added We | ipsum] illum We 101 vel iniusta] omitted Ly 103 etiam] omitted Ly | videtur] esse added Ly

105 sententia illius qui se asserit iudicem alicuius alterius et  
allegat causam possibilem ex qua esset iudex eius, est  
inquisitio facienda an causa quam allegat sit vera. Et per  
consequens est inquisitio facienda an sententia eius sit  
iusta vel iniusta.

110 Minor vero exemplo probatur. Nam Dioscorus  
sententiam excommunicationis in papam Leonem  
dictavit, et videtur probabile quod contra eum allegaverit  
hereticam pravitatem, et tamen absque omni  
examinatione vel inquisitione an sententia Dioscori esset  
115 iusta vel iniusta fuit eiusdem sententia reprobata, teste  
Nicholao papa qui, ut legitur dis. 21 c. *In tantum*,  
referens verba concilii Calcedonensis, ait: “*Quoniam  
secundis excessibus priorem iniquitatem valde  
transcendit, presumpsit enim excommunicationem  
120 dictare adversus sanctissimum et beatissimum  
archiepiscopum magne Rome Leonem. Numquid ibi  
legitur inquisitionem fuisse factam, utrum iuste an  
iniuste ipsam Dioscorus excommunicationem dictasset?  
Non plane, sed absque omni controversia hoc in eo ulti  
sunt quia cum esset inferior, potiore quibuslibet  
125 conatus est lacessere contumeliis*”.

Ex quibus verbis datur intelligi quod, si aliquis  
episcopus ex quacunque causa papam presumpserit  
captivare vel excommunicare vel lacessere qualicunque  
iniuria, non est inquirendum an papa sit catholicus vel  
130 hereticus, quia de sententia talis episcopi vel alia iniuria  
seu molestia illata pape nulla est inquisitio penitus  
facienda. Ergo sive papa sit hereticus sive catholicus  
nullus episcopus debet ei molestiam inferre  
qualemcunque. Et per consequens eum detinere non  
135 debet.

---

115 dis...tantum] D. 21 c. 9 col. 127

---

106 allegat] ex qua esset iudex added Fi 111 allegaverit] allegavit An Ly  
114 eiusdem] eadem Ly | reprobata] reprobanda Fi An Ly 115 legitur]  
habetur Ly 118 transcendit] conscen' An 119 dictare] etiam added  
Ww | sanctissimum] We: omitted Bb Fi An Ly | et beatissimum]  
omitted Ww 120 Leonem] etc. added Ww | Numquid] Nunquam Ly  
121 legitur] legis Ly | iuste] i<sup>te</sup> Bb Fi An iste We | an...122 iniuste]  
omitted Bb Fi An We vel iniuste Ly 122 excommunicationem] iuste  
added Bb Fi An We 123 omni] omitted Ly | ulti] isti Fi An  
124 inferior potiore] inferiorem An 125 contumeliis] iniuriis Ww  
129 iniuria] iniuriam Fi | non...130 iniuria] omitted An 131 inquisitio]  
certe added Ly 133 nullus] esset added Fi

**Discipulus:** Ista ratio videtur michi concludere, et tamen dic quomodo respondetur ad ipsam.

**Magister:** Respondetur quod notorium fuit Dioscorum esse hereticum, et ideo nullam penitus habuit iurisdictionem super papam, etiam si fuisset hereticus. Quare de sententia eius non fuit inquisitio facienda an esset iusta, hoc est an esset ex iusta causa, quamvis notorium fuerit quod non fuit iusta ex ordine. 140

Secus autem esset de episcopo catholico, quia si episcopus catholicus vel episcopus de quo non esset manifestum quod esset hereticus papam captivaret, vel denuntiaret tanquam hereticum excommunicationis sententiam incurrisse, esset inquisitio facienda an iuste vel indebite procecisset. Et si inveniretur quod papa esset manifestus hereticus, factum episcopi esset a catholicis approbandum. 145 150

**Discipulus:** Nunquid papa hereticus posset appellare ab episcopo ipsum taliter detinente?

**Magister:** Respondetur quod de iure non posset, nisi allegaret causam probabilem que, si esset probata, deberet sufficiens reputari. 155

### *Capitulum 91*

**Discipulus:** Hec de potestate diocesani super papam hereticum manifestum ad presens sufficiant. Ideo ad principes seculares et laicos me converto, de quibus festina disserere an potestatem habeant papam hereticum coercendi. 5

**Magister:** De hoc opiniones reperiuntur contrarie. Una est quod cohertio pape heretici ad principes seculares et laicos minime spectat, quod multis modis ostenditur. 10

Primo sic. Cohertio pape heretici non spectat ad illos de quorum foro non est papa hereticus. Sed papa hereticus non est de foro secularium potestatum. Ergo cohertio eius ad principes seculares et laicos minime 15

---

136 videtur michi] non videtur Ly 142 iusta<sup>1</sup>] iniusta Ly 143 ordine] origine Ly 145 episcopus<sup>1</sup>] esset An esset episcopus Ly 146 hereticus] si added Ly 147 denuntiaret] denuntiaveret Bb | hereticum] excommunicatum et added Ly 149 inveniretur] veniretur Bb 150 manifestus] manifeste Ly 91,3 sufficiant] et added Ly 5 festina] bestina Bb | habeant] habeat Fi | hereticum] omitted Ly 7 contrarie] et added We 10 ostenditur] o<sup>1</sup> Fi 13 Sed... 14 hereticus] omitted Bb

spectat. Maior videtur nota. Minor sic probatur. Clerici non sunt de foro iudicis secularis (2 q. 1 fere per totum). Et Celestinus papa, ut habetur Extra, *De iudiciis* c. *Cum non ab homine*, ait: “*Si clericus in quocunque ordine constitutus in furto, vel homicidio, vel periurio, seu alio crimine fuerit deprehensus legitime atque convictus, ab ecclesiastico iudice deponendus est*”. Et per consequens clericus pro nullo crimine est apud secularem iudicem iudicandus. Papa autem hereticus est clericus. Ergo non est de foro iudicis secularis.

Secundo sic. Papa hereticus non est de foro illius iudicis ad quem non spectat de causa heretice pravitatis cognoscere. Sed ad iudicem secularem non spectat cognoscere de causa heretice pravitatis, sicut nec ad ipsum pertinet causa fidei vel Dei. Ergo papa hereticus non est de foro iudicis secularis. Maior est nota. Minor auctoritatibus sanctorum patrum probatur aperte.

Ait enim Felix papa, ut allegatum est supra, prout legitur dis. 10 c. *Certum est*: “*Certum est hoc rebus vestris esse salutare, ut cum de causis Dei agitur, iuxta ipsius constitutionem regiam voluntatem sacerdotibus Christi studeatis subdere, non preferre*”.

Item, Nicholaus papa, ut legitur dis. 96 c. *Denique*, ait: “*Hi quibus tantum humanis rebus et non divinis preesse permissum est, quomodo de his per quos divina ministrantur iudicare presumant penitus ignoramus*”.

Item, dis. 96 c. *Satis evidenter*, sic legitur: “*Deputatus est igitur Candidianus, magnificentissimus comes strenuorum domesticorum, transire usque ad*

---

**91,17** 2...totum] C. 2 q. 1 cols. 809-833 (*misprinted* as 815) **18** Extra... 19 homine] X. 2. 1. 10 col. 529 **34** supra] 1 Dial. 6.85 **35** dis...est<sup>1</sup>] D. 10 c. 3 col. 41 **39** dis...Denique] D. 96 c. 5 col. 617 **43** dis...evidenter] D. 96 c. 7 col. 619

---

**16** videtur] dicitur An | sic] *omitted* Ly **18** Et] *omitted* Fi An **20** vel<sup>1</sup>] et Bb | alio] aliquo Ww **21** legitime atque] legitimeque Bb Fi We legitime quia An legitime et Ly **27** sic] *omitted* Ly | est] *omitted* An **30** nec...31 pertinet] ad ipsum non pertinet Ly **31** vel Dei] *omitted* Ly **33** probatur] probat Bb **35** 10] *omitted* Fi | est<sup>1</sup>] ait *added* Ly | hoc] quod An | rebus...36 vestris] nostris rebus Ly **37** constitutionem] constitutum Ww **38** studeatis] ut *added* An Ly | preferre] potest ferre Fi An **39** Item] We: Et Bb Fi An Ly **41** divina] *omitted* An **44** igitur] We: *omitted* Bb Fi An Ly

*sanctissimam synodum vestram, et in nullo quidem iis que facienda sunt de piis dogmatibus questiones seu potius expositiones communicare. Illicitum namque est eum, qui non sit ex ordine sanctissimorum episcoporum, ecclesiasticis intermisceri tractatibus”.* 50

Item, Nicholaus papa, ut habetur dis. 10 c. *Imperium*, ait: “*Imperium vestrum suis publice rei cotidianis administrationibus debet esse contentum, non usurpare que sacerdotibus Domini solum conveniunt”.*

Item, Iohannes papa, ut legitur dis. 96 c. *Si imperator*, ait: “*Si imperator catholicus est, quod salva pace ipsius dixerimus, filius est non presul ecclesie, quod ad religionem competit discere ei convenit non docere, habet privilegia sue potestatis, que administrandis legibus publicis divinitus consecutus est, ut eius beneficiis non ingratus circa dispositionem celestis ordinis nil usurpet. Ad sacerdotes enim Deus voluit que ecclesie disponenda sunt pertinere, non ad seculi potestates”.* Et infra: “*Non a legibus publicis, non a potestatibus seculi, sed a pontificibus et sacerdotibus omnipotens Deus christiane religionis clericos et sacerdotes voluit ordinari et discuti recipique de errore remeantes”.* 55 60 65

Item, beatus Cyprianus, ut legitur dis. 10 c. *Quoniam*, scribens Iuliano sic ait: “*Quoniam idem mediator Dei et hominum homo Christus Iesus, sic actibus propriis et dignitatibus distinctis officia potestatis utriusque discrevit propria volens medicinali humilitate hominum corda sursum effferri, non humana superbia rursus in inferna demergi: ut et christiani imperatores pro eterna vita pontificibus indigerent, et* 70 75

---

51 dis... 52 Imperium<sup>1</sup>] D. 10 c. 4 col. 41 55 dis... 56 imperator<sup>1</sup>] D. 96 c. 11 col. 621 64 infra] *Ibid.*, col. 623 69 dis... 70 Quoniam<sup>1</sup>] D. 10 c. 8 col. 43

---

46 sanctissimam] sacratissimam Bb Fi An | vestram] nostram Ly | iis] omitted Ww 49 ex] in Ww 52 vestrum] nostrum We Ly | publice] publicis Bb Fi We | rei] Ly: omitted Bb Fi An We 54 solum] solummodo Ly | conveniunt] convenient Ww 56 ait...imperator<sup>2</sup>] omitted An 57 dixerimus] dicimus Ww 58 discere] omitted Fi dfe An | ei] omitted An | non] omitted Bb 59 que] omitted An 61 ut] Ly: et Bb Fi An We 62 ordinis] ordis Bb 65 a<sup>1</sup>] omitted Bb Fi An 69 legitur] habetur We 73 discrevit] discernit Bb | medicinali] Ly: omitted Bb Fi An We 74 hominum] omitted Ww 75 inferna] Ly: inferiora Bb Fi An We | et] etiam Fi An We Ly omitted Bb

80 *pontifices pro cursu temporalium tantummodo rerum imperialibus legibus uterentur, quatenus spiritualis actio a carnalibus distaret incurribus, et ideo militans Deo minime se negotiis secularibus implicaret ac vicissim non ille rebus divinis presidere videretur qui esset negotiis secularibus implicatus”.*

85 Ex quibus aliisque quam pluribus videtur aperte probari quod principes seculares et laici de causis Dei, rebus divinis, piis dogmatibus et religione christiana se introumittere minime debent. Ex quo patenter infertur quod causa fidei et heretice pravitate ad ipsos non spectat. Quare papa hereticus non est de foro iudicis secularis.

90 Tertio sic. Crimen ecclesiasticum ad iudicem secularem minime spectat. Sed crimen heresis est crimen ecclesiasticum. Ergo ad iudicem secularem non pertinet, et per consequens nec papa hereticus nec  
95 aliquis alius hereticus est de foro iudicis secularis. Minor istius rationis est tam nota quod probatione non eget. Maior auctoritate et ratione probatur.

100 Auctoritate quidem patet, quia 11 q. 1 c. *Si quis cum clerico* sic legitur: “*Sin autem crimen ecclesiasticum est, tunc secundum canones ab episcopo suo cause examinatio et pena procedat, nullam communionem aliis iudicibus in huiusmodi causis habentibus*”. Ex quibus verbis colligitur evidenter quod  
105 crimen ecclesiasticum ad iudicem secularem minime spectat.

Quod etiam ratione probatur. Quia causa quecumque solummodo ad iudicem peritum et exercitatum in huiusmodi pertinere dinoscitur. Unde

---

98 11...99 clerico] C. 11 q. 1 c. 45 col. 1211

---

78 quatenus] quatinus Ly | spiritualis] spiritalis 1582 79 a] et Fi ideo] omitted Ww 81 ille] omitted Fi An | presidere] preesse Ww 82 implicatus] implicitus Ww 83 quam] omitted Ly 86 quo] quibus verbis Ly 88 non] nec alius hereticus An Ly 91 Tertio...95 secularis] omitted An | ad...92 heresis] non pertinet ad iudicem secularem. Sed pravitas heretica Ly 92 heresis...93 crimen] omitted Bb 93 Ergo...94 pertinet] omitted Ly 96 istius] huius Ly 97 eget] indiget Ly 98 11] 12 Bb Fi An 99 sic legitur] omitted Bb | Sin] Si Ww 100 tunc] omitted Ly 101 suo] sue Ly 104 minime] non Ly 108 in] et Bb | huiusmodi] ea Ly | Unde] et added We



secundum Alexandrum 3<sup>um</sup>, ut habetur Extra, *De consanguinitate* c. 1: “*Non sunt cause matrimonii tractande per quoslibet, sed per iudices discretos*”. Ubi dicit glosa quod “*duo exiguntur ad cognoscendum et iudicandum de causa matrimoniali, scilicet scientia canonum, et quod habeat iurisdictionem ordinariam vel delegatam*” Et infra: “*argumentum quod causa non est deleganda nisi perito et exercitato ar. 2 q. 2 c. ultimo, De Penitentia dis. 6 c. 1 in principio*”. Ex quibus verbis colligitur quod causa non debet committi nisi perito. Unde et glosa dis. 20 § 1 notat “*Argumentum quod nullus potest esse iudex, maxime ecclesiasticus, nisi sit peritus*”. Sed iudex secularis in causa criminis ecclesiastici minime est peritus, cum notitiam scripturarum per quas convincitur crimen ecclesiasticum constet eum non habere. Ergo crimen ecclesiasticum ad iudicem secularem minime spectat, et per consequens crimen heresis quod per solam scripturam divinam cognoscitur, cuius non habet notitiam secularis iudex, ad ipsum non spectat.

Quarto sic. Maiores cause sunt ad maius iudicium deferende, quod tam ex scripturis divinis quam ex sacris canonibus colligitur evidenter. Nam, ut legitur Exodi 18, Jethro cognatus Moysi dedit eidem consilium dicens: “*Esto tu populo in hiis que ad Deum pertinent, ut referas que dicuntur ad eum*”. Et post: “*Provide autem de omni plebe viros potentes et timentes Deum in quibus sit veritas et qui oderint avaritiam, et constitue ex eis tribunos*”. Et post: “*Quidquid autem maius fuerit, referant ad te, et ipsi minora tantummodo iudicent*”.

---

**109** Extra... 110 1] X. 4. 14. 1 (*Ex litteris*) col. 1508 **112** glosa] *Ibid.* s.v. potestatem **115** infra] *Ibid.* **116** 2<sup>1</sup>... ultimo] C. 2 q. 2 c. 6 (*Preceptum*) col. 835 **117** De... principio] C. 33 q. 3 *Tractatus de penitentia* dis. 6 c. 1 col. 2371 **119** glosa... 1] *Dictum Gratiani ante* D. 20 c. 1 s.v. scientia col. 113 **132** Exodi 18] Exodus 18:19 **135** post] Exodus 18:21 **138** post] Exodus 18:22

---

**112** dicit] notat Ly | glosa] nota *added* Bb Fi We **113** iudicandum] videndum Ly vindicandum We **114** ordinariam... 115 delegatam] *omitted* Ww **115** argumentum] dicitur Ly **116** deleganda] *dili<sup>da</sup>* An ar] ut habetur Ly | 2<sup>1</sup>] et We **117** in principio] *omitted* Ly **119** §] *omitted* Fi An c. Ly | Argumentum] *omitted* Ww **123** quas] quam Bb Ly **124** habere] *omitted* Bb **128** non] *omitted* Bb **135** Provide autem] Provideas Ly **137** ex] et Fi **138** tribunos] etc. *added* Bb Fi An We

140 Cuius consilio Moyses acquievit dum sic legitur ibidem:  
 “*Quibus auditis Moyses fecit omnia que ille suggesserat  
 et electis viris strenuis de cuncto Israel, constituit eos  
 principes populi, tribunos, et centuriones, et  
 145 quinquagenarios, et decanos. Qui iudicabant plebem  
 omni tempore. Quidquid autem gravius erat, referebant  
 ad eum, faciliora tantummodo iudicantes*”. Et  
 Deuteronomi 1<sup>o</sup> dixit Moyses iudicibus constitutis ab  
 ipso: “*Ita parvum audietis ut magnum: nec accipietis  
 cuiusquam personam, quia Dei iudicium est. Quod si  
 150 difficile vobis visum aliquid fuerit, referte ad me, et ego  
 audiam*”. Et 17 c. sic scribitur: “*Si difficile et ambiguum  
 apud te iudicium esse perspexeris inter sanguinem et  
 sanguinem, causam et causam, lepram et lepram, et  
 iudicium intra portas tuas videris verba variari, surge et  
 155 ascende ad locum quem elegerit Dominus Deus tuus,  
 veniesque ad sacerdotes Levitici generis, et ad iudicem  
 qui fuerit illo tempore, queresque ab eis, qui indicabunt  
 tibi iudicii veritatem*”. Ex quibus aliisque auctoritatibus  
 scripture divine patenter colligitur quod maiores cause  
 160 sunt ad superiores iudices deferende.

Quod etiam sacri canones protestantur. Anacletus  
 enim papa, ut habetur 2 q. 6 c. *Omnis oppressus*, ait: “*Si  
 autem difficiles cause aut maiora negotia orta fuerint,  
 ad maiorem sedem referantur*”.

165 Item, Pelagius papa, ut habetur dis. 17 c. *Multis*, ait:  
 “*Si vero in qualibet provincia orte fuerint questiones, et  
 inter ipsius provincie episcopos discrepare ceperit ratio,  
 atque inter ipsos dissidentes non conveniat, ad maiorem*

---

**140** ibidem] Exodus 18:25-26 **147** Deuteronomi 1o] Deuteronomy 1:17  
**151** scribitur] Deuteronomy 17:8-9 **162** 2...oppressus] C. 2 q. 6 c. 3 col.  
 865 **165** dis... Multis] D. 17 c. 5 col. 89

---

**140** Moyses] omnia que ille suggesserat added An | dum] Ly: cum Bb  
 Fi An We | sic] se Fi | legitur] legatur Bb Fi We **143** et<sup>1</sup>] omitted  
 Ww | et<sup>2</sup>] omitted Ww **146** iudicantes] iudices Bb Fi An **148** ut] sicut  
 Ly **151** sic] sicut An | Si] In An **152** apud te] Ly: omitted Bb Fi An  
 We **153** causam<sup>1</sup>...causam<sup>2</sup>] Ly: omitted Bb Fi An et We | et<sup>2</sup>] non  
 added Ly | lepram et<sup>2</sup>] omitted Bb **154** iudicium] gap Fi iudicium Ly  
 intra...variari] Ly: verba variari (pariari Fi) videris intra portas tuas Bb Fi  
 An We **155** quem] elegerat added Fi **156** veniesque] veniensque Bb  
 An **157** fuerit] in added We | indicabunt] vindicabunt We iudicabunt  
 Ly **160** deferende] differende An **162** habetur] legitur Ly **163** fuerint]  
 Ly: fuerunt Bb Fi An We **165** ut habetur] omitted An **167** inter] intra  
 Ly **168** inter] intra Ly | dissidentes] discedentes Bb Fi An Ly  
 dissidentes We | conveniat] convenient Ww

*tunc sedem referantur*". Et infra: "*Maiores vero et difficiliore questiones, ut sancta synodus statuit, et beata consuetudo exigit, ad sedem apostolicam semper referantur*". 170

Ex quibus aliisque quam pluribus patet aperte quod maiores cause sunt ad maius iudicium deferende. Sed causa heresis est inter causas maximas computanda. Ergo causa heresis est ad maius iudicium deferenda. Iudicium autem ecclesiasticum est maius iudicio seculari, teste Gregorio Nazianzeno qui, ut habetur dis. 10 c. *Suscipitis*, scribens imperatoribus Constantinopolitanis ait: "*Libenter accipitis quod lex Christi sacerdotali vos subicit potestati atque istis tribunalibus subdit? Dedit enim et nobis potestatem, dedit et principatum multo perfectiorem principatibus vestris*". Ex quibus verbis datur intelligi quod iudicium ecclesiasticum est maius iudicio seculari. Ergo causa heresis non ad iudicem secularem sed ad iudicem ecclesiasticum debet referri. 175 180 185

Quinto sic. Potestas iudiciaria regalis seu secularis et potestas iudiciaria sacerdotalis sunt potestates distincte, secundum quod testatur beatus Cyprianus, ut habetur dis. 10 c. *Quoniam*, prout allegatum extitit. Ad potestates autem iudiciarias distinctas spectant cause distincte. Ad iudiciariam autem potestatem sacerdotalem pertinet causa heresis. Ergo causa heresis non pertinet ad potestatem iudiciariam secularem, et per consequens papa hereticus non est de foro iudicis secularis. 190 195

---

169 infra] *Ibid.* col. 91 178 dis...179 *Suscipitis*] D. 10 c. 6 col. 41  
192 dis...*Quoniam*] D. 10 c. 8 col. 43 | allegatum extitit] *supra* lines 69-82

---

169 tunc] *omitted* Ly 170 difficiliore] *indifficiliores* (*sic*) Bb | et] ut *added* Ww 171 consuetudo] *consuetudo* Bb 173 quam] *omitted* We  
178 Nazianzeno] Nazanzeno Bb Fi An Ly Nazazeno We | habetur] legitur We 181 subicit] *subiecit* Fi An Ly 182 subdit] Ly: *subdidit* Bb Fi An We | Dedit] *omitted* Bb | et] *omitted* Ww 183 et] *omitted* Ww  
multo] *multum* Bb Fi An 186 heresis] *omitted* Bb | secularem] sed ad iudicem secularem (*scrambled mix*) Bb 187 referri] *deferri* Ly  
189 regalis] *omitted* Ly | secularis] *seculari* Bb 190 et...191 testatur] *omitted* An 192 habetur] legitur We | c *Quoniam*] *omitted* Bb | prout] superius *added* We | extitit] existit Fi We 193 spectant] *spectat* Bb

200 Sexto sic. Non aliam potestatem iudiciariam habent  
 205 seculares iudices christiani quam habuerunt iudices  
 seculares pagani. Nam imperatores christiani  
 successerunt imperatoribus paganis, et reges christiani  
 successerunt regibus paganis. Successores autem eodem  
 iure et potestate gaudent quam predecessores. Ergo  
 210 iudices seculares christiani non habent aliam potestatem  
 iudiciariam quam pagani habuerunt. Sed causa heresis  
 ad iudices paganos minime pertinebat. Ergo nec causa  
 heresis spectat ad seculares iudices christianos, et per  
 consequens papa hereticus non est de foro iudicis  
 secularis.

215 Septimo sic. In illa causa que spectat ad  
 imperatores, reges, et iudices seculares, imperialibus vel  
 secularibus legibus est utendum, quia unaqueque causa  
 terminanda est per leges illius fori ad quem noscitur  
 pertinere. Sed in causa heresis imperialibus seu  
 secularibus legibus minime est utendum, teste Nicholao  
 220 papa qui, ut habetur dis. 10 c. 1, ait: "*Lege imperatorum  
 non in omnibus ecclesiasticis controversiis utendum  
 est*". Et infra: "*Imperiali iudicio non possunt  
 ecclesiastica iura dissolvi*". Ergo causa heresis ad  
 iudicem secularem minime spectat, et per consequens  
 papa hereticus non est de foro iudicis secularis.

225 Octavo sic. Ad eundem spectat causa heresis ad  
 quem pertinet causa fidei, cum eadem videatur esse  
 causa heresis et causa fidei, quemadmodum eadem est  
 scientia contrariorum. Sed causa fidei ad iudicem  
 230 secularem minime spectat, cum videatur ad solum  
 summum pontificem pertinere (24 q.1 c. *Quotiens* et

---

218 dis...1] D. 10 c. 1 (*Lege imperatorum*) col. 39 220 infra] *Ibid.*  
 230 24...Quotiens] C. 24 q. 1 c. 12 col. 1835

---

200 habuerunt] habuerint We habent Ly 202 imperatoribus] *omitted* Ly  
 204 quam] quia Fi *omitted* An 205 seculares] *omitted* Bb  
 206 iudiciariam] *omitted* An | habuerunt] habuerint An | Sed] Cum  
 igitur Ly 207 pertinebat] pertineat Ly 208 iudices...210 secularis]  
*omitted* Fi 213 seculares] *omitted* Ly | vel] et Ly 215 illius]  
 huiusmodi Ly | quem noscitur] quod dicitur Ly 216 heresis] non est  
*added* Ly 217 secularibus] utendum *added* Ly | minime...utendum]  
*omitted* Ly 218 c 1] *omitted* Bb | imperatorum] imperatoris Ly  
 220 Imperiali] Imperaali Bb 223 secularis] seculari Bb 226 cum...227  
 fidei] *omitted* Ly 230 24] 34 Ly | et] *omitted* Bb

Extra, *De baptismo et eius effectu c. Maiores*). Ergo ad iudicem secularem causa heresis minime spectat, et per consequens papa hereticus non est de foro iudicis secularis.

235

### **Capitulum 92**

**Discipulus:** Dixisti quod de potestate principum secularium et laicorum super papam hereticum sunt opiniones contrarie. Recitasti autem unam, ideo nunc tracta contrariam.

5

**Magister:** Circa opinionem contrariam sunt modi ponendi contrarii et diversi: quibusdam dicentibus quod cohertio pape heretici et aliorum hereticorum principaliter pertinet ad totam multitudinem christianorum vel ad illos qui totius multitudinis curam gerunt, et ita secundum istos hereticorum cohertio principaliter spectat ad laicos qui communitatum curam gerunt, cuiusmodi sunt principes seculares et publice potestates; aliis dicentibus quod cohertio pape heretici principaliter spectat ad summum pontificem et prelatos, secundario autem spectat ad principes seculares et laicos, et hoc in duobus casibus: uno quidem si principes seculares et laici super hoc a prelati ecclesie fuerint requisiti, et etiam in alio casu, si videlicet clerici fuerint pravitate heretica maculati, vel hereticorum fautores, aut in corrigendo papam hereticum dampnabiliter negligentes.

10

15

20

**Discipulus:** Secundus modus dicendi videtur apparens. Primum autem hereticalem estimo, et tamen motiva ipsius audire desidero.

25

**Magister:** Motiva istius modi dicendi virtualiter continentur in rationibus supra in principio huius sexti c. 3<sup>o</sup> et 4<sup>o</sup> et 5<sup>o</sup> contentis, quibus ostenditur quod imperator est iudex ordinarius pape, et quod papa ex ordinatione

---

231 Extra ... Maiores] X. 3. 42. 3 col. 1382

92,2 quod] *omitted* An 3 et] aliorum *added* Ly | hereticum] We Vc Ox Ba Fr: *omitted* Bb Fi An Ly 4 nunc...5 tracta] recita aliam Ly 7 et diversi] *omitted* Ly | quibusdam] quibus An 8 pape...11 cohertio] *omitted* Ly 9 pertinet] *omitted* Fi 11 ita] ista Fi An 12 curam] cum cā Fi causas Ly 14 heretici] et aliorum hereticorum *added* Ly 16 autem] cohertio pape heretici *added* We Vc Ox Ba 17 casibus] causis Bb 19 clerici] *omitted* Ly 23 Discipulus] *omitted* Bb Fi *gap* An | dicendi] *omitted* Ly 25 ipsius] illius modi dicendi Ly 26 istius] huius Ly 28 et<sup>1</sup>] *omitted* Ly | 4o] 8 Fi An

30 Christi nullam iurisdictionem coactivam habet. Ad hoc  
etiam posset adduci ratio fundamentalis quorundam,  
que tacta est supra libro quinto capitulo 15<sup>o</sup>, per quam  
probatur quod ecclesia Romana non habet ex institutione  
Christi super alias ecclesias principatum.

35 **Discipulus:** Ex quo ista est ratio fundamentalis  
quorundam, explana et applica eam ad conclusionem hic  
propositam.

**Magister:** Ratio illa ad conclusionem hic  
propositam taliter applicatur. In tota scriptura novi  
40 testamenti non invenitur aliquid ordinatum de potestate  
cohercendi delinquentes nisi Matthei 18, cum Christus  
dixit: “*Si autem peccaverit in te frater tuus, vade, et  
corripe eum inter te et ipsum solum. Si te audierit,  
lucratus eris fratrem tuum. Si autem te non audierit,  
45 adhibe tecum adhuc unum vel duos, ut in ore duorum vel  
trium testium stet omne verbum. Quod si non audierit  
eos, dic ecclesie. Si autem ecclesiam non audierit, sit  
tibi sicut ethnicus et publicanus*”. In quibus verbis  
Christus potestatem cohercendi delinquentes commisit  
50 ecclesie. Per ecclesiam autem in scriptura divina ubique  
comprehenduntur laici et clerici. Nec unquam in  
scriptura sacra laici a nomine ecclesie excluduntur. Si  
igitur potestas cohercendi hereticos commissa est  
ecclesie, non est commissa clericis in speciali. Ergo  
55 communitas fidelium habet primo et principaliter  
potestatem cohercendi hereticos sicut et alios  
delinquentes. Illa autem que competunt communitati  
principaliter et primo non derivantur nisi in eum qui  
gerit vicem et curam communitatis. Talis autem est  
60 princeps secularis. Ergo principi seculari, non clericis,

---

92,41 Matthei 18] Matthew 18:15-17

---

30 Christi] *omitted* Fi | habet] penitus *added* We 36 explana et] est  
plana Ly | applica] apo<sup>ca</sup> An | conclusionem] questionem Ly  
39 novi...40 testamenti] We Vc Ox Ba: *omitted* Bb Fi An Ly 42 dixit]  
dicit Ly | autem] *omitted* Ww 43 eum] ipsum Ly | audierit] audiverit  
We 44 lucratus] lucrata Fi | eris] erit Fi es Ly | te] *omitted* Ly  
45 adhibe] accipe Ly | duos] testes *added* We | ut] quia Ly 46 stet]  
stat Ly 48 ethnicus] thnicus An | publicanus] pubicanus Bb 50 Per  
ecclesiam] In ecclesia Ly 51 et clerici] *omitted* Bb 52 sacra] *omitted*  
Ly 53 hereticos] *omitted* We 54 non] nec An Ly 57 delinquentes]  
delinquentos Fi 58 derivantur] dirivantur Ly 59 curam] causam Ly  
Talis...est] est al' est Fi est al' autem An

competit principaliter potestas coercendi hereticos, et ita ad ipsum pertinet principaliter papam hereticum coercere.

**Discipulus:** Ista ratio est omnino irrationabilis et militat contra seipsam. Tum quia si potestas coercendi hereticos et alios delinquentes tradita est primo a Christo communitati ecclesie, et communitas potest transferre potestatem suam in quem voluerit, ergo communitas ecclesie ita poterit transferre illam potestatem in clericum vel clericos sicut in laicum vel laicos. Cum ergo non legatur quod communitas fidelium talem potestatem coercendi hereticos transtulerit in laicos, non est dicendum quod talem potestatem habeant laici a communitate fidelium, tum quia per verba Christi predicta non est commissa ecclesie potestas coercendi delinquentes, sed tantummodo videtur iniungi quod delinquentes qui incorrigibiles apparuerint evitentur, quia ultimo dicitur “*si autem ecclesiam non audierit sit tibi sicut ethnicus et publicanus*”. Per que verba datur intelligi quod delinquentes incorrigibiles sicut ethnici et publicani sunt habendi. Communitas autem fidelium per verba prefata non recipit potestatem coercendi ethnicos et publicanos a Christo. Ergo per eadem verba non recipit potestatem coercendi delinquentes credentes. Sed videtur per illa verba imponi fidelibus quod, sicut ethnici et publicani sunt vitandi quantum ad hoc quod non sunt eis secreta fidei communicanda, iuxta illud Matthei 7<sup>o</sup> “*nolite dare sanctum canibus*” etc., ita credentibus incorrigibilibus secreta fidei communicari non debent.

---

88 Matthei 7o] Matthew 7:6

---

61 potestas] potestatem Ly | hereticos] et ita ad ipsum pertinet principaliter potestas coercendi hereticos *added* Ly 62 ita] *omitted* An papam] ipsum An 64 ratio] o<sup>o</sup> An 65 Tum] Tamen Fi An *omitted* Ly quia] *omitted* An 66 primo] *omitted* Bb 69 poterit] cetera Fi poterat We 70 in] *omitted* An 72 transtulerit] transtulerat Fi An transtulit Ly 75 potestas] *omitted* An 77 delinquentes] sed tantummodo videtur iniungi quod delinquentes *added dittography* Bb | incorrigibiles] incorrigiles Ly | evitentur] evi<sup>ten</sup> An quod patet per illud *added* Ly 78 quia] quod Ly 79 datur...80 intelligi] intelligitur Ly 82 recipit] recepit We | coercendi] potestatem *added* Bb 83 et] *omitted* Bb Fi An 85 verba] *omitted* Ly 86 et] *omitted* Bb | sunt] sint We ab eis *added* Ly 88 etc] *omitted* Ly | ita] ista Bb Fi An 89 credentibus] etiam credulis Ly | fidei] Dei An

**Magister:** Istis non obstantibus, nonnulli putant quod ratio predicta concludat si perficiatur. Que secundum eos perfici debet sic.

95 Contra rationem et utilitatem rei publice est quod  
diverse persone habentes potestates omnino distinctas,  
que nec integrant unam potestatem nec una dependet ab  
alia, habeant iurisdictionem coactivam super eandem  
communitatem, etiam pro diversis criminibus. Posset  
enim contingere quod se mutuo impedirent, et quod pax  
100 et concordia communitatis per tales distinctas potestates  
solveretur. Posset enim accidere quod eadem persona  
esset involuta diversis criminibus, quorum unum  
pertineret ad unam potestatem et aliud ad aliam. Quo  
posito, si utraque potestas vellet exercere iustitiam circa  
105 delinquentem eandem personam, oporteret quod una  
potestas raperet vel defenderet delinquentem contra  
aliam potestatem, et ita pax et concordia in communitate  
dissiparetur.

Si enim idem sit fur et hereticus, et ratione heresis  
110 pertineat ad iudicem ecclesiasticum et ratione furti ad  
iudicem secularem, si neuter iudex vult deferre alteri sed  
uterque vult trahere reum ad iudicium suum, unus  
propter heresim, alius propter furtum, inter ipsos orietur  
seditio. Cum ergo communitas occasiones seditionum et  
115 scissionum ac scismatum tollere teneatur, non licet  
eidem communitati concedere clericis potestatem  
cohercendi hereticos, et in principem secularem  
transferre potestatem malefactores alios castigandi. Sed  
constat quod principes seculares habent iurisdictionem  
120 coactivam super quam plurimos criminosos. Ergo clerici  
pro nullo crimine habent iurisdictionem coactivam super  
eosdem. Et ita si subditi alicuius regis vel principis fiant  
heretici, ab eodem rege vel principe puniri debent pro  
heresi sicut pro aliis criminibus.

---

92 Que] Nam sicut percipimus Ly 94 et] veritatem et added Ly 96 que]  
qui Fi An | una] unam Bb 97 eandem] eadem An 98 criminibus]  
Quia added Ly 99 enim contingere] concurrere Ly 102 diversis  
criminibus] criminibus ita diversis Ly 103 pertineret] pertarent An  
unam] unum Bb 108 dissiparetur] dissiparent An 109 enim idem] eid'  
Fi An .n. id We (*abbreviations*) 110 pertineat] pertinet Ly 111 vult]  
voluerit Ly 112 iudicium] ius Ly 116 concedere] taliter added Ly  
121 nullo] illo Ly 122 subditi] subdit Bb | fiant] fiat Bb



**Discipulus:** Per plures leges cavetur aperte quod heretici non per reges et principes sed per clericos iudicari debent. 125

**Magister:** Dicunt quidam quod tales leges sunt leges inique, iuri naturali, id est recto dictamini rationis, obviantes manifeste, et ideo pro non legibus sunt habende. 130

### *Capitulum 93*

**Discipulus:** Quia de isto modo ponendi, quem reputo omnino erroneum, in aliis tractatibus sepe occasionem habeo loquendi, ideo, isto modo dimisso, nitere declarare alium modum ponendi, qui minus veritati repugnare videtur. 5

**Magister:** Dicunt quidam quod si papa manifeste et publice incideret in hereticam pravitatem, puta si publice predicaret et doceret contra veritatem catholicam apud catholicos divulgatam (utpote si doceret aut predicaret vel teneret verum corpus Christi in sacramento altaris minime contineri, aut resurrectionem non esse futuram, vel animas reproborum non affligi aut cruciari vel non esse in inferno, aut aliquid huiusmodi cuius contrarium tenetur explicite credere quia apud catholicos publice tanquam catholicum divulgatur), vel etiam diffinitive determinaret quemcunque errorem, quantumcunque parvum, divine scripture aut doctrine universalis ecclesie obviantem, si clerici crederent vel faverent eidem aut circa correctionem et cohibitionem ipsius essent dampnabiliter negligentes, princeps secularis in cuius dominio moraretur, et etiam populus qui sciret ipsum esse hereticum, cohercere deberet si posset, 10 15 20

---

93,13 vel<sup>1</sup>...14 inferno] Allusion to John XXII's *visio beata* sermons.(PP\*)

---

125 cavetur aperte] habetur Ly 129 leges] *omitted* An Ly | iuri] iure Bb | id est] et Ly 130 obviantes] obviantia We | pro...131 habende] We: non pro legibus sunt (sint Fi) habende Bb Fi An pro legibus non sunt habende Ly 93,3 reputo] puto Ly 4 habeo] habeo Ly | loquendi] et *added* Ly 5 nitere] nite An | alium] secundum Ly 8 incideret] incurreret Ly 10 si doceret] determinaret Ly 14 esse] *omitted* Bb 15 credere] vel *added* Ly 16 divulgatur] divulgaret Ly | etiam] *omitted* Ly 17 determinaret] determinare Bb terminaret Ly 18 aut] ac Ly 20 aut] ac Ly | et] aut Ly 21 princeps...22 moraretur] principes seculares in quorum dominio moratur Ly 22 populus] papa Bb 23 esse] *omitted* Ly | deberet] debent Ly | posset] possent Ly *omitted* Bb

invocato auxilio si oporteret vicinarum regionum. Si  
 25 autem princeps vel populus in cuius dominio papa  
 hereticus moraretur crederet vel faveret eidem, aut  
 ipsum dampnabiliter negligeret cohercere, alii principes  
 et laici qui scirent papam esse hereticum, in quantum eis  
 30 potentia et vires suppeterent, ad ipsum cohercendum  
 essent astricti.

Unde circa istum modum tria probare et declarare  
 nituntur. Primo enim nituntur ostendere quod causa fidei  
 aliquo modo spectat ad laicos. Secundo, satagunt  
 explanare quomodo questio fidei spectat ad laicos.  
 35 Tertio, moliuntur ostendere quod cohercio pape heretici  
 in aliquo casu spectat ad laicos etiam a prelatis ecclesie  
 minime requisitos.

Primum probatur primo sic. Ad illum spectat aliquo  
 40 modo questio fidei vel causa qui potest concilio generali,  
 in quo tractatur de causa fidei, interesse. Imperatores  
 autem, et per rationem consimilem reges et laici aliqui,  
 possunt generali concilio in quo tractatur de fide  
 interesse, sicut ostensum est prius c. 85. Ergo ad  
 45 imperatores, reges, et laicos aliquo modo causa fidei  
 noscitur pertinere.

Secundo sic. Ad illum aliquo modo spectat questio  
 cause fidei qui fidem defensare tenetur. Quia nullum rem  
 ad ipsum impertinentem omnino tenetur defensare, teste  
 50 Sapiente qui, Ecclesiastico 11<sup>o</sup>. ait: “*De ea re que te non  
 molestat ne certaveris*”, qualis est omnis res que ad te  
 omnino non pertinet. Sed laici fidem suam tenentur  
 defendere, alioquin proditores veritatis sunt censendi, 11  
 q. 3 c. *Nolite*, ubi Iohannes Chrysostomus ait: “*Sicut  
 55 sacerdos debitor est, ut veritatem quam audivit a Deo  
 libere predicet, sic laicus debitor est ut veritatem quam*

---

44 prius] 1 Dial. 6.85 50 Ecclesiastico 11o] Ecclesiasticus 11:9  
 53 11...54 Nolite] C. 11 q. 3 c. 88 col. 1259

---

25 vel populus] *omitted* Ly 26 hereticus] *omitted* Ly 31 circa] erga Fi  
 An | tria] etiam An 34 questio] causa Ly 37 requisitos] requisitis We  
 39 illum] primum Bb Fi An | aliquo...40 modo] quodammodo Ly  
 40 questio...causa] causa fidei We | qui] que Fi An 41 causa fidei]  
 fide Ly 42 consimilem] et *added* An alii *added* We | aliqui] aliquo  
 modo Ly 43 fide] causa fidei We 47 sic] *omitted* Ly | spectat] pertinet  
 Ly 48 cause] *omitted* We | rem] tenetur Fi 50 Ecclesiastico] ecc<sup>ci</sup> Bb  
 We 51 molestat] molestaverit Bb Fi An 53 veritatis] et heretici *added*  
 Ly | 11] 1 Ly 56 libere] legitime Ly | ut] et Fi

*audivit a sacerdotibus probatam in scripturis defendat fiducialiter. Quod si non fecerit, proditor est veritatis*". Ergo questio fidei aliquo modo spectat ad laicos.

Tertio sic. Ad illum spectat aliquo modo questio fidei qui pro veritate fidei defendenda leges potest statuere. Sed populus et laici leges possunt statuere pro veritate fidei defendenda. Ergo ad populum et laicos aliquo modo questio fidei noscitur pertinere. Maior videtur evidens, quia nemo de re que ad eum omnino non pertinet valet legem statuere. Minor auctoritatibus, exemplis, et rationibus videtur posse probari.

Augustinus enim, ut habetur 11 q. 3 c. *Imperatores*, ait: "*Imperatores si in errore essent, quod absit, pro errore suo contra veritatem legem darent, per quas iusti et probarentur et coronarentur, non faciendo quod illi iuberent*". Et infra: "*Quando autem imperatores veritatem tenent, pro ipsa contra errorem iubent. Quod quisquis contempserit ipse sibi iudicium acquirit*".

Item, idem ad Vincentium, ut habetur 23 q. 4 c. *Non invenitur*, ait: "*Quis enim nostrum, quis vestrum non laudat leges ab imperatoribus datas adversus sacrificia paganorum?*" que per consequentiam pro fide date videntur.

Item, ad Bonifacium, ut habetur dis. 9 c. 1, loquens de imperatoribus ait: "*Quando autem pro veritate contra falsitatem constituunt bonas leges, terrentur sevientes et corriguntur intelligentes*". Et alibi ait: "*Quicumque ergo*

68 11...Imperatores] C. 11 q. 3 c. 98 col. 1263 72 infra] *Ibid.*, col. 1265  
75 23...76 invenitur] C. 23 q. 4 c. 41 col. 1755 80 dis...1] D. 9 c. 1  
(*Imperatores*) col. 33 83 alibi] *Ibid.*

57 probatam] quidem *added* Bb Fi An Ly quidam *added* We | in  
scripturis] scriptura Ly 58 fiducialiter] *omitted* Ww | proditor...  
veritatis] prodidit veritatem Ww 59 aliquo modo] quandoque Ly  
60 illum] We: ipsum Bb Fi An Ly 62 populus] papa Fi An imperator Ly  
63 populum] papam Fi 65 quia] scilicet quod Ly 66 auctoritatibus] et  
*added* Ly 69 absit] et *added* Ww 70 quas...71 et<sup>1</sup>] quam iusti Ww  
71 coronarentur] coronantur Fi | faciendo...72 iuberent] tamen  
faciendum *est* (*omitted* An) quod illi iubent Ww 73 tenent] et *added* Bb  
An Ly | ipsa] ea Ly 75 Vincentium] ait *added* Bb An Ly | 4] 8 Fi An  
76 nostrum] vel *added* Bb Fi An We | nostrum quis] *omitted* Ly  
77 ab...datas] imperatorum datas ab eis Ww 78 paganorum]  
baganorum Bb | consequentiam] We Vc Ox Ba: nientiam Bb  
convenientiam Fi An Ly 80 Item] idem *added* Ly 82 terrentur] tenentur  
se An 83 Et] *omitted* Bb | ait] *omitted* Ly | ergo] vero Ww

85 *legibus imperatorum que pro Dei veritate feruntur obtemperare non vult, acquirit grande supplicium”.*

Et ut habetur 23 q. 4 c. *Si ecclesia*, ait: “*Quod autem dicunt*”, scilicet heretici, “*qui contra suas impietates leges iustas institui nolunt, non petisse a regibus terre apostolos talia, non considerant aliud*  
 90 *fuisse tunc tempus, et omnia suis temporibus agi. Quis enim tunc in Christum crediderat imperator? qui ei pro pietate contra impietatem leges ferendo serviret? Quando adhuc illud propheticum complebatur: ‘quare fremuerunt gentes et populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terre, et principes convenerunt in unum adversus Dominum et adversus Christum eius’. Nondum autem agebatur quod paulo post in eodem Psalmo dicitur: ‘et nunc reges intelligite, erudimini, qui iudicatis terram. Servite Domino in timore, et exultate ei cum tremore’. Quomodo ergo reges Domino serviunt in timore. nisi ea, que contra Domini iussa sunt religiosa severitate prohibendo atque plectendo? Aliter enim servit quia homo est, aliter quia etiam et rex est. Quia homo est servit ei vivendo fideliter. Quia vero etiam rex est servit leges iusta precipientes et contraria prohibentes convenienti vigore sanciendo”.*

105 Ex quibus patet aperte quod imperatores et publice potestates licite pro fide possunt leges statuere.

110 Quod etiam exemplis ostenditur. Nam tam reges infideles quam fideles leges pro fide laudabiliter

---

**86** 23...ecclesia] C. 23 q. 4 c. 42 col. 1757 **93** quare...96 eius] Psalms 2:11-2 **98** dicitur] Psalms 2: 10-11

---

**84** Dei] *omitted* Ly **86** Quod] Qui Bb Fi An **89** considerant] considerent Fi An **90** fuisse...tempus] temporis tunc fuisse Ww temporibus agi] convenire temporibus Ww **91** imperator] imperatorum Fi We | qui ei] quis enim Ww **92** leges] legis Fi | serviret] servaret Bb Fi An We seiret Ly **93** Quando] Tunc enim Ww | complebatur] compleatur Bb **94** meditati] me. Bb Fi An **95** convenerunt] conve. Bb Fi conve An **96** adversus<sup>1</sup>] adver. Fi adversum An | adversus<sup>1</sup>...eius] et Ly | adversus<sup>2</sup>] ad Bb Fi adversum An **97** autem] enim Bb Fi An We illud Ly **98** dicitur] dicebatur Bb An Ly **100** reges] et *added* Bb Fi An We | serviunt] serviant Fi Ly **101** contra] *omitted* Bb Fi An | Domini] Deum Ww **102** plectendo] pulcando Fi **103** quia<sup>1</sup>] est rex et aliter quia est *added* Ly | est<sup>1</sup>...est<sup>2</sup>] *omitted* Ly | etiam et] *omitted* Ww | est<sup>2</sup>] *omitted* Bb **104** ei] Deo Ww in *added* Bb | vero etiam] *omitted* Ww **106** sanciendo] sentiendo Fi An sanctiendo Bb **108** leges] *omitted* Bb **109** tam] cum An

ediderunt. Nam Nabuchodonosor legem edidit pro fidei veritate qui, ut legitur Danielis 3<sup>o</sup>, ait: “A me ergo positum est hoc decretum, ut omnis populus, tribus, et lingua quicumque locutus fuerit, blasphemiam contra Deum Sydrach, Misach, et Abdenago, dispereat et domus eius vastetur, neque enim est alius Deus qui possit ita salvare”. 115

Rex etiam magnus Artaxerxes, ut legitur Hester ultimo, legem edidit dicens: “Hoc autem edictum quod nunc mittimus, in cunctis urbibus proponatur, ut liceat iudeis uti legibus suis”. 120

Reges etiam fideles leges pro veritate fidei condiderunt. Quod testatur aperte Augustinus qui in epistola ad Vincentium, ut habetur 23 q. 6 c. Vides, ait: “Civitas mea que cum tota esset in partem Donati, ad unitatem catholicam timore legum imperialium conversa est”. Ergo imperatores leges pro fide catholica ediderunt. 125

Quod etiam ratione videtur posse probari. Nam ille potest leges pro fide statuere qui non solum contemplatione hominum sed etiam contemplatione Dei potest ius condere. Laici autem non solum contemplatione hominum sed etiam contemplatione Dei possunt ius statuere, dis. 1 c. *Ius civile*, ubi dicitur sic: “*Ius civile est quod quisque populus vel queque civitas sibi proprium divina humanaque causa constituit*”, id est, “*contemplatione Dei (de consecratione dist. 3 c. 3)*” 130 135

---

112 Danielis 3o] Daniel 3:96 118 Hester...119 ultimo] Esther 16:19  
124 23...Vides] C. 23 q. 6 c. 3 col. 1797 133 dis...civile] D. 1 c. 8 col.  
5 136 de...3<sup>2</sup>] *Decreti tertia pars*, col. 2573

---

111 Nabuchodonosor] We: Nabūch Bb Nabucho Fi Nabuch'o An Nabugodonosor Ly | legem] leges Bb 114 lingua] lingwa Bb  
115 dispereat] disporeat Fi An 116 domus] demus Bb | Deus] We: omitted Bb Fi An Ly 118 Artaxerxes] Artaxerses Bb Ly Artaxersis We  
119 autem] omitted Bb est added Ly | edictum] dictum Ly 120 nunc] omitted Ly | mittimus] emittimus Ww | proponatur] proponam Fi An omitted Ly  
123 qui] omitted Ly 124 Vides] Videns An 125 partem] partes Ww | Donati] Conati Fi An 127 est] omitted An 129 statuere] constituere Ly  
130 hominum] omitted An | etiam] omitted Ly 131 ius condere] iura statuere Ly | Laici...133 statuere] Sed imperator et populus contemplatione Dei possunt leges statuere Ly 133 statuere] omitted Bb | 1] 9 Bb 134 quod] omitted Bb | quisque] quicumque Ly queque] quecunque Ww 135 divina humanaque] humana divinaque Bb We | causa] omitted An 136 de...137 1] omitted We

*et hominum, ut ff. de fer. l. 1*”, secundum glosam ibidem. Ergo laici in favorem fidei leges condere valent.

**Discipulus:** Ista sententia, quod laici possunt  
 140 aliquas leges pro fide statuere que aliquam obtineant  
 firmitatem, nisi a summo pontifice vel prelati ecclesie  
 fuerint confirmate, sacris canonibus obviare videtur.  
 Unde Innocentius 3<sup>us</sup>, ut habetur Extra, *De*  
*constitutionibus c. Ecclesia*, ait: “*Nos attendentes quod*  
 145 *laicis etiam religiosis, super ecclesiis et personis*  
*ecclesiasticis nulla sit attributa facultas: quos*  
*obsequendi manet necessitas, non auctoritas imperandi*  
*a quibus si quid motu proprio statutum fuerit quod*  
*ecclesiarum etiam respiciat commodum et favorem,*  
 150 *nullius firmitatis existit, nisi ab ecclesia fuerit*  
*approbatum*”. Ex quibus verbis datur intelligi quod  
 super hiis que ad ecclesiam spectant statutum laicorum  
 nullam obtinet firmitatem nisi ab ecclesia fuerit  
 approbatum. Questio autem fidei ad ecclesiam spectat.  
 155 Ergo statutum laicorum in favorem fidei editum nullius  
 est momenti nisi ab ecclesia fuerit approbatum.

Item, in synodo Symachi pape, ut habetur 16 q.  
 ultima c. *Non placuit*, sic legitur: “*Non placuit laicum*  
 160 *statuendi in ecclesia preter papam Romanum habere*  
*aliquam potestatem, cui obsequendi manet necessitas,*  
*non auctoritas imperandi*”. Ex quibus verbis datur  
 intelligi quod laicus nichil potest statuere de hiis que ad  
 ecclesiam spectant. Questio autem fidei ad ecclesiam  
 spectat. Ergo laicus in favorem fidei nichil potest  
 165 statuere.

---

**137** secundum...ibidem] s.v. divina humanaque **143** Extra...144  
 Ecclesia] X. 1. 2. 10 col. 25 **157** 16... 158 placuit!] C. 16 q. 7 c. 23 col.  
 1547

---

**138** leges] pro fide statuere que aliquam obtineant firmitatem *added* An  
 condere] edere We **140** obtineant] habeant Ly **143** Unde] We Vc Ox:  
*omitted* Bb Fi An Quia Ly **145** etiam] et Fi An Ly **146** sit] est Ly  
 facultas] apud *added* Ww **147** imperandi] imandi Bb **148** proprio]  
*omitted* An **149** etiam] *omitted* Ly | et] in Bb Fi An **150** nullius] mlris  
 Fi ml'us An | existit] existat Bb Fi An We esse constat Ly **153** fuerit]  
*omitted* An **155** fidei] etiam Dei Ly **156** approbatum] confirmatum Ly  
**159** ecclesia] ecclesiam Fi | preter...Romanum] *omitted* Ww **160** cui]  
 c. 16 An | obsequendi] Ly: subsequendi Bb Fi We sequendi An  
**161** datur] potest Ly

Item, in synodo Eugenii pape, prout legitur Extra, *De iudiciis c. Decernimus*, sic habetur: “*Decernimus ut laici ecclesiastica tractare negotia non presumant. Sed episcopi, abbates, archiepiscopi et alii ecclesiarum prelati de negotiis ecclesiasticis, maxime de illis que spiritualia esse noscuntur, laicorum iudicio non disponant*”. Ex quibus colligitur quod nec etiam laicorum iudicio sunt spiritualia disponenda. Cum ergo inter negotia spiritualia sit questio fidei potissime computanda videtur quod laici de hiis que ad fidem spectant se intromittere minime debent, et per consequens pro fide nichil statuere possunt. 170 175

Item, minus est disponere de ecclesiasticis dignitatibus et rebus ecclesiarum quam de fide. Qui autem non potest minus, nec maius potest. Laico vero de dignitatibus ecclesiasticis et rebus ecclesiarum nichil pertinet disponere. Ergo multo fortius nec de fide poterunt aliquid ordinare. Quod autem de dignitatibus ecclesiasticis et rebus ecclesiarum laici nichil disponere valeant sacris canonibus affirmatur. Nam 16 q. ultima c. *Laicis* sic legitur: “*Laicis quamvis religiosis nulla de ecclesiasticis facultatibus aliquid disponendi legitur attributa facultas*”. 180 185

Item, Innocentius 3<sup>us</sup>, ut habetur Extra, *De arbitris c. Contingit*, ait: “*Adhuc generaliter prohibemus ne super rebus spiritualibus compromittatur in laicum, quia non decet ut laicus in talibus arbitretur*”. Ergo multo magis non decet ut laicus de fide, dignitatibus ecclesiasticis, et rebus ecclesiarum aliquid legem statuendo decernat. 190 195

---

**166** Extra... 167 Decernimus<sup>1]</sup> X. 2. 1. 2 col. 522 **185** 16...186 Laicis<sup>1]</sup> C. 16 q. 7 c. 24 col. 1547 **189** Extra... 190 Contingit] X. 1. 43. 8 col. 512

---

**166** in] ex We | prout] ut Ly | Extra...167 iudiciis] De iudiciis Extra Bb Fi An **167** Decernimus<sup>1]</sup> Decrevimus Ly | sic] sicut An Decernimus<sup>2]</sup> Decrevimus Ly **168** laici] clerici Ly | Sed] Et Ww ut added Ly **169** episcopi] et added Bb Fi An We | abbates] et added We Ly **171** iudicio] iudicia Bb Fi An **180** Laico] Laici We | Laico...183 ordinare] omitted Ly **182** pertinet] possunt We **186** Laicis<sup>1]</sup> Laici Ly **187** facultatibus] dignitatibus Ww | aliquid] ad Fi | disponendi] disponenda An **190** Contingit] 10 Ly | ait] omitted Bb **192** in... arbitretur] de fide dignitatibus Fi **193** fide] et added Ly **194** aliquid] ad Fi An We **195** decernat] decernant Ly

Item, dis. 96 c. *Bene*, de statuto Basili in favorem ecclesie edito sic legitur: “*Scripturam que in sacerdotali concilio recitata est, evidentissimis documentis constat esse invalidam: primum quod contra patrum regulas a laicis, quamvis religiosis, quibus nulla de ecclesiasticis facultatibus aliquid disponendi legitur umquam attributa facultas, facta videtur*”.

Item, Innocentius 3<sup>us</sup>, ut legitur Extra, *De rebus ecclesie alienandis vel non c. Cum laicis*, ait: “*Cum laicis, quamvis religiosis, disponendi de rebus ecclesie nulla sit attributa potestas, quos obsequendi manet necessitas, non auctoritas imperandi*” etc.

Ex quibus aliisque quampluribus colligitur evidenter quod non solum de fide, sed nec etiam de dignitatibus et rebus ecclesie, laici leges condendi nullam habent penitus potestatem. Et quamvis hoc conclusio michi videatur certa secundum canonicas sanctiones, tamen quomodo ad allegationes prescriptas respondere contingat non differas recitare.

**Magister:** Allegationes tue predicte a nonnullis pueriles et frivole reputantur, quia videtur eis quod sacrorum canonum non habeas intellectum. Ad cuius evidentiam dicitur esse sciendum quod rem aliquam ad alium pertinere dupliciter potest contingere. Res enim aliqua ad aliquem pertinet tanquam in potestate eius aliquo modo existens, ut scilicet de ea sicut sibi placuerit, dummodo non contra Deum vel rationem rectam aut leges iustas seu consuetudines rationabiles valeat ordinare. Et isto modo dignitates ecclesiastice et res ecclesiarum ad prelatos ecclesie pertinere noscuntur. Alio modo pertinet res aliqua ad aliquem tanquam

---

196 dis...Bene] D. 96 c. 1 col. 613 203 Extra...204 non] X. 3.13.12 col. 1115

---

196 96...Bene] 6 Ly | favore] favore Bb 199 quod] quidem Ww quia added Ly 201 disponendi] disponendo Bb 202 videtur] videatur Ww 204 alienandis...non] non alienandis Ww | c...laicis] Kn: omitted Ww | Cum<sup>2</sup>...206 potestas] nulla fuit laicis attributa potestas de rebus ecclesiasticis disponendi apud Ly 206 nulla] n<sub>9</sub> Fi An obsequendi] subsequendi Ww 207 etc] omitted Ly 209 nec...210 dignitatibus] etiam de dignitate Ly 211 hoc] hec Ly 215 nonnullis] nonnullos Bb 216 quia] quare Fi An 218 dicitur esse] est Ly 220 eius] illius Ly 223 rationabiles] rōa<sup>les</sup> An rationales Ly 224 ecclesiastice] ecclesiastice Bb 225 ad...noscuntur] pertinent ad prelatos ecclesie Ly ad...227 ecclesiarum] omitted An 226 aliquem] alium Ly



defendenda ab eo, et isto modo res ecclesiarum pertinent ad laicos, quia laici defendere debent res ecclesiarum. Sic etiam fides spectat ad laicos, quia eam viriliter et potenter defendere astringuntur. 230

Ex hiis respondetur ad omnes allegationes tuas. Quia, sicut laici leges statuere possunt suos subditos artius obligando ne personas ecclesiasticas vel res earum offendant vel molestant iniuste, quos in contrarium facientes penis possunt debitis coercere, quamvis huiusmodi penis personas exemptas ab eorum potestate nequeant castigare, sic laici, scilicet reges, principes, ac publice potestates et etiam communitates, leges possunt statuere pro fide salubrius defendenda, possuntque punire suos subditos fidem nequiter impugnantes, quamvis punire non valeant eos qui a sua iurisdictione sunt exempti. 235 240

**Discipulus:** Nitere allegare pro assertione predicta.

**Magister:** Quod reges et principes ac publice potestates et civitates alieque communitates que potestatem habent condendi leges de temporalibus, leges statuere queant pro veritate fidei tenenda et defendenda et nullatenus impugnanda vel reicienda, eisdemque legibus suos subditos obligare, sic videtur posse probari. 245

Omnis persona et universitas iurisdictionem habens coactivam de hiis que per se et subditos facere obligatur legem potest statuere, et ad ea facienda subditos sub pena rationabili obligare. Sed omnis persona fidelis, et etiam universitas, iurisdictionem habens coactivam, per se et subditos tenetur fidem catholicam defendere. Ergo de fide defendenda potest legem statuere, et subditos ad fidem defendendam sub pena rationabili obligare. 250 255

Secundo probatur idem sic. Quilibet habens iurisdictionem coactivam ad ea per leges suas potest

---

227 et] in Bb | isto modo] sic Ly 229 etiam] *omitted* Bb Ly | spectat] pertinet Ly | viriliter] diligenter An Ly 232 Quia] Quod Ly | sicut] We Vc Ox Ba: *omitted* Bb Fi An Ly 234 offendant] defendant Fi An molestent] molestant An 235 debitis] debetis Bb 236 exemptas] exceptas Ly | potestate] potestates Bb 237 laici...principes] principes et reges Ly 238 etiam] *omitted* Ly 245 et] *omitted* Ly 246 condendi] condere Ly 247 queant] que Fi | tenenda] timenda Bb 248 reicienda] reicienda Bb Fi 249 sic] sicut Bb Fi An 250 habens] *omitted* An 251 hiis] ad *added* Ly | per se] *omitted* Bb | subditos facere] subditos (*sic*) faciendo Ly 253 rationabili] rō<sup>h</sup> An 257 rationabili] rō<sup>h</sup> An 258 idem] id Fi

260 suos subditos obligare que pacem et tranquillitatem  
eorum procurant et conservant, et quorum contraria  
pacem et tranquillitatem civium dissipant et conturbant.  
Sed fidem negare et impugnare et abicere pacem et  
tranquillitatem civium dissipat et conturbat, quia  
265 homines diversarum sectarum minime pacifice insimul  
vivunt. Ergo omnis persona et communitas habens  
iurisdictionem coactivam potest per leges subditos  
obligare ne fidem catholicam impugnare aut abicere  
quoquo modo presumant.

270 Tertio sic. Non minorem potestatem habet rex vel  
princeps super subditos suos in hiis que sunt contra  
fidem et bonos mores quam habet maritus super uxorem  
suam, vel pater super prolem suam. Sed maritus  
conjugem suam errantem contra fidem vel bonos mores  
275 potest et debet corrigere, et pater prolem suam errantem  
contra fidem et bonos mores habet corrigere. Ergo rex et  
princeps subditos suos errantes contra fidem et bonos  
mores potest corrigere. Rex autem et princeps de hiis  
que in subditis suis potest corrigere valet legem statuere.  
280 Ergo rex et princeps pro fide tenenda a subditis suis  
legem potest eis imponere.

**Discipulus:** Predicta assertio non ita michi videtur  
irrationabilis sicut antea videbatur, et ideo cupio ipsius  
intellectum pleniorum habere, quia per hoc manifestius  
animadvertam an sit consona vel dissona veritati. Magis  
285 autem explicabis eam si indicaveris quomodo ad  
singulas allegationes contra eam adductas responderi  
contingat. Ideo per omnes discurre.

**Magister:** Ad auctoritatem Innocentii 3<sup>ii</sup>  
290 respondetur quod ecclesie et persone ecclesiastice a  
iurisdictione laicorum sunt exempte, et ideo super

---

289 Ad...3ii] *supra*, lines 144-157\*

---

261 eorum] *omitted* Ly | conservant] servant Bb 262 civium] *gap* Fi  
omnimodam An Ly | dissipant] dissipat We 263 et impugnare] *omitted*  
Fi An 272 habet] habeat Ly 273 suam<sup>1</sup>] *omitted* Ly 274 fidem] fide  
An | vel] et Bb Ly 275 potest...276 mores] *omitted* Bb  
278 corrigere] Ergo *added* An Sed *added* Ly | autem et] aut etiam Ly  
hiis] propter *added* Ly 279 in] We Vc Ox Ba: *omitted* Bb Fi An Ly  
subditis suis] subditos Ly | valet legem] *omitted* Fi 280 princeps] de  
hiis que subditis suis potest corrigere valet legem statuere. Ergo rex et  
princeps *added dittography* Fi 281 potest] possunt Ly 285 Magis]  
Augustinus Fi Aug<sup>2</sup> An 286 explicabis] explicab Fi 287 allegationes]  
allegatione Bb

ecclesiis ordinandis vel conferendis, vel super aliqua  
 immutatione circa ecclesias facienda, seu etiam super  
 personis ecclesiasticis puniendis vel quomodolibet  
 gubernandis aut ad aliquid faciendum vel non faciendum  
 artandis, laici nichil in earum commodum respiciens et  
 favorem possunt statuere quod firmitatem optineat, nisi  
 ab ecclesia fuerit approbatum. Quin tamen aliqua possint  
 statuere in ecclesiarum et personarum ecclesiasticarum  
 commodum et favorem, sub certis penis suos subditos  
 prohibendo ne ecclesiis vel personis ecclesiasticis  
 molestiam inferant vel gravamen, Innocentius minime  
 negat. Nonne potest rex, absque requisitione  
 cuiuscunque prelati ecclesie, statuere quod quicumque  
 clericum occiderit pena capitali plectatur? Nunquid non  
 potest statuere absque requisitione ecclesie quod qui res  
 ecclesiasticas furatus fuerit pena mortis vel alia punitur?  
 Si igitur laici possunt statuere leges pro rebus  
 temporalibus ecclesie et personis ecclesiasticis a suis  
 subditis nullatenus molestandis, multo fortius pro fide  
 catholica, quam multo magis defendere et tueri tenentur  
 quam res ecclesiarum et personas ecclesiasticas,  
 quascumque possunt leges statuere, ne aliquis subditus  
 eorum fidem negare vel impugnare audeat quoquo  
 modo.

Quod etiam tali ratione probatur. Magis spectat ad  
 principem constitutum a Deo, qualis est omnis princeps  
 utens legitima potestate, ulcisci iniuriam Dei quam  
 civium suorum (23 q. 4 c. *Si ea*). Sed rex et princeps  
 potest et debet statuere legem ne unus subditorum  
 peccet in alterum. Ergo multo magis potest condere  
 leges ne quis subditorum suorum fidem impugnet,

---

319 23...ea] C. 23 q. 4 c. 50 col. 1761

---

292 super] *omitted* Ly 293 immutatione] commutatione Ly  
 295 aliquid] *omitted* An 296 respiciens] respicientes Ly 297 optineat]  
 optineant Ly 298 possint] possit Fi An 301 vel] et Ly 303 negat]  
 denegant An | requisitione] inquisitione Ly 304 quicumque] qui We  
 305 occiderit] occidit Ly | plectatur] plectetur We | non] *omitted* Ly  
 306 requisitione] inquisitione Ly 307 punitur] puniatur We Ly  
 311 multo] *omitted* Ly 313 leges] Ly: legem Bb Fi An We | aliquis  
 subditus] quis subditis Ly 314 audeat] audiat Fi 317 omnis] *omitted*  
 Ly 318 iniuriam] iniuriam An 319 suorum] ut habetur *added* Ly  
 320 potest...debet] possunt et debent Ly 322 quis] quisquis Ly

exemplo Nabuchodonosor regis, qui legem edidit ne quis verum Deum presumeret blasphemare.

325 Ad auctoritatem sumptam ex synodo Symachi pape respondetur per idem, quod laici non habent potestatem aliquid in ecclesia statuendi quod immutationem circa ipsas ecclesias inducat. Habent tamen potestatem statuendi ne quis subditorum suorum ecclesiam audeat molestare. Et ita habent potestatem statuendi ne quis eis subditus fidem catholicam impugnet, neget, aut blasphemet, vel fidem quoquo modo subvertat.

330 Ad auctoritatem acceptam ex synodo Eugenii pape consimiliter respondetur, quod laici ecclesiastica negotia de rebus aut personis ecclesiasticis ordinandis vel regendis vel aliter immutandis se intromittendo tractare non debent, nec clerici talia negotia laicorum iudicio, hoc est auctoritate eorum, disponere debent. Possunt tamen laici ordinare ut clerici in ecclesiasticis disponendis negotiis minime infestentur, possuntque eis aliquas libertates conferre, exemplo principum antiquorum qui, ut testatur Innocentius 3<sup>us</sup> Extra, *De rebus ecclesie alienandis vel non c. Cum laicis*, ecclesiasticam libertatem multis privilegiis munierunt. 335 Sic etiam possunt laici in favorem fidei christiane plura ordinare, ad que servanda suos subditos possunt legibus coartare. Si enim laici ex devotione quam habent ad fidem catholicam possunt in favorem clericorum nonnulla statuere et eis libertates plures tribuere, multo 340 fortius possunt in favorem fidei quamplura statuere, et ad ea constringere sibi subiectos.

---

325 Ad...sumptam] *supra*, lines 158-165\* 333 Ad...acceptam] *supra*, lines 166-177\* 342 Extra...343 laicis] X. 3. 13. 12 col. 1115

---

323 Nabuchodonosor] We: Nabuch Bb Fi An Nabugodonosor Ly edidit] dedit Ly 324 quis] quisquis Ly 326 respondetur] etiam *added* Ly 328 ipsas] *omitted* Ly | inducat] indicat Bb | potestatem...329 statuendi] statuere Ly 329 subditorum suorum] eis subditus Ly ecclesiam] *omitted* An | ecclesiam...331 subditus] *omitted* Ly 333 acceptam] *omitted* An Ly 334 consimiliter] similiter Ly 335 aut] ac Ly 336 intromittendo] We: non intromittere Bb intromitten Fi intromittere An intromittere vel Ly 343 ecclesie] ecclesiasticis Ly alienandis...non] non alienandis Ww 344 munierunt] muniverunt Ly 347 ex devotione] extra devotionem Ly | habent] habet An 349 plures] pluras Bb 350 quamplura] quamplurima Ly 351 constringere] We Vc Ox: restringere Bb Fi An Ly

Ad auctoritatem que ponitur 16 q. ultima c. *Laicis*, respondetur quod laici non possunt statuere aliquid circa dignitates ecclesiasticas immutandas. Possunt tamen statuere plura pro dignitatibus ecclesiasticis defendendis, ad que subditos suos, et non alios a potestate eorum exemptos, possunt constringere, nisi in casu. Cum vero dicitur ‘qui non potest minus nec maius potest’, dicitur quod ista fallit, quia sepe maiora aliqua spectant ad iurisdictionem vel potestatem aliquorum ad quorum iurisdictionem vel potestatem quedam minora non pertinent. In proposito tamen non fallit, quia sicut possunt laici quedam statuere pro defensione ecclesiastiarum dignitatum, ita possunt nonnulla statuere pro defensione fidei orthodoxe.

Ad auctoritatem Innocenti 3<sup>ii</sup> Extra, *De arbitris* respondetur quod arbiter recipit potestatem ordinandi aliquid esse faciendum vel non faciendum, et ideo in rebus spiritualibus laicus arbiter esse non potest. Cum hoc tamen stat quod laicus valeat ordinare ne subditi sui res spirituales invadant vel impugnent.

Ad auctoritatem sumptam de dis. 96 c. *Bene* consimiliter dicitur quod ideo statutum extitit reprobatum quia plura agenda circa electionem summi pontificis et res ecclesiasticas ordinavit. Si autem solummodo statuisset quod nullus sibi subiectus de rebus ecclesie se intromittere, vel electionem summi pontificis impedire, presumeret, statutum suum non fuisset ullatenus reprobatum.

Ad ultimam auctoritatem Innocentii 3<sup>ii</sup> consimiliter dicitur quod laici de rebus ecclesie distribuendis vel expendendis nichil possunt penitus ordinare, non tamen negat quin potestatem habeant statuendi ne res ecclesie a suis subditis invadantur.

---

352 Ad auctoritatem] *supra*, lines 183-188\* 366 Ad...3ii] *supra*, lines 189-195\* 372 Ad...sumptam] *supra*, lines 196-202\* 380 Ad... auctoritatem] *supra*, lines 203-207\*

---

354 ecclesiasticas] *omitted* Ly | immutandas] immutandum We  
 356 suos] *omitted* Ly 361 iurisdictionem] iurisdictionum (*sic*) Bb  
 366 Ad] A We 368 vel...faciendum?] *omitted* Ly 369 Cum...370 stat]  
 Tamen cuilibet cum hoc constat Ly 370 stat] constat Bb  
 372 sumptam...373 consimiliter] 6 dis. de statuto Basiliensi respondetur 16  
 q. ultima c. *Laicis* ubi Ly 373 statutum] Basiliensi *added* We  
 376 solummodo] solum Ly 382 expendendis nichil] exponendis non Ly

**Capitulum 94**

**Discipulus:** Satis disseruisti an questio fidei spectat ad laicos. Ideo nunc dic, secundum quod promisisti, per quem modum videlicet questio fidei spectat ad laicos.  
5 Per hoc enim de predictis magis advertam an aliquid contineant veritatis.

**Magister:** Dicitur quod questionem ventilari de fide multis modis potest accidere.

Aut enim ventilatur questio de aliquo pertinente ad fidem quod apud omnes catholicos tanquam catholicum hactenus extitit divulgatum, puta si aliqui inciperent vertere in questionem an Christus sit verus Deus et verus homo, vel an Christus fuerit natus de virgine, vel an beata vita sit futura, vel aliud consimile de quo notum  
10 fuit apud omnes catholicos, literatos et illiteratos, quod ad fidem pertinet orthodoxam.

Aut ventilatur questio de aliquo quod est a catholica ecclesia explicite approbatum, licet talis approbatio non sit apud omnes catholicos divulgata, puta  
20 si aliqui inciperent vertere in questionem an Salomon fuerit filius Bersabee vel vir eius. Audivi enim a quodam fide digno qui asseruit se fuisse presentem quando quidam magister theologie Parisiensis in scholis publice tenuit quod Bersabee erat uxor Salomonis, dicens illud  
25 quod legitur in genealogia Salvatoris: “*David autem rex genuit Salomonem*” etc. debet sic punctuari: “*David autem rex genuit Salomonem*”, ut ibi sit finis versus, et alius versus sic incipiat: “*Ex ea que fuit Urie Salomon autem genuit Roboam*”. Quamvis ergo hec veritas

---

**94,3** secundum...promisisti] 1 Dial. 6.93.33-34\* 25 legitur] Matthew 1:6 28 alius versus] Matthew 1:6-7

---

**94,2** spectat] Ly: spectet Bb Fi An We 3 laicos] an non added Ly Ideo] omitted Ly | nunc] modo We 4 fidei] ventilari potest seu added Ly 5 enim] autem Ly 7 de...8 fide] omitted Ly 8 accidere] accipere Ly 11 aliqui] modo added We | inciperent] incipiant Ly 12 sit...13 Christus] omitted Bb 13 fuerit] fuit Fi | an<sup>2</sup>] omitted Ly 15 fuit] sit Ly | literatos...illiteratos] licteros et inlicteros We 17 questio] omitted Ly | a] omitted An ab Ly 18 catholica] aliqua Ly 19 divulgata] divulgatos Bb 20 inciperent] incipiant Ly 22 qui] quod Ly presentem] presente Bb 23 theologie Parisiensis] in theologia Parisius Ly | publice] omitted Ly 24 Salomonis] Salamonis Fi | dicens] quod added Ly 25 legitur] dicitur Ly | genealogia] genalogia Bb 26 punctuari] punctari Fi An We 28 incipiat] incipiet Ly 29 autem] omitted Ly

‘Salomon fuit filius Bersabee’ sit ab ecclesia explicite 30  
 approbata, quemadmodum tota scriptura divina est  
 explicite approbata, tamen posset ab insipientibus et  
 iniquis verti in questionem. Sic posset verti in  
 questionem quelibet veritas scripture divine que non est  
 apud omnes catholicos tanquam catholica divulgata. 35  
 Sicut etiam posset verti in questionem an in Christo  
 fuerunt due voluntates, quamvis in Christo non esse duas  
 voluntates sit heresis explicite condempnata.

Aut ventilatur questio de aliquo quod non est ab  
 ecclesia explicite approbatum, nec heresis contraria est 40  
 explicite condempnata. Sic questio fidei inter theologos  
 sepissime ventilatur. Sic ante determinationem ecclesie  
 de processione Spiritus Sancti a Filio inter Grecos et  
 Latinos questio vertebatur.

Loquendo de questione fidei primo modo dicta, 45  
 dicitur quod talis questio multipliciter spectat ad laicos.  
 Uno modo, ut laici veritatem fidei in tali questione apud  
 catholicos divulgatam pro loco et tempore fateantur,  
 quia secundum Apostolum ad Romanos 10 “*corde enim*  
*creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad* 50  
*salutem*”, et ipsa Veritas Luce 9 ait “*qui me erubuerit et*  
*meos sermones, hunc filius hominis erubescet cum*  
*venerit in maiestate sua et Patris et sanctorum*  
*angelorum*”. Ex quibus verbis colligitur quod quilibet  
 fidelis astringitur veritatem fidei sibi notam sollempniter 55  
 confiteri. Quare laici in tali questione fidei veritatem sibi  
 notam confiteri tenentur.

**Discipulus:** Dic michi in quibus casibus laici  
 tenentur veritatem fidei in tali questione simpliciter 60  
 confiteri.

---

49 Romanos 10] Romans 10:10 51 Luce 9] Luke 9:26

---

31 tota] *omitted* Ly 32 posset] potest Ly | et...33 iniquis]  
 nonnunquam Ly 33 Sic] Sicut Ly 34 quelibet] *omitted* Ly  
 35 catholicos] tamen *added* An 36 Sicut] We: Sic Bb Fi An Ly  
 posset] pōt Ly | in questionem] *omitted* Ly | in<sup>2</sup>] *omitted* An  
 37 fuerunt] fuerint Bb Fi We 38 heresis] pro heresi Ly 39 non] nec  
 Ly | ab...40 explicite] implicite Ly 40 contraria] 9(=con-) An *omitted*  
 Ly 41 Sic] Sicut We Ly 42 ventilatur] ventiletur Bb | Sic] Sicut We  
 Ly 47 veritatem...questionem] eandem assertionem Ly 49 enim]  
*omitted* Ww 51 me...52 sermones] erubuerit meos sermones Ly  
 58 michi] *omitted* Ly 59 in...simpliciter] de tali questione simplici Ly

**Magister:** Respondetur quod in duobus casibus laici, sicut et ceteri christiani, ad talem confessionem de necessitate salutis sunt astricti. Primus est quando per omissionem huiusmodi confessionis subtraheretur honor  
65 Dei: quando videlicet per omissionem huiusmodi confessionis alii averterentur a fide, vel converterentur ad hereticam pravitatem.

Secundo sunt laici ad talem confessionem astricti quando per omissionem huiusmodi confessionis fideles  
70 aliquod detrimentum incurrerent, aut subtraheretur fidelibus aliquod subsidium impendendum eisdem. Utpote, si defendentes catholicam veritatem in tali questione mota per confessionem principis ab omni molestia per subditos principis inferenda forent securi,  
75 et per confessionem principis subditi sui provocarentur ad defendendum, iuvandum, et favendum confitentibus catholicam veritatem et impugnantibus hereticam pravitatem, per omissionem autem talis confessionis seu per taciturnitatem subditi principis provocarentur ad  
80 impugnandum defendentes catholicam veritatem, et ad subtrahendum eisdem favorem, auxilium, et consilium opportunum. In hoc casu princeps de necessitate salutis deberet catholicam veritatem circa talem questionem publice confiteri, et consimiliter de aliis laicis est  
85 dicendum.

**Discipulus:** Vellem scire an aliquis doctor modernus, preter doctores auctenticos, concordet cum ista sententia.

**Magister:** Ista videtur esse sententia Thome, 2<sup>a</sup> 2<sup>e</sup>,  
90 q. 3<sup>a</sup>, articulo 2<sup>o</sup>, qui ait: “*Confiteri fidem non semper nec in quolibet loco est de necessitate salutis, sed aliquo loco et tempore, quando scilicet per omissionem huius confessionis subtraheretur honor debitus Deo vel etiam*

---

89 sententia Thome] Aquinas, *Summa theologie*, 2<sup>a</sup> 2<sup>e</sup>, q. 3, art. 2, *Responsio*

---

62 ceteri] omnes Ly | confessionem] questionem Ly 65 Dei] fidei Ly  
66 averterentur] avertuntur We | vel...69 omissionem] *omitted* Fi An  
converterentur] convertuntur We 70 aliquod] ad Fi | subtraheretur] a  
*added* Ly 71 eisdem] *omitted* Ly 72 defendentes] aliquam *added* Ly  
73 ab...75 principis] We Vc Ox Ba: *omitted* Bb Fi An Ly 75 subditi]  
*omitted* Ly 77 impugnantibus] impegnantibus Bb 80 ad] *omitted* Bb  
81 eisdem] eis Ly 87 auctenticos] auctentices Bb Fi | concordet]  
concordat Ly 92 huius] huiusmodi Bb We Ly 93 debitus] *omitted* Ly  
Deo] *omitted* An Dei Ly | vel etiam] et Ly



*utilitas proximis impendenda, puta si aliquis interrogatus de fide taceret, et ex hoc crederetur vel quod non haberet fidem vel quod fides non esset vera, vel alii per eius taciturnitatem averterentur a fide. In huiusmodi enim casibus confessio fidei est de necessitate salutis*". Et post dicit sic: "*Quando honor Dei vel utilitas proximi hoc exposcit, non debet esse contentus homo ut per fidem suam ipsi veritati divine coniungatur, sed debet fidem exterius confiteri*". Et post: "*Dicendum quod in casu necessitatis, ubi fides periclitatur, quilibet tenetur fidem suam aliis propalare, vel ad instructionem aliorum fidelium sive confirmationem, vel ad reprimendum infidelium insultationem*". Et post: "*Si utilitas fidei aliqua prepararetur aut necessitas assit, contempta turbatione infidelium, debet homo publice fidem confiteri. Unde Matth. 15 dicitur quod, cum discipuli dixissent Domino quod pharisei audito eius verbo scandalizati sunt, Dominus respondit 'sinite illos' (scilicet turbari), 'ceci sunt et duces cecorum'*".

Ex quibus verbis colligitur evidenter quod principes et alii laici, sive interrogentur sive non interrogentur, si per omissionem confessionis veritatis eis note circa questionem motam de fide alii a fide vel a defensione necessaria fidei avertantur, vel fideles aliqua dispendia patiantur, de necessitate salutis veritatem eis notam publice confiteri tenentur. Et non solum viri ad confessionem publicam veritatis eis note, sed etiam mulieres, in supradictis casibus obligantur.

**Discipulus:** Quid si prelati ecclesie mandarent laicis quod a tali confessione cessarent?

**Magister:** Respondetur quod si papa et omnes clerici mundi mandarent laicis quod a tale confessione

99 post] *Ibid.* 102 post] *Ibid.* 107 post] *Ibid.* Ad tertium 110 Matth 15] Matthew 15:14

96 haberet] habeat Bb habet Ly | esset] est Ly | vera] *omitted* An 97 eius] *omitted* Fi An Ly 98 enim] *omitted* Fi An Ly 99 sic] quod Ly 100 vel] et Ly 101 ipsi] ipse Ly 103 Dicendum] est *added* Ly 106 confirmationem] firmationem insultationem Bb | reprimendum] recipiendum An 108 prepararetur] prepararetur Ly 110 15] 19 Fi 112 illos] eos Ly 115 interrogentur<sup>1</sup>] interroguntur Fi | interrogentur<sup>2</sup>] interrogantur We 119 patiantur] patientur Ly | eis] *omitted* Ly 125 Magister] *omitted* Fi An | Respondetur...127 cessarent] *omitted* Fi An Ly

cessarent, respondere deberent verbum Petri dicentis  
Act. 5: “*Obedire oportet Deo magis quam hominibus*”.

130 **Discipulus:** Nonne laici debent sequi doctrinam  
prelatorum ecclesie, cum dicat Celestinus papa, ut  
legitur dis. 62 c. 2: “*Docendus est populus, non  
sequendus*” ?

135 **Magister:** Respondetur quod docendus est populus  
in hiis que ignorat, sed quantum ad ea que didicit a fidei  
ecclesia non est ullatenus avertendus.

**Discipulus:** Et quibus credet populus nisi prelati  
ecclesie?

140 **Magister:** Respondetur quod populus magis credet  
scripture divine quam omnibus clericis mundi, quia illa  
scriptura est omnibus mortalibus preferenda. Item, magis  
credet populus toti communitati fidelium precedentium  
quam multitudini existentium in vita presenti, et ideo si  
145 multitudo clericorum recederet ab illis que priores nunc  
regnantes cum Christo concorditer tenuerunt, non essent  
ullatenus audiendi, sed essent penis debitis coercendi.

**Discipulus:** Dixisti unum modum per quem questio  
fidei mota de aliquo apud omnes orthodoxos tanquam  
catholico divulgato spectat ad laicos. Ideo nunc dic  
alium modum secundum opinionem superius recitatam.

150 **Magister:** Dicitur quod questio talis sic secundo  
spectat ad laicos quod pro ipsa questione laici omnes  
astringuntur tenentes, predicantes, docentes, asserentes,  
seu etiam dubitantes assertionem que est contraria  
155 veritati esse veram, et omnes negantes vel dubitantes  
catholicam veritatem taliter divulgatam esse de  
substantia fidei, tanquam excommunicatos et hereticos  
vitare, et pro non prelati habere, et eis nullatenus

---

128 Act 5] Acts 5:29 131 dis...2] D. 2 c. 2 (*Docendus*) col. 415

---

127 deberent] deberet Fi An 128 magis] omitted An 130 ut...131  
legitur] omitted Ly 131 62] 6 We | 2] docendus Ly | populus] papa  
An 134 sed...ea] ab eis autem Ly 135 ullatenus] omitted Ly  
avertendus] advertendus Fi An 136 credet populus] crelus or tribus  
(garbled) Fi 139 mundi] omitted Ly | illa...140 scriptura] scriptura  
divina Ly 143 recederet] We Vc: recederent Bb Fi An Ox recedat Ly  
147 tanquam] a added An 148 catholico] catha<sup>co</sup> Fi | catholico  
divulgato] catholica divulgata Ly 149 superius] prius Ly 151 quod...  
questione] ideo consequenter dicitur quod Ly 152 astringuntur]  
constringantur Ly | docentes] omitted Fi | asserentes] assarentes Fi  
omitted Ly 153 dubitantes] dubitatates Bb debitatos Fi 154 veram]  
omitted Bb 157 eis] omitted Fi An

obedire tenentur. Verbi gratia: si aliqui predicarent, docerent, vel assererent quoquo modo, aut etiam dubitarent Christum non fuisse natum de virgine, vel non fuisse passum, aut non resurrexisse a mortuis, laici omnes tales, etiam si aliquis eorum papali fuisset peditus dignitate, tanquam hereticos et excommunicatos vitare et eis nullatenus obedire tenentur. Quod enim tales sint heretici reputandi ex hiis que dicta sunt supra libro quarto capitulo 11 colligitur evidenter. Quod autem sint excommunicati ex capitulo 81 huius sexti apparet. Ex quibus sequitur luculenter quod laici, scientes papam vel alios clericos predicare, docere, vel qualitercunque tenere aliquam assertionem que catholice veritati apud omnes orthodoxos vulgate contradicit, ei non debent aliquantulum obedire.

**Discipulus:** Quid si principes et alii laici nesciunt per scientiam certam papam tenere vel docere contra talem catholicam veritatem, sciunt tamen papam esse de tali doctrina pestifera publice diffamatum, nunquid ipsum vitare tenentur?

**Magister:** Respondetur quod non propter verba paucorum, sed propter publicam famam laici ad quos talis fama pervenerit papam talia predicantem vitare tenentur, quia ad hoc quod aliquis excommunicatus vitetur sufficit publica fama, Extra, *De sententia excommunicationis c. Cum desideres § Secunde questioni*, ubi Clemens 3<sup>us</sup> dicit in hec verba: “*Secunde questioni hunc finem duximus imponendum, quod, si publica fama est, aliquem verberasse clericum, nec episcopus nec alius communicare sibi debet, nisi ad arbitrium episcopi de hoc se purgaverit, vel ad cautelam absolutionis beneficium consequatur*”. Ergo a simili si publica fama est papam vel alium predicare, docere, vel tenere contra veritatem apud omnes catholicos

158 Verbi...172 obedire] PP\* 165 supra] 1 Dial. 4.11 (OP V)  
167 apparet] 1 Dial. 6.81 182 Extra...184 questioni] X. 5. 39. 15 col.  
1886 (\**Secunde questioni*)

161 laici] autem added Ly 165 sint] sit Fi sunt Ly | sunt] omitted Bb  
supra] omitted Fi An Ly 166 colligitur] celligitur Fi 167 ex] extra An  
81] 61 Ly 171 ei] omitted Ly | non] omitted Bb 173 Discipulus] Dic  
added Ly | Quid] Quod Fi An 174 vel] etiam Fi 179 laici] laicorum  
Ly 181 aliquis] aliquid Bb 183 Cum desideres] Cum desides Fi  
consideres An | §] .S. Fi omitted An Ly | Secunde...184 questioni]  
libro quinto Ly 184 Secunde] tue Ly 185 questioni] questionem Fi An

divulgatam, nec laici nec clerici sibi communicare debent, nisi se purgaverit vel absolutionis beneficium rite et debite consequatur.

195 **Discipulus:** Mirum videtur quod propter famam papa debeat evitari, presertim cum fama probationem non facit, et per consequens nec certitudinem facit. Antequam autem aliquis sit certus papam ab homine vel a iure esse depositum, eum vitare non debet, quia in  
200 dubiis via tutior est tenenda. Tutius autem est obedire quam non obedire quando dubitatur an aliquis sit verus papa. Licet ergo propter famam de papa quod predicet contra talem veritatem catholicam possit quis dubitare an sit verus papa, tamen propter tale dubium non debet  
205 ab obedientia eius recedere.

**Magister:** Respondetur ad hoc quod quamvis per solam famam, quantumcunque publicam, nemo de crimine vincatur, propter famam tamen sunt nonnunquam quedam agenda et aliqua obmittenda. Nam  
210 fama impedit matrimonium contrahendum (Extra, *De consanguinitate et affinitate c. Super eo*), et propter famam est diffamato purgatio indicenda (2 q. 5 c. *Si mala fama*). Sic etiam propter famam est obedientia deneganda.

215 Cum autem dicitur quod in dubiis via tutior est tenenda, respondetur quod ex hoc aperte concluditur quod papa hereticus propter solam famam publicam est vitandus, et ei est nullatenus obediendum. Nam si in dubiis via tutior est tenenda, illa autem via in qua minus  
220 est periculum est tutior reputanda. Ergo via que maiori caret periculo est tenenda. Obedire autem pape heretico et communicare eidem maius habet periculum quam eum vitare et ei minime obedire, quia ex obedientia et communione cum papa heretico immineret periculum  
225 fidei orthodoxe. Tale autem periculum maius est omni periculo quod potest persone pape etiam catholici

---

210 Extra... 211 eo] X. 4. 14. 2 col. 1508 212 2... 213 fama] C. 2 q. 5 c. 16 col. 853

---

193 purgaverit] purgaverint Bb 197 facit<sup>2</sup>] faciat Bb We Ly 198 autem] igitur Ly 199 quia] preterea Ly 200 autem] enim Ly 205 eius] omitted An | recedere] omitted Bb 206 Respondetur...hoc] Dicitur ad primum Ly 212 indicenda] indicanda We | 5] 4 Ww 213 Sic] Sicut We 214 deneganda] denegada Bb 219 in] omitted Ly 224 immineret] imminet Bb Fi We

imminere. Ergo periculum fidei orthodoxe est summe vitandum. Ergo cum propter famam publicam dubitatur an papa inciderit in hereticam pravitatem, vitandus est ne ex communione cum ipso periculum fidei immineat orthodoxe. 230

**Discipulus:** Nunquid propter omnem publicam famam laici tenentur papam hereticum devitare?

**Magister:** Videtur nonnullis probabile quod, quia papa tanquam signum est positus ad sagittam et multos habet offendere, ideo est cautela diligens adhibenda ne criminetur inique. Ita tamen ut caveatur ne delinquere valeat insolenter. Propter quod apparet quod propter famam ab incerto auctore vel certis auctoribus malivolis et maledicis ortam non est papa hereticus a nescientibus ipsum esse hereticum evitandus. Sed propter famam ortam a certis auctoribus bone fame hactenus, presertim qui sint in sacra pagina eruditi, volentibus papam de pravitate heretica accusare, et seipsos ad penam talionis si in probatione defecerint, obligare, est papa hereticus devitandus, etiam antequam in iudicio de heresi convincatur. 235 240 245

**Discipulus:** Dic secundum priorem assertionem an questio fidei de qua nunc est sermo alio modo spectet ad laicos. 250

**Magister:** Dicitur quod questio fidei talis de qua sermo habitus est prius sic spectat ad laicos quod principes seculares et alii laici debent defendere catholicos pravitatem hereticam impugnantem, in tantum quod scientes papam esse hereticum vel ad quos pervenit fama publica modo prefato quod papa est hereticus, tenentur de necessitate salutis in favorem fidei christiane omnes accusantes papam hereticum et ab ipso pro causa heresis appellantes ac ipsum de heresi impugnantem, si possunt, ab omni molestia eis per papam 255 260

---

235 papa...sagittam] Cf. 1 Dial. 7.15 (OP VII)

---

230 ne...communione] *omitted* Bb | communione] communicatione Fi An | cum ipso] eius Ly 233 famam] fama Bb 237 criminetur] criminentur Bb | Ita] ista Bb 238 Propter quod] Igitur Ly 239 vel] *added* We 241 ipsum] eum Ly | hereticum] *omitted* Fi An 242 a] ex Ly 243 sint] sunt Ly | volentibus] valentibus Ly 249 nunc] *omitted* Ly | spectet] spectat We Ly 252 quod] et *added* Ly 255 esse] *omitted* Ly 256 papa] *omitted* An 257 necessitate] q<sup>o</sup> *added* Bb 258 accusantes] accusante Bb | ab...259 pro] pro ipsa Ly

hereticum vel eius complices inferenda et illata defendere.

**Discipulus:** Illa que tractavimus supra in isto sexto a capitulo 16 usque ad c. 52 ad istum modum poterunt applicari, ut videtur. Ideo dic alium modum quomodo questio fidei spectat ad laicos.

**Magister:** Dicitur quod questio fidei talis de qua sermo habitus est prius sic spectat ad laicos quod tractatibus de tali questione, maxime si clericos suspectos habuerint possunt, si voluerint, interesse, quia sicut est tactum prius, quod omnes tangit ab omnibus debet tractari. Talis autem questio fidei tangit omnes, etiam laicos. Ergo laici, maxime curam aliorum gerentes, possunt tractatibus de tali questione fidei interesse.

**Discipulus:** Quamvis de hoc videatur dictum supra cum de generali concilio ageretur, ubi allegationes adduxisti quod laici, si voluerint, possunt generali concilio in quo tractatur de fide catholica interesse, tamen adhuc ad assertionem propositam allegare conare.

**Magister:** Quod laici tractatibus de huiusmodi questione fidei valeant interesse videtur posse probari tali ratione. Illi possunt tractatibus de questione fidei interesse qui loqui de hiis que spectant ad questionem fidei sunt minime prohibendi, quia tales, si non sunt prohibendi, sunt audiendi si loqui voluerint. Sed laici non sunt prohibendi loqui in questione fidei, teste glosa que, super illud ad Thessalonicenses ultimo “*nolite spiritum extinguere*”, ait: “*Id est si cui Spiritus Sanctus*

263 Illa...265 applicari] Possibly this uncorrected reference was scripted at a time when the current 1 Dial. 6.53-55 had not yet been divided from a hypothetical earlier (larger) version of 1 Dial. 6.52.(PP\*) 270 quia...275 interesse] PP\* 271 prius] 1 Dial. 6.85 276 supra] 1 Dial. 6.85 287 glosa] Petrus Lombardus, *Collectanea in Paulum, In epistolam primam ad Thessalonicenses*, c. 5 (PL, t. 192, col. 309B) 288 ad...ultimo] 1 Thessalonians 5:19

263 tractavimus] tractaverimus Fi 264 16] 10 Ly | 52] 25 Ly 267 qua] quali We 269 tractatibus] tractantibus Ly | maxime...274 questione] omitted An 270 voluerint] volunt We 273 etiam] omitted Ly 274 tractatibus] tractatoribus Ly 276 videatur] esse added Ly 280 propositam] predictam Ly 281 tractatibus] tractantibus Ly 282 videtur] nititur Ly | videtur...284 interesse] omitted An 283 questione] omitted Fi 284 loqui] loquitur An 285 tales] tale Bb 287 in questione] questiones Ly 288 que] qua Fi 289 Id est] omitted Fi An Ly

*ad horam quid revelat, nolite prohibere loqui quod sentit quia Deus qui os asine aperuit revelat sepe minori quod melius est*". Ex quibus verbis datur intelligi quod ille in questione fidei loqui prohiberi non debet cui Deus quandoque meliora revelat. Sed Deus quandoque revelat laicis meliora. Unde et David regi, quamvis non esset sacerdos, Spiritus Sanctus quamplurima revelavit. Laicis etiam aliis tam in veteri quam in novo testamento plura ad fidem spectantia catholicam revelata fuerunt. Unde et Christus dicit Matth. 11<sup>o</sup>: "*Confiteor tibi, Pater, Domine celi et terre, quia abscondisti hec a sapientibus et prudentibus, et revelasti ea parvulis*". Ergo laici, maxime in sacra pagina eruditi, a tractatibus de questione fidei que ad omnes pertinet christianos excludi non debent.

**Discipulus:** Ista assertio consuetudini ecclesie repugnare videtur, tum quia ex consuetudine ecclesie ad tractatus fidei solummodo prelati et clerici admittuntur, tum quia secundum rationem precedentem etiam mulieres non essent a tractatibus fidei excludende, cum nonnunquam abscondantur a viris que mulieribus revelantur, et tamen mulieres ad tractatus fidei sunt nullatenus admittende, cum etiam mulieres in ecclesia loqui non debeant sed solummodo domi interrogare viros suos de ignotis, teste Apostolo qui, 1<sup>o</sup> Corinth. 14, ait: "*Mulieres in ecclesiis taceant, non enim permittitur eis loqui, sed subditas esse sicut et lex dicit. Si quid autem volunt discere, domi viros suos interrogent. Turpe est enim mulieri loqui in ecclesia*". Ergo mulieres tractatibus de questione fidei interesse non debent.

**Magister:** Ad primum istorum respondetur quod non est ex consuetudine ecclesie quod ad tractatus fidei

---

299 Matth 11o] Matthew 11:25 314 1o... 14] 1 Corinthians 14:34-35

---

290 quid] quis An | revelat] revelavit Ly | quod sentit] omitted Ww  
 292 datur intelligi] colligitur Ly 293 prohiberi] prohibere Bb Fi An  
 298 catholicam] et ad catholicam fidem Ly 300 quia] qui We  
 302 tractatibus] tractantibus Ly 305 ecclesie] maxime added Ly  
 306 tum...307 admittuntur] We Vc Ox Ba: omitted Bb Fi An Ly  
 308 rationem] assertionem Ly 309 essent] sunt Ly | cum] tum An  
 cum...310 abscondantur] tum quia quandoque quedam absconduntur Ly  
 310 abscondantur] abscondatur Bb Fi An | a viris] auris or avris Bb  
 313 solummodo] loqui An solum Ly 314 1o] ad added Ly | 14] 4 Bb  
 316 et] omitted Ly 318 enim] autem Ww 319 questione] questionibus  
 We Ly

nunquam laici recipiantur, quia, sicut probatum est prius,  
 sepe conciliis generalibus in quibus tractabatur de  
 questionibus fidei imperatores fuere presentes. Sepe  
 325 tamen questiones fidei per solos clericos tractabantur,  
 quia tunc temporis clerici de fide non fuerunt suspecti,  
 qui etiam tunc temporis vita, scientia, et zelo fidei  
 catholice prefulserunt, et laici interesse non curabant,  
 scientes quod questiones fidei sufficienter per clericos  
 330 ad honorem Dei et exaltationem fidei tractabantur. Si  
 tamen principes ex zelo fidei se tractatibus huiusmodi  
 ingessissent, clerici tunc temporis fidei zelatores eos  
 nullatenus repulissent, sed libenti animo audivissent.

Ad secundum respondetur quod mulieres non sunt  
 335 passim ad tractatus fidei admittende. Si tamen sunt  
 aliquae mulieres sapientia, sanctitate, potentia, et  
 virtutibus precellentes, petentes ex zelo fidei audientiam  
 cum questio fidei pertractatur, non sunt ullatenus  
 repellende. Si enim Judith vidua, petens audientiam a  
 340 presbyteris, cum de liberatione patrie tractaretur, non  
 fuit repulsa sed audita, multo magis quanto maior debet  
 esse sollicitudo de salvatione fidei quam de liberatione  
 patrie! Si mulier potentia, sapientia, et sanctitate  
 precellens, ex zelo fidei petierit audientiam cum de  
 345 questione fidei tractatur, repelli non debet sed audiri.  
 Imo nonnunquam cum questio fidei agitur, pro consilio  
 et auxilio optinendo ad mulieres sapientia, sanctitate, et  
 potentia precellentes expedit recursum habere pro  
 questione fidei laudabiliter terminanda, exemplo  
 350 Mardochei, qui pro salvatione populi Dei, auxilium ab  
 Hester regina suppliciter postulavit. Quamvis igitur  
 mulieres non sint passim ad tractatus fidei admittende,  
 non sunt tamen omni tempore repellende, cum questio  
 fidei ad eas pertinere noscatur. In tantum quod, si omnes  
 355 viri diffinirent et assererent esse tenendum quod

---

322 prius] 1 Dial. 6.85

---

322 nunquam] unquam Ly 324 fidei] *omitted* An | fuere] fuerunt Ly  
 325 per] pro Fi 327 etiam...temporis] *omitted* Ly 328 prefulserunt]  
 prefluxerunt An 331 tamen] enim Ly 332 ingessissent] *ingessisset* An  
 333 animo] anime Fi | audivissent] *audivisset* An 335 Si] Sed Bb An  
 338 questio fidei] fides Ly | sunt] *omitted* Bb | ullatenus] *omitted* Ly  
 341 magis] in casu nostro *added* Ly | quanto] magis *added* Fi quia Ly  
 342 esse] *omitted* We | salvatione] salva Bb 344 petierit] *potierit* We  
 347 et<sup>2</sup>] *omitted* Bb Fi An 348 expedit recursum] *expedire cursum* Bb  
 349 terminanda] *terminande* Bb



Christus non fuit natus de virgine, aut quod anime reproborum non cruciantur in inferno, vel aliquid huiusmodi, mulieres deberent resistere, et illa tenere que ab orthodoxis ante didicerant.

Cum vero dicit Apostolus “*mulieres in ecclesiis taceant*” etc., respondetur quod Apostolus loquitur cum ad audiendum verbum Dei conveniunt, volens quod mulieres sic in ecclesiis taceant quod officium docendi non habeant. Et ideo, ubi verbum Dei proponitur a catholico et fideli, licet mulieres ignorent aliqua que proponuntur a predicante, non debent in ecclesiis interrogare que ignorant, sed domi viros suos et alios doctores aut doctos interrogent. Aliter autem est ubi tractatur quomodo fides est servanda et defendenda. Tunc enim possunt nonnullae mulieres esse utiles et causam fidei multipliciter promovere, et ideo a talibus tractatibus non sunt omnes et omni tempore excludende.

**Discipulus:** Spectatne questio fidei alio modo ad laicos?

**Magister:** Questio fidei, cum aliquid apud omnes catholicos tanquam catholicum divulgatum in questione vertitur, sic spectat ad laicos quod prohibere possunt et leges statuere ne aliquis in terris eorum subiectis dominiis contra veritatem taliter divulgatam predicare, docere, vel tenere presumat, exemplo Nabuchodonosor regis qui, quamvis non esset clericus nec prelatus ecclesie, precepit et legem statuit ne quis Deum Sydrach, Misach, et Abdenago presumeret blasphemare. Hoc ex hiis que dicta sunt prius, ubi ostensum est quod laici possunt pro fide leges statuere, colligitur evidenter.

---

356 anime...357 inferno] Allusion to John XXII's *visio beatifica* sermons. (PP\*) 384 prius] 1 Dial. 6.93

---

357 reproborum] damnatorum Ly 359 ante] omitted Ly 360 Apostolus] quod added Ly 361 cum] fideles added We 362 conveniunt] convenerint Ly 363 officium] officio Bb 364 proponitur] proponeretur Ly 366 debent] debet We 367 ignorant] ignorent Fi An | alios] aliquos Ly 368 aut] ut Bb Fi An | autem] omitted Ly 369 servanda] salvanda We 373 alio] alios Fi An 376 catholicum] catholicos Fi questione] questionem We 378 leges] lege Bb | aliquis] omitted Bb 379 dominiis] dominis Bb | predicare] aut added Ly 380 vel tenere] omitted Ly | presumat] presumant Ly | Nabuchodonosor] We: Nabuchd' Bb Nabuch Fi An Nabugodonosor Ly 382 precepit et] omitted Ly | et] omitted Bb Fi | quis] qui Bb 383 Abdenago] Adenago Fi

**Discipulus:** Nunquid possunt laici cohercere transgressores preceptorum et legum suarum huiusmodi?

390 **Magister:** Respondetur quod transgressores huiusmodi, qui a iurisdictione laicorum minime sunt exempti, possunt et debent cohercere. Illos autem qui a iurisdictione laicorum sunt exempti, puta clericos, non possunt regulariter cohercere, in casu tamen possunt.

### *Capitulum 95*

5 **Discipulus:** De hac materia interrogabo te postea. Ideo postquam disseruisti de questione fidei ubi aliquid apud omnes orthodoxos tanquam catholicum divulgatum in questionem vertitur, dic an questio fidei spectet ad laicos cum aliquod catholicum non taliter divulgatum, sed tamen ab ecclesia explicite approbatum in questionem vertitur.

10 **Magister:** Respondetur quod talis questio fidei, postquam laicis constiterit veritas huiusmodi questionis, sic spectat ad eos quod pro loco et tempore veritatem tenentur simpliciter confiteri, scilicet cum honor Dei et utilitas proximi hoc exposcit.

15 Secundo talis questio sic spectat ad laicos quod solos omnes predicantes, docentes, et tenentes pertinaciter contra veritatem huiusmodi questionis vitare tenentur et eis nullatenus obedire. Unde quamvis audirent et scirent papam predicare et docere Pilatum non misisse Christum ad Herodem tempore passionis, aut apostolos et alios credentes de quibus fit mentio Act. 20 2 et 4 ca. fuisse proprietarios et dominos portionum sibi assignatarum, aut Christum in quantum homo mortalis fuisse regem in temporalibus, non debent statim propter hoc papam tanquam hereticum evitare, quantumcunque 25 constaret eis quod talia sunt inter hereses dampnatas explicite computanda. Si tamen scirent eum talia diffinitive docere, ipsum tanquam hereticum vitare deberent.

---

387 preceptorum...388 transgressores] *omitted* An | suarum] suorum Fi  
 389 qui] *omitted* Fi | minime...391 laicorum] *omitted* Ly **Capitulum**  
 95,2 postea] *omitted* Ly 3 aliquid] ad Fi 5 questionem] questione Fi Ly  
 6 aliquod] ad Fi An | taliter] totaliter Ly 8 questionem] questione Ly  
 10 constiterit] contiterit Bb 11 eos] omnes Bb 12 et] vel We Vc 14 ad  
 laicos] *omitted* Bb 15 solos] tales Ly | et] *omitted* Ly 21 2...ca] 4 Ly  
 23 debent] deberent Ly 25 talia] tales Ly 26 computanda] computande  
 Ly | talia] We Vc Ox: *omitted* Bb Fi An Ly

**Discipulus:** Video quod opinio istorum in hac parte dependet ex illis que dicta sunt supra libro quarto, in quo tractatur quomodo de pertinacia debeat quis convinci. 30

**Magister:** Verum dicis, quia quando constat laicis aliquam assertionem de qua est questio esse catholicam vel hereticam, et simul cum hoc constat quod docens, predicans, vel tenens contra catholicam veritatem est pertinax in sua assertionem, per omnia dicunt de questione fidei secundo modo dicta sicut dictum est de questione fidei primo modo dicta. Quia illis duobus suppositis, eisdem modis pertinet questio fidei secundo modo dicta ad laicos quibus modis pertinet ad eos questio fidei primo modo dicta. Verumptamen, quamvis assertio fidei utroque modo dicta predictis modis spectat ad laicos, principalius tamen spectat ad prelatos ecclesie, quibus ex officio suscepto incumbit magis intelligere catholicas veritates et eas frequentius aliis propalare ac circa punitionem hereticorum magis diligenter insistere. 45

### *Capitulum 96*

**Discipulus:** Dic de questione fidei tertio modo dicta, an spectet ad laicos.

**Magister:** Dicitur quod quando aliquid quod non est ab ecclesia explicite approbatum, nec per consequens eius contrarium est explicite condemnatum, vertitur in questionem, laici non tenentur publice confitendo, ordinando, statuendo, prohibendo, precipiendo, se de tali intromittere questione, nisi evidenter adverterent quod aliter grave periculum fidei vel rei publice immineret. Si vero aperte cognoscerent quod ex tali questione fidei 5 10

---

**Capitulum 95,29** Discipulus...32 dicis] PP\* **Capitulum 96,2** tertio...3 dicta] 1 Dial. 6.94.39-44\* 7 non...confitendo] For the absolute right (as contrasted to “duty”) of powerless (*simplices*) lay people endowed “acumine rationis” to participate in such discussions, cf. Ockham, *De dogmatibus* 2, cap. 9 (OP VIII, 100-102)

---

29 Video] Vid'9 Bb 30 ex] ab Ly | supra] omitted Ly 32 quia] quod Ly | quando] We Vc Ox Ba: non Bb Fi An Ly 34 vel] et Ly | et] omitted Ly 35 vel] et Ly 36 assertionem] et added Ly 38 fidei] omitted Ly | suppositis] subpositis Bb 42 dicta] omitted Ly | spectat] spectet Bb Fi An 43 spectat] spectant Fi 44 suscepto] omitted Ly 45 circa] contra Bb Fi An **Capitulum 96,7** questionem] questione Fi | publice] publico Fi 8 prohibendo] omitted Bb 9 adverterent] averterent We 10 vel] etiam added We | Si] quis added An Ly 11 vero] autem We cognoscerent] cognosceret An Ly

seditiones, guerre, et schismata provenirent nisi laici per potentiam temporalem occurrerent, ad ipsos talis questio fidei pertineret.

15 Quod sic ostenditur. Quando pax aliter haberi non potest, est ad regalem providentiam recurrendum. Ergo si ex questione fidei modo predicto oriuntur secte, seditiones, et schismata in communis pacis dispendium, que absque laicorum potentia sedari non possunt, ad  
20 regalem seu laicalem providentiam oportet recurrere, et per consequens, in hoc casu saltem, talis questio spectat ad laicos. Antecedens istius rationis testimoniis et exemplis probatur apertis.

25 Onias enim sacerdos, ut legitur Macchab. 2<sup>o</sup> c. 4, ad regem etiam infidelem se contulit, non ut civium accusator sed communem utilitatem apud semetipsum universe multitudinis considerans. Videbat enim sine regali providentia impossibile pacem rebus dare.

30 Item, ut legitur dis. 17 § *Hinc etiam*, Theodoricus rex, advertens seditiones et dissensiones in clero propter Symachum papam, commisit “*potestati pontificum ut sive propositum vellent audire negotium, sive nollent, quod magis putarent utile deliberarent, dummodo venerandi provisione concilii pax in civitate Romana daretur*”.

35 Ex quibus aliisque quam pluribus patet quod quando ex questione fidei oriuntur divisiones, secte, et schismata que absque laicorum potentia sedari non possunt, necesse est pro pace recurrere ad providentiam  
40 laicalem.

### *Capitulum 97*

---

24 Macchab...4] 2 Macchabees 4:1ss. 29 dis...etiam] *Dictum Gratiani post D. 17 c. 6 (Concilia) col. 91*

---

12 guerre] gwerre Bb bella Ly 15 pax] par An 17 fidei] *omitted* An 20 providentiam] potentiam Ly | recurrere] occurrere Fi An 23 apertis] aperte Ly 24 Onias] Ois Fi An Onizas We | 4] *omitted* Bb 25 etiam] *omitted* Ly | non] *omitted* Bb 26 sed] ut *added* Ly 27 universe] immense Ly 28 impossibile] impossibilem Ly esse *added* We Vc | dare] dari We Ly 29 17] cap. Concilia *added* Ly | §] *omitted* Fi An Theodoricus] Theodorus Ly 30 dissensiones] discensiones Bb 32 negotium] negativum Ly | sive<sup>2</sup>] *omitted* An 33 deliberarent] deliberaret An 34 venerandi] veneranda Bb | pax] consilii *added* Ly 36 pluribus] plurimis Ly 38 potentia] sententia Ly

**Discipulus:** In capitulo 93<sup>o</sup> dixisti tria declaranda circa opinionem dicentem cohercionem pape heretici et aliorum hereticorum in casu speciali ad laicos pertinere. De duobus autem primis sumus, quamvis breviter, expediti. Ideo modo tractemus de tertio, in quo scilicet casu spectet ad laicos cohercio pape heretici et aliorum hereticorum. 5

**Magister:** Sicut dictum est prius secundum quandam opinionem, non eodem modo est de omnibus hereticis sentiendum. Nam hereticorum quidam sunt laici et alii sunt clerici. Laici heretici, etiam quantum ad crimen heresis, sunt de foro iudicis secularis. Heretici autem clerici non sunt de foro iudicis secularis nisi in specialibus casibus. 10 15

**Discipulus:** Nitere ergo probare quod laici heretici sunt de foro iudicis secularis.

**Magister:** Ad hoc allegatum est supra cap. 93<sup>o</sup>.

**Discipulus:** Peto ut ad eandem assertionem aliquas alias allegationes cogitare nitaris. 20

**Magister:** Hoc videtur posse probari primo sic. Ille qui est minister regni Dei precipue habet iudicare peccata que subditi sui committunt in Deum. Reges autem sunt ministri regni Dei, quibus dicitur Sapient. 6: "*Cum essetis ministri regni Illius, non recte iudicastis*" etc. Ergo ad reges pertinet precipue punire peccata que subditi committunt in Deum. Heresis autem est peccatum in Deum. Ergo ad reges spectat hereticos sibi subiectos debita animadversione ferire. 25

Secundo sic. Ille habet punire hereticos sibi subiectos cuius est omne malum iudicialiter dissipare. 30

---

97,18 supra] 1 Dial. 93. 231-242\* 24 Sapient 6] Wisdom 6:5

---

97,2 dixisti] quod added Ly | tria] sunt added Ly 4 aliorum] quorumcunque Ly 5 autem] omitted Bb | quamvis] satis Ly 6 in...7 casu] scilicet in casu An 7 spectet] spectat Ly 10 modo] omitted An 14 in] omitted An 16 Nitere ergo] Intende primo Ly | ergo] primo We Ox 20 allegationes] rationes Ly | nitaris] nitare An 22 regni Dei] domini regis Ly 24 regni] omitted Ly 25 regni] regis Ly 27 subditi] sui added Ly | committunt] comictunt Bb 28 Deum] ergo ad reges pertinet precipue punire peccata que subditi committunt in Deum added dittography An 29 ferire] punire Ly 30 sic] omitted Ly 31 iudicialiter] iudicare vel Ly

Sed hoc interest regis, teste Salomone qui Prov. 20 ait:  
 “*Rex qui sedet in solio iudicii dissipat omne malum  
 intuitu suo*”. Ergo ad regem spectat omnes hereticos sibi  
 35 subiectos debite subdere ultioni.

Tertio sic. Non minorem iurisdictionem optinent  
 reges in novo testamento super sibi subiectos quam  
 habuerunt reges in veteri testamento super sibi subiectos.  
 Sed ad reges in veteri testamento spectabat hereticos,  
 40 idolatras, et blasphemos condigna pena punire. Ergo et  
 hoc spectat ad reges in novo testamento. Maior videtur  
 apparens. Minor exemplis probatur apertis. Nam de rege  
 Asa legitur 3<sup>o</sup> Regum 15 quod “*fecit Asa rectum ante  
 conspectum Domini, sicut David pater eius, et abstulit  
 45 effeminatos de terra, purgavitque universas sordes  
 idolorum, que fecerant patres eius. Insuper et Maacham  
 matrem suam amovit, ne esset princeps in sacris Priapi  
 et in luco eius, quem consecraverat subvertitque specum  
 eius, et confregit simulacrum turpissimum*”. Ex quibus  
 50 verbis habetur aperte quod rex Asa de idolatris, qui erant  
 inter hereticos computandi, zelo Dei fecit iustitiam.  
 Item, ut patet 4<sup>o</sup> Regum 10, Iehu omnes prophetas Baal  
 occidit.

Quarto sic. Si laici quoad crimen heresis a  
 55 iurisdictione regum et principum sunt exempti, aut ista  
 exemptio est a iure divino aut a iure humano. Non a iure  
 divino, quia de tali exemptione in scripturis sacris in  
 quibus continetur ius divinum nichil penitus invenitur.  
 Ergo talis exemptio non est a iure divino. Nec est a iure  
 60 humano, quia si est a iure humano, aut ergo a iure

---

32 Prov 20] Proverbs 20:8 43 3o...15] 1 Kings 15:11-13 52 4o...10] 2  
 Kings 10:18-28

---

32 Sed] in *added* Bb Fi An | hoc] *omitted* We | regis] omne malum  
 iudicialiter dissipare *added* We Ba | ait] dicit An Ly ut *added* An  
 34 regem] ipsum Ly 35 subdere ultioni] punire Ly | ultioni] ultionem  
 An 36 Non...38 subiectos] Ad eosdem spectat hereticos in nova lege  
 punire a quos in veteri lege idolatras et blasphemos condigna pena punire  
 spectabat Ly 40 et<sup>1</sup>] We Ba Es Fr: *omitted* Bb Fi An Ly Ox | condigna]  
 cum digna Fi An | Ergo...41 spectat] *omitted* Bb 41 videtur] esse  
*added* An 43 Asa<sup>2</sup>] *omitted* Ww | ante...44 conspectum] in conspectu  
 Ly 46 fecerant] fecerunt Ly | Maacham] Ly: Maacha Bb Fi We Macha  
 An 48 et] Ly: *omitted* Bb Fi An We | luco] loco Bb Fi An  
 subvertitque] subvertitque Bb An 49 quibus] his Ly 50 de idolatris] de  
 de (*sic*) ydolatria Bb 51 Dei] fidei Fi An 52 Iehu] Hieu Ly rex *added*  
 We 56 aut] *omitted* Fi 59 est<sup>2</sup>] *omitted* Ly 60 aut...61 humano<sup>1</sup>]  
*omitted* An aut est a iure Ly

humano canonico, aut a iure humano civili, iure videlicet regum et principum et secularium potestatum vel universitatum. Non est autem talis exemptio a iure canonico, quia conditores iuris canonici, sicut non debent minuere iurisdictionem secularium (Extra, *De iudiciis* c. *Novit*), ita non debent subiectos secularium ab eorum iurisdictione eximere. Nec talis exemptio est a iure civili secularium, quia in iure civili de tali exemptione non legitur. Et ita laici a iurisdictione regum et principum quoad crimen heresis minime sunt exempti. 65 70

Quinto sic. Non minus est de foro iudicis secularis laicus hereticus quam clericus hereticus degradatus. Sed clericus hereticus, quam cito est degradatus, sic est de foro iudicis secularis quod est per eum debite puniendus. Ergo laicus hereticus simpliciter et semper est de foro iudicis secularis, et per consequens iudex laicus potest et debet punire laicos hereticos. 75

**Discipulus:** Tenentne omnes quod laici quoad crimen heresis sunt de foro iudicis secularis?

**Magister:** Multi tenent quod laici heretici quo ad crimen heresis non sunt de foro iudicis secularis antequam a iudice ecclesiastico foro iudicis secularis relinquuntur. 80

**Discipulus:** Pro ista assertione aliquas allegationes adducas. 85

**Magister:** Ista assertio videtur expresse de intentione Lucii pape qui, ut habetur Extra, *De hereticis* c. *Ad abolendam*, ait: “*Laicus autem, nisi, prout dictum est, abiurata heresi et satisfactione exhibita confestim ad fidem confugerit orthodoxam, secularis iudicis arbitrio relinquatur, debitam recepturus pro qualitate* 90

65 Extra...66 Novit] X. 2. 1. 13 col. 531 87 Extra...88 abolendam] X. 5. 7. 9 col. 1673

61 a] omitted We | humano<sup>2</sup>] omitted An Ly | iure<sup>2</sup>] omitted Ly  
62 et<sup>2</sup>...potestatum] secularium aut pontificum Ly 63 autem] omitted Ly  
64 sicut] sic Ly 65 minuere] imminere An 66 ita] itaque Ly 69 a iurisdictione] ad iurisdictionem Bb Fi An 72 degradatus] omitted Ly  
73 est<sup>1</sup>] omitted Bb 75 hereticus...et] omitted Ly | simpliciter] si<sup>r</sup> An et] etiam Fi 76 iudicis] iudis Bb 79 de] We Vc Ba Es Fr: sub Bb Fi An Ly | secularis] antequam a iudice ecclesiastico foro iudicis secularis relinquuntur added Ly 80 laici...83 relinquuntur] non Ly | quo] We Vc Ox: quantum Bb Fi An 88 nisi] a Bb 90 confugerit] confugit Ly 91 recepturus] excepturus Bb recep-- gap (for “turus”) An

95 *facinoris ultionem*". Ex quibus verbis datur intelligi quod laicus iudex laicum hereticum punire non debet antequam sibi ab ecclesiastico iudice relinquatur. Hinc etiam glosa ibi concordare videtur dicens: "*Laici enim per ecclesiam condemnandi sunt de heresi sed iudex secularis illos punire debet*". Laici ergo heretici, antequam per ecclesiam fuerint condemnati, non spectant ratione heresis ad forum iudicis secularis.

100 Item, sicut cause seculares non spectant ad iudices ecclesiasticos, ita cause ecclesiastice non spectant ad iudices seculares. Causa autem heresis est causa ecclesiastica, teste glosa que, 11 q. 1 § 1, notat dicens: "*Causarum alia ecclesiastica alia secularis. Ecclesiasticarum alia spiritualis alia criminalis alia civilis. Spiritualis est ubi agitur de decimis vel matrimoniis. Criminalis ubi agitur de crimine ecclesiastico, scilicet heresis, vel usurarum cuius examinatio spectat ad iudicem ecclesiasticum, ut infra eadem Si quis cum clerico et 6 q. 2 c. 1*". Ex quibus verbis datur intelligi quod causa ecclesiastica spectat ad iudicem ecclesiasticum, et per consequens non spectat ad iudicem secularem. Causa autem heresis est causa ecclesiastica, sicut in verbis predictis habetur expresse.

115 Ergo causa heresis non spectat ad iudicem secularem, et ita iudex secularis laicos hereticos, antequam fuerint per ecclesiam condemnati, punire non debet.

**Discipulus:** Quamvis istam assertionem secundam reputem consonam veritati, tamen qualiter contingat

---

95 glosa] *Ibid.*, s.v. laicus col. 1674 103 glosa] *Dictum Gratiani ante C.* 11 q. 1 c. 1 s.v. quod clericus col. 1188 110 Si...clerico] *C.* 11 q. 1 c. 45 col. 1211 | 6...1] *C.* 6 q. 2 c. 1 (*Episcopus*) col. 1065

---

92 facinoris] facinorum Ly 93 laicum...94 iudice] *omitted* Fi 94 sibi] *omitted* We | Hinc] Huic Ly 95 ibi] *ibidem* We *omitted* Ly | dicens] do<sup>9</sup> An 96 condemnandi] *contempnandi* An *damnandi* Ly 97 punire] non *added* We | Laici] *omitted* Ly 98 fuerint] *fuerunt* Ly 99 ratione... 100 spectant] *omitted* Bb 101 ecclesiasticos...102 iudices] *omitted* An ita...102 seculares] sic nec cause ecclesiastice pertinent ad iudices seculares Ly 102 Causa autem] *Sed* Ly 103 11] 2 Ly | 1<sup>1</sup>] *omitted* We | § 1] *omitted* Ly | dicens] *omitted* Ly 104 alia<sup>1</sup>] *est added* Bb Fi An | secularis] *et added* Ly 105 alia<sup>1</sup>] *est added* Ww | alia<sup>2</sup>] *est added* Fi 106 civilis] *alia added* Bb | agitur] *ageretur* Ly 107 matrimoniis] *matrimonio* An | Criminalis] *vero added* Ly 109 ut] *omitted* Ww *infra*...110 eadem] sic Fi An 110 eadem] *omitted* Ly | et] 2 ("et" sign) An | q] c. An | 2] 1 Ly



respondere ad motiva istius assertionis secunde libenter 120  
audirem.

**Magister:** Respondetur quod, quia secundum  
Gregorium, ut recitatur dis. 29 c. *Regule*: “*Regule*  
*sanctorum patrum pro tempore, loco, et persona et*  
*negotio instante necessitate tradite sunt*”, cui concordat 125  
Isidorus, ut habetur dis. eadem c. 1, dicens: “*Sciendum*  
*est quod pluraque capitula ex causa, ex persona, ex*  
*loco, ex tempore consideranda sunt, quorum modi, quia*  
*medullitus non indagantur, in erroris labyrinthum*  
*nonnulli intrinsecando impinguntur, cum ante iudicant*  
*quam intelligant*”. Ideo auctoritas Lucii pape et aliorum 130  
dicta, ex qua causa et pro quo tempore intelligenda sunt  
videre oportet. Quo viso, patebit quod iudices seculares  
laicos hereticos sibi subiectos poterunt cohercere.

Dicitur igitur quod ideo Lucius papa asserit laicum 135  
hereticum, nisi ad fidem confugerit orthodoxam,  
secularis iudicis arbitrio relinquendum, quia pro tempore  
illo, et forte semper fuit ita, iudices seculares de  
hereticis, antequam essent ab ecclesiastico iudice  
condempnati, se nullatenus intromiserunt. Propter 140  
negligentiam igitur secularium iudicum ecclesia de  
hereticis laicis se intromisit, inquirendo et convincendo  
ipsos, sed penam noluit eis inferre, sed voluit quod pena  
debita inferretur per iudicem secularem. Sicut igitur  
iudex ecclesiasticus sepe supplet negligentiam iudicis 145  
secularis, et nonnunquam compellit eundem iustitiam  
exercere, ita tunc et modo facit ecclesia circa laicos  
hereticos, quos tamen iudices seculares possent debite  
cohercere.

---

123 dis...Regule<sup>1</sup>] D. 29 c. 2 col. 187 126 dis... 1] D. 29 c. 1 (*Sciendum est*), col. 187

---

122 quia] *omitted* Ly 123 Regule<sup>1</sup>] *omitted* An Regula We  
124 tempore] pro *added* Bb Fi An We et *added* Ly | et<sup>2</sup>] *omitted* We  
127 pluraque] plura Ly | ex causa] tam Ly 128 ex] et Bb Fi An We et  
ex Ly 129 labyrinthum] laborinthum Bb laborintum Fi laborantium An  
laberinthumWe Ly 130 intrinsecando] Ly: interdendo Bb it'di edo Fi An  
intradendo We | impinguntur] impingunt Ww 131 auctoritas]  
auctoritates Ly | et aliorum] *omitted* Bb | aliorum] maiorum Ly  
132 pro] fine et Ly 134 hereticos] *omitted* An | poterunt] poterat An  
135 asserit] negat Ly 138 illo] *omitted* Ly | ita] quod *added* Ly  
143 sed<sup>1</sup>] nullam *added* Ly | penam] debitam *added* We | noluit] nollit  
An voluit Ly 145 supplet] subplet Bb propter Ly 146 et] *omitted* Ly  
147 tunc] *omitted* Ly | circa] *omitted* Ly | laicos] punire *added* Ly

150 Cum ergo dicit glosa quod laici per ecclesiam  
condempnandi sunt de heresi, verum dicit, quia iudices  
seculares de facto, quamvis de iure possent, inquirere et  
corrigere laicos hereticos sibi subiectos omittunt. Et ideo  
ne heretici laici remaneant impuniti in perniciem  
155 fidelium et periculum fidei orthodoxe, iudex  
ecclesiasticus supplebit negligentiam iudicum  
secularium, de ipsis inquit, ipsosque convincit et  
dampnat, iniungens iudici seculari quod eos debita pena  
precellat. Et ad hoc insinuandum glosa predicta post  
160 verba prescripta immediate subnectit hec verba: “*Nec  
traditur laicus curie seculari sed clericus solummodo,  
infra De verborum significatione c. Novimus, quia laicus  
semper est de foro seculari*”. Ex quibus verbis datur  
intelligi quod laicus non est exemptus a foro seculari  
165 etiam pro crimine heresis. Sed cum iudex secularis  
laicos hereticos neglexerit cohercere, dampnandi sunt  
primo a iudice ecclesiastico, et postea compellendus est  
iudex secularis punire eosdem. Et propter hoc subiungit  
glosa ibidem: “*Sed in casu isto sententia debet ferri per  
170 ecclesiam executio fit solummodo per secularem  
iudicem*”. Hoc est, quamvis condempnatio valeat fieri  
per iudicem ecclesiasticum, supplementem in hoc  
negligentiam iudicis secularis, tamen executio punitionis  
fieri debet a seculari iudice tantummodo.

175 Cum vero alia glosa dicit quod causa heresis est  
causa ecclesiastica, conceditur quantum ad clericos, quia  
clerici heretici non sunt de foro iudicis secularis nisi in  
quibusdam casibus determinatis. Quantum ad laicos

---

**160** subnectit] X. 5. 7. 9 s.v. laicus col. 1674 **162** De...Novimus] X. 5.  
40. 27 col. 1953 **168** subiungit... 169 ibidem] X. 5. 7. 9 s.v. laicus col.  
1674

---

**151** dicit] de facto added Ly **152** de facto] omitted Ly **153** subiectos]  
id tamen de facto sepe added Ly | omittunt] emittunt Fi **154** perniciem]  
preiudicium Ly **156** supplebit] supplendo We supplet Ly  
**157** secularium] et added Ly | ipsosque] eosque quos Ly | et] omitted  
Ly **159** insinuandum] insinuendum Bb | post... 160 prescripta] omitted  
An **160** prescripta] predicta Fi | immediate] post added Ly | subnectit]  
subiungit Ly | hec...Nec] hoc verum nisi ubi Ly **161** curie] u'e (=urie)  
Fi cirie An **163** verbis] omitted Bb Fi An **165** etiam] omitted We Ly  
Sed cum] Si tamen We **166** hereticos] h<sup>ces</sup> An omitted We | neglexerit]  
negligeret Ly | sunt] omitted An **169** sententia... 170 ecclesiam]  
omitted Ww **171** est] quod added Ly **172** supplementem] supplendum Fi  
**176** clericos] hereticos added Ly

autem, causa heresis est causa secularis et est causa ecclesiastica, quia iudex secularis habet punire laicos hereticos, et ideo est causa secularis. Est etiam aliquo modo causa ecclesiastica, quia iudex ecclesiasticus, supplendo negligentiam iudicis secularis, potest laicos hereticos condempnare. 180

**Discipulus:** Istud apparentia carere videtur. Nam crimen heresis nullo modo est crimenulare. Tum quia committitur directe in Deum, tum quia est peccatum in religione christiana solummodo, tum quia apud iudices seculares paganos non esset crimen. Ergo nullo modo est crimenulare. Ergo est solummodo crimen ecclesiasticum. Ex quo patenter infertur quod solummodo ad ecclesiasticum iudicem spectat. 185 190

**Magister:** Respondetur quod licet crimen heresis sit solummodo crimen ecclesiasticum et nonulare, tamen spectat ad iudicem secularem, quia ad iudicem secularem non tantum spectat punire crimina secularia sed etiam crimina commissa in Deum et in personas et res ecclesiasticas. Hoc enim habet omnis lex et secta, quod reges et principes distincti a sacerdotibus non solum puniunt crimina secularia sed etiam crimina que reputant in deum vel deos suos et in sectam suam commissa. Propter hoc etiam reges in veteri testamento idolatras punierunt. Imperatores et iudices paganorum christianos tanquam contra deos suos et sectam graviter delinquentes acerbissime persecuti fuerunt. 195 200 205

Sic etiam reges christiani homicidas sacerdotum et furantes res ecclesiasticas plectunt pena debita, et tamen homicidium sacerdotis et furtum rei ecclesiastice sunt crimina ecclesiastica. Ergo multa crimina ecclesiastica 210

---

179 est<sup>2</sup>] etiam Ly 181 hereticos] *omitted* Fi | Est] Et We  
 185 apparentia] apparentiam Bb 187 est] *omitted* Bb Fi An  
 188 religione christiana] religionem christianam Ly 189 esset] est We  
 190 est<sup>2</sup>] *omitted* Fi An 191 ecclesiasticum] ecclesiasticorum Bb  
 Ex...192 ecclesiasticum] *omitted* Fi 192 spectat] spectant Fi An  
 193 Magister...194 ecclesiasticum] et non ad secularem. **Magister:** Licet  
 crimen sit ecclesiasticum Ly | Magister...195 secularem] *omitted* Fi An  
 195 iudicem<sup>2</sup>] *omitted* Fi 197 in<sup>2</sup>] ita Fi | et<sup>2</sup>] in *added* Ly 200 etiam]  
 puniunt *added* We 201 vel] in *added* Ly | suam] *omitted* Ly  
 202 commissa] et *added* We | etiam] enim We 203 etiam] *omitted* Bb  
 et] We Vc Ox Ba Fr: *omitted* Fi An Ly 205 persecuti] secuti Fi  
 206 fuerunt] sunt Ly 207 et] Ly Vg<sup>2</sup>: *omitted* Bb Fi An We 209 sunt...  
 210 ecclesiastica<sup>1</sup>] *omitted* Bb 210 multa] *omitted* Bb

ad secularem iudicem spectant, et ita per hoc quod  
 crimen heresis est crimen ecclesiasticum et in Deum  
 committitur probari non potest quod ad iudicem  
 secularem minime spectat. Et huic Augustinus  
 215 concordare videtur qui, ut legitur 23 q. 5 c. *Si propterea*,  
 ait: “*Si propterea persecutor non fuit Nabuchodonosor*;  
*quia scelus in sanctum Daniele commissum iustissime*  
*vindicavit, quomodo vindicandum est a regibus quod*  
 220 *Christi sacramenta exsufflantur, si prophete membra,*  
*quia in periculum missa sunt, sic vindicari meruerunt”*.  
 Ex quibus verbis datur intelligi quod multo magis  
 vindicandum est a regibus peccatum quod in Deum  
 committitur quam peccatum quod in prophetam vel  
 sacerdotem committitur. Si ergo rex potest et debet  
 225 absque requisitione prelatorum punire homicidam  
 sacerdotis sibi subiectum, multo magis potest et debet  
 debita animadversione ferire sibi subiectos si per  
 pravitatem hereticam divinam offenderint maiestatem.

### *Capitulum 98*

**Discipulus:** Postquam indagavimus de hereticis laicis  
 an iudicio regum et secularium iudicum absque requisitione  
 prelatorum ecclesie sint subiecti, vertamus stilum ad clericos  
 5 hereticos, et specialiter ad papam hereticum, an in aliquo  
 casu papa vel alius clericus hereticus per iudicem secularem  
 debeat coherceri, licet iudex secularis super hoc a prelatis  
 ecclesie minime fuerit requisitus.

**Magister:** Circa hoc sunt opiniones diverse, quarum  
 10 una est quod de clericis hereticis quibuscunque, laici, nisi per  
 prelatos ecclesie fuerint requisiti, in nullo casu se intromittere  
 debent. Alia est opinio quod laici, deficiente ecclesiastica  
 potestate, de clericis, etiam de papa heretico, possunt  
 diffinitivam proferre sententiam, et executioni eandem  
 15 sententiam mandare. Tertia est quod, deficiente ecclesiastica  
 potestate, laici possunt et debent papam hereticum, et eadem

215 23...propterea] C. 23 q. 5 c. 34 col. 1783

214 Et] *omitted* Ly 215 qui ut] prout Ly 216 non] *omitted* An  
 Nabuchodonosor] We: Nabuch' Bb Nabuch Fi Nabug' An  
 Nabugodonosor Ly rex added Ww 223 vel] in *added* Ly  
 225 requisitione] inquisitione Ly 228 divinam] Dei Ly **Capitulum**  
**98,3** requisitione] inquisitione Ly 5 hereticos] *omitted* Ly 7 licet] si Ly  
 10 quod] nec *added* Ly | hereticis] nec *added* Ly | quibuscunque] aliis  
*added* Ly 13 etiam] et An 15 mandare] Ba Vc Esm: demandare Bb We  
 Ly demandare Fi An | Tertia est] Tertia opinio est hec Ly

ratione alios clericos hereticos, detinere et, ne virus sue iniquitatis effundant in alios prohibere, sed diffinitivam contra ipsum vel ipsos non debent nec possunt proferre sententiam, nec per consequens talem sententiam executioni mandare. 20

**Discipulus:** Pro prima opinione, quam puto veram, allega.

**Magister:** Hec videtur esse sententia Lucii pape qui, ut legitur Extra, *De hereticis c. Ad abolendam*, ait: “Statuimus insuper ut comites, barones, rectores et consules civitatum et aliorum locorum, iuxta commonitionem episcoporum, prestito corporaliter iuramento, promittant quod fideliter et efficaciter, cum ab eis fuerint requisiti, ecclesiam contra hereticos et eorum complices adiuvabunt bona fide iuxta officium et posse suum. Si vero id observare noluerint, honore quem optinent spolientur, et ad alios nullatenus assumantur, eis nichilominus excommunicatione ligandis, et terris ipsorum interdicto ecclesie supponendis. Civitas autem que his institutis duxerit resistendum, vel contra commonitionem episcopi punire neglexerit resistentes, aliarum careat commercio civitatum, et episcopali se noverit dignitate privandam”. Ex quibus verbis datur intelligi quod laici et iudices seculares de punitione clericorum se intromittere non debent nisi per prelatos ecclesie fuerint requisiti. 25 30 35 40

Cui concilium generale sub Innocentio 3<sup>o</sup> celebratum, ut legitur supradicto c. *Excommunicamus*, concordare videtur, in quo sic scribitur: “Moneantur autem et inducantur, et si necesse fuerit, per censuram ecclesiasticam compellantur seculi potestates, quibuscunque fungantur officiis, ut, sicut 45

---

**Capitulum 98,25** De...abolendam] X. 5. 7. 9 col. 1674 42 supradicto... Excommunicamus] X. 5. 7. 13 col. 1672 (*misprint for 1682*)

---

18 diffinitivam] diffinitiva An 20 talem] omitted Ly 25 legitur] habetur Ly 26 insuper] de hereticis Ly | comites] omitted An 27 commonitionem] monitionem Ly 28 iuramento] sacramento Ww quod...29 efficaciter] In **We Scriptor 13<sup>us</sup>** begins his copywork with these words (at fo. 137r line 1) and will continue until 1 Dial. 7.2 (fo. 146v final line) 29 requisiti ecclesiam] exquisiti ecclesia Bb 30 eorum] horum Ly | iuxta...31 et] secundum Ly 31 id] illud Ly | noluerint] nollunt Fi vellent An 32 et] omitted Bb Fi An | alios] illos Ww 33 et] omitted Ly 34 ipsorum] eorum Ww 35 commonitionem] We: monitionem Bb Fi An Ly 36 neglexerit] neglexerint An 37 noverit] novit An dignitate] dignitatem Fi 38 quibus] his Ly 39 clericorum] hereticorum added We 40 debent] debet An 41 3o] papa added Ly 43 sic] sicut Fi | autem] inquit Ly

reputari cupiunt et haberi fideles, ita pro defensione fidei  
 prestant publice iuramentum quod de terris sue iurisdictioni  
 subiectis universos hereticos ab ecclesia denotatos bona fide  
 pro viribus exterminare studebunt, ita quod amodo,  
 50 quandocunque quis fuerit in potestatem sive perpetuam sive  
 temporalem assumptus, hoc teneatur capitulum iuramento  
 firmare. Si vero dominus temporalis, requisitus et monitus ab  
 ecclesia, terram suam purgare neglexerit ab heretica feditate,  
 55 per metropolitanum et ceteros comprovinciales episcopos  
 excommunicationis vinculo innodetur” etc. Ex quibus verbis  
 datur intelligi quod punitio hereticorum non spectat ad laicos  
 nisi fuerint per ecclesiam requisiti.

### Capitulum 99

**Discipulus:** Ista michi sufficiunt pro assertione predicta,  
 presertim cum clerici a iurisdictione laicorum sint exempti.  
 Sane, quia opinio secunda et tertia in hoc concordant quod  
 5 laici, deficiente ecclesiastica potestate, possent papam  
 hereticum, et eadem ratione alios clericos hereticos, detinere  
 et etiam prohibere ne valeant in alios hereticam effundere  
 pravitatem, de hoc solo, omissis aliis in quibus discrepant  
 opiniones predictae, disserere non postponas.

10 **Magister:** Assertionem istam magis intelliges si tibi  
 fuerit declaratum quomodo intelligitur ecclesiasticam posse  
 deficere potestatem.

**Discipulus:** Dic ergo quomodo hoc debet intelligi.

15 **Magister:** Quod papa existente heretico ecclesiastica  
 potestas deficiat quattuor modis potest intelligi, videlicet per  
 impotentiam, per malitiam, per dampnabilem negligentiam,  
 et per ignorantiam.

---

**Capitulum 99,14** Quod] The text of lines 14-127\* is found almost  
*verbatim* in Q (GF, pp. 946-949).

---

48 denotatos] dampnatos Ww 49 exterminare] extirpare We  
 studebunt] studerunt Bb 50 quis] aliquis Ly | perpetuam] pe<sup>am</sup> Bb per  
 penam Fi An | perpetuam sive] per potentiam Ly 51 assumptus] fuerit  
 added We | capitulum] totum Fi An Ly | iuramento] Bb: iuramentum  
 Fi Ly iura totum An iurando We 53 feditate] faditate Bb feritate Ly  
 54 et ceteros] vel Ly 55 verbis] omitted Bb Fi An 56 non] nec Bb Fi  
 An **Capitulum 99,2** sufficiunt] sufficient Ly 3 laicorum] laiorum Ly  
 5 possent] poss<sup>t</sup> Bb pñt Fi An possunt We habent Ly 7 etiam] omitted  
 An | ne] ut non Ly | effundere] infundere Ly 8 omissis] omisos Fi  
 omissos An 9 disserere] dicere Ly 10 istam] dictam Ly | tibi] omitted  
 Ly 11 intelligitur] intelligant Ly 13 ergo] omitted Ly 14 existente]  
 effecto Ly 16 impotentiam] potentiam Fi

Per impotentiam quidem si papa hereticus tanta uteretur  
 potentia temporali quod nullus prelatus ecclesie, nec diocesis  
 in qua papa hereticus moraretur nec alius, posset ad brachium  
 recurrere seculare, utpote si omnes prelatos catholicos teneret  
 in vinculis vel modis aliis impediret ne ad seculare volarent  
 auxilium. Alio modo posset ecclesiastica potestas deficere  
 per impotentiam, puta si aliqui prelati catholici impotentes et  
 pauperes requirerent laicos aliquos pro papa heretico  
 coercendo, et illi nollent eos iuvare.

Secundo potest intelligi deficere potestas ecclesiastica  
 per malitiam, puta si omnes prelati ecclesie et clerici pape  
 heretico adhererent, eius errores vel personam pro viribus  
 defendendo.

Tertio posset deficere ecclesiastica potestas per  
 dampnabilem negligentiam, utpote si prelati et clerici qui  
 possent per se vel invocato auxilio brachii secularis papam  
 hereticum coercere, et tamen exaltationem fidei nullatenus  
 attendentes, ipsum permetterent libere in suis erroribus  
 remanere.

Quarto posset deficere ecclesiastica potestas per  
 ignorantiam, utpote si prelati ecclesie, saltem multi, qui  
 possent papam hereticum coercere, nescirent ipsum in  
 pravitate hereticam incidisse.

Istis quattuor modis, papa existente heretico, potest  
 intelligi ecclesiastica potestas deficere.

**Discipulus:** Intelligo quomodo dicunt ecclesiasticam  
 potestatem posse deficere. Ideo nunc allega pro assertione  
 prefata.

**Magister:** Quod deficiente ecclesiastica potestate aliquo  
 predictorum modorum laici valeant papam hereticum  
 captivare, et ne pravitate heretica inficiat alios prohibere,  
 multis modis, tam scilicet aliorum testimoniis quam  
 rationibus, videtur posse probari. Hoc enim glosa dis. 17 c.  
*Nec licuit* sententialiter et verbaliter videtur asserere. Ait

---

50 glosa] D. 17 c. 4 col. 90 s.v. per seculares

---

18 impotentiam] potentiam Bb An 19 temporali] dicitur uno modo  
 added Bb | quod] ut Ly | nec] illius added Ly 21 teneret] tenent An  
 23 posset] potest Ly 26 nollent] nolunt Fi 27 Secundo] modo added  
 Ly 29 adhererent] adherent Fi 31 posset] potest Ly 33 vel] We: et  
 Bb Fi An omitted Ly 34 exaltationem] conultationem Ly  
 35 attendentes] accusantes An vel non accusantes added Ly  
 permetterent] permittant Ly 37 posset] p' Bb Fi An We pöt Ly 41 Istis]  
 Isti Bb | existente] existento Fi 51 Nec] Non Ww

enim: “*Ubicunque deficit ecclesiastica potestas semper  
recurritur ad brachium seculare*”. Sive ergo deficiat  
ecclesiastica potestas per impotentiam, sive per malitiam,  
55 sive per dampnabilem negligentiam, sive per ignorantiam,  
cohercio pape heretici, ne valeat fideles inficere, ad laicos  
catholicos pertinebit.

Item, hec videtur esse sententia Isidoris qui, ut legitur 23  
q. 5 c. *Principes*, ait: “*Principes seculi nonnunquam intra  
60 ecclesiam potestatis adpente culmina tenent, ut per eandem  
potestatem disciplinam ecclesiasticam muniant*”. Ubi dicit  
glosa in hec verba: “*Laici habent iurisdictionem multipliciter  
intra ecclesiam. Quandoque in personis ipsis, cum sint  
incurribiles, ut 32 dis. c. Eos qui, et infra eadem q. c. De  
65 Liguribus. Item quandoque propter ambitionem alicuius ut 79  
dis. c. Si quis pecunia. Item, cum fidem volunt subvertere ut  
dis. 8 c. Quo iure, et supra eadem c. 1 et dis. 17 c. Nec licuit*”.  
Et infra: “*Item cum falsarius est clericus ut Extra, De crimine  
falsi c. Ad falsariorum. Item cum et schisma faciunt clerici et  
70 cum contemnunt excommunicationem, ut infra eadem q. c. De  
Liguribus. Item et ubicunque ecclesiastica potestas deficit, ut  
hic. Item et cum tributum petunt ab ecclesia ut infra eadem q.  
8 c. Convenior*”. Ex quibus verbis habetur non solum

---

**58** 23...59 Principes<sup>1</sup>] C. 23 q. 5 c. 20 col. 1777 **62** glosa] Ibid., col. 1778 s.v. intra ecclesiam **64** 32...qui] D. 32 c. 10 col. 211 | c<sup>2</sup>...65 Liguribus] C. 23 q. 5 c. 43 col. 1787 **65** 79...66 pecunia] D. 79 c. 9 col. 503 **67** dis<sup>1</sup>...iure] D. 8 c. 1 col. 27 | supra...1] C. 23 q. 5 c. 1 (*Circumcelliones*) col. 1765 | dis<sup>2</sup>...licuit] D. 17 c. 4 col. 90 **68** Extra...69 falsariorum] X. 5. 20. 7 col. 1751 **70** c...71 Liguribus] C. 23 q. 5 c. 43 col. 1787 **72** q...73 Convenior] C. 23 q. 8 c. 21 col. 1815

---

**52** potestas] per impotentiam sive per malitiam sive per dampnabilem negligentiam sive per ignorantiam cohercere *added* An **53** deficiat] defi<sup>t</sup> An **55** sive<sup>2</sup>...ignorantiam] *omitted* Ly **56** cohercio] cessione Fi cohercere An **57** catholicos] *omitted* Bb aliquos Ly **58** esse] *omitted* An Ly | Isidoris] Isidori We **59** seculi] *omitted* Ly **62** verba] Ecce *added* Bb Fi An We Et ecce *added* Ly **63** intra] infra Fi | ipsis] *omitted* Ly | sint] sunt Ww **64** 32] 23 Ly | q] *omitted* Ww **65** Liguribus] We: Leguribus Fi An legislatoribus Bb Ly | 79] 29 We **66** pecunia] pecuniam Ly | ut] *omitted* Ly **67** supra] *omitted* Ly | Nec] Ubi Ly **68** cum...69 et<sup>2</sup>] *omitted* Bb Fi An | falsarius...70 cum] *omitted* We **69** Item] Et Ly | et<sup>1</sup>] *omitted* Ww | clerici] *omitted* Ly **70** contemnunt] Ly: contempnit Bb Fi An We | infra] *omitted* We | eadem] *omitted* Ly q] *omitted* Ww **71** Liguribus] We: Luguribus Bb Fi An legislatoribus Ly | Item] Et Ly | et] *omitted* Ww | ut...72 ecclesia] *omitted* Fi An ut...75 potestas] *omitted* Bb **72** hic...ut] *omitted* We | Item] Et Ly et] *omitted* Ww | ut infra] luc 1 Fi An eadem *added* Ly | infra] .1. We eadem] *omitted* Ww **73** 8] X Fi e. An | Ex] Et Ly



vocaliter sed etiam sententialiter quod ubicunque deficit  
ecclesiastica potestas laici habent iurisdictionem intra 75  
ecclesiam, hoc est super clericos. Et per consequens  
deficiente ecclesiastica potestate sive per impotentiam, sive  
per malitiam, sive per dampnabilem negligentiam, sive per  
ignorantiam, laici super papam hereticum optinent  
potestatem. 80

Sed etiam ex eisdem verbis colliguntur diverse rationes  
quare papa hereticus ad iurisdictionem pertinet laicorum,  
quod debet intelligi deficiente ecclesiastica potestate. Quarum  
prima est quia papa hereticus est incorrigibilis. Ex hoc enim 85  
quod est pertinax debet incorrigibilis reputari. Et ideo, cum  
omnis incorrigibilis debeat coherceri, deficiente ecclesiastica  
potestate est papa hereticus per laicos cohercendus. Secunda  
ratio assignatur ambitio. Nam papa hereticus per ambitionem  
occupans apostolicam sedem, ne totus ordo ecclesiasticus 90  
confundatur et fides catholica periclitetur, deficiente  
ecclesiastica potestate coherceri debet per providentiam  
laicorum. Tertio, propter hoc quod papa hereticus fidem cupit  
subvertere, potestate ecclesiastica deficiente est per laicos  
prohibendus. Quarto, propter hoc quod excommunicationem 95  
contempnit, ne excommunicatione cum eo catholici  
maculentur, per principes seculi, quando ecclesiastica  
potestas deficit, coherceri debet.

Item, Isidorus ubi prius dicit in hec verba: “*Ceterum  
intra ecclesiam potestates necessarie non essent, nisi ut quod  
non prevalet sacerdos efficere per doctrine sermonem  
potestas hoc impleat per discipline terrorem. Sepe per  
regnum terrenum celeste regnum proficit ut qui intra* 100

---

**84** Ex...85 reputari] A sentence possibly composed before the  
comprehensive analyses of Book 4 (PP\*) **98** ubi prius] C. 23 q . 5. c.  
20 cols. 1777-1779

---

**74** vocaliter...sententialiter] sententialiter sed etiam verbaliter Ly | sed  
etiam] et Fi An We **78** sive!...negligentiam] omitted Ly **79** optinent]  
optinet Fi An **81** etiam] et Ly | diverse] diversi<sup>de</sup> An  
**82** iurisdictionem] iurisdictionem We **85** quod] per added An | Et ideo]  
Etiam Ly **86** omnis...debeat] omnes incorrigibiles debeant Ly **88** ratio]  
omitted Bb **90** catholica] omitted Ly | catholica periclitetur] periclite  
tholica Fi (*sic*) | periclitetur] pericli<sup>te</sup> An **92** laicorum] laicalem We  
Tertio] Tertia Bb Fi An tertia ratio Ly **93** per laicos] a laicis Ly  
**94** Quarto] Quarta Bb Fi An Ly **99** potestates] potestatem Bb  
**100** prevalet sacerdos] prevalent sacerdotes Ww **101** potestas...impleat]  
potestates (potestatem Bb) hoc imperent Bb Fi An We imperaret Ly  
Sepe] enim added Bb Fi An Ly **102** terrenum] omitted Bb

105 *ecclesiam positi contra fidem et disciplinam ecclesie agunt rigore principum conterantur, ipsamque disciplinam, quam ecclesie humilitas exercere non prevalet, cervicibus superborum potestas principalis imponat*". Ex quibus verbis colligitur evidenter quod, quandocumque circa correptionem eorum qui contra fidem et disciplinam agunt deficit ecclesiastica potestas, tales sunt per principes comprimendi.

110 Si ergo papa est hereticus, et sacerdotes per doctrine sermonem eum non valent vel nolunt corrigere, per potestates publicas comprimi debet.

Item, Pelagius papa, ut habetur 23 q. 5 c. *Quali*, ait: "Hoc etiam et divine et humane leges statuerunt, ut ab ecclesie unitate divisi, et eius pacem iniquissime perturbantes, a secularibus etiam potestatibus comprimantur. Nec quidquam maius est, unde Deo sacrificium possitis offerre, quam si id ordinetis, ut hi, qui in suam et aliorum perniciem debacchantur, competenti debeant vigore compesci". Ex quibus verbis evidenter habetur quod, secundum leges divinas, ab ecclesie unitate divisi et eius pacem perturbantes per seculares debent comprimi potestates. Papa autem hereticus ab unitate ecclesie est divisus, eiusque pacem iniquissime nititur perturbare, quia, dum fides ecclesie corrumpitur et laceratur, vera pax ecclesie perturbatur. Ergo papa hereticus, ubi deficeret ecclesiastica potestas, esset per potestates publicas compescendus.

120

125

**Discipulus:** Que sunt ille leges divine quibus statuitur quod ab ecclesie unitate divisi et eius pacem iniquissime perturbantes sunt per potestates publicas comprimendi?

130

**Magister:** Respondetur quod ille divine leges specialiter de hereticis perturbantibus ecclesiam habentur Deuteronomio 13 et 17. Nam Deuteronomio 13 non solum sacerdotibus, sed generaliter omnibus, et specialiter in potestate constitutis sic

---

113 23...Quali] C. 23 q. 5 c. 44 col. 1789 133 Deuteronomio 13] Deuteronomy !3:1-3

---

103 ecclesie] *omitted* Ww 104 conterantur] contenantur Fi terreantur Ly 105 humilitas] utilitas Ww 107 quandocumque] quando Ly 114 etiam] *omitted* An We | et<sup>1</sup>] *omitted* Bb Fi Ly | humane] *omitted* Bb 115 ecclesie] ecclesiastica Ly | unitate] unitatem Bb 116 etiam] Ly: *omitted* Bb Fi An We 117 quidquam] quicquam Ww | possitis] ponitisWe 118 offerre] offerret Bb | id] *omitted* Ww 119 vigore] rigore We 123 divisus] diff<sup>9</sup> An | eiusque] cuius Ly 129 ecclesie] ecclesia Ly 131 divine] *omitted* Ly 132 Deuteronomio] *omitted* An 133 sed] etiam *added* Bb Fi An Ly 134 sic] sicut Bb An

precipitur: “*Si surrexerit in medio tui propheta aut qui sompnium vidisse se dicat et predixerit signum atque portentum et evenerit quod locutus est et dixerit tibi ‘eamus et sequamur deos alienos’ quos ignoras ‘et serviamus eis’ non audies verba prophete illius aut sompniatoris quia temptat vos Dominus Deus vester ut palam fiat utrum diligatis eum aut non in toto corde et in tota anima vestra*”. 135  
 Et post: “*Propheta autem ille aut fictor somniorum interficietur quia locutus est ut vos averteret a Domino Deo vestro qui eduxit vos de terra Egypti et redemit de domo servitutis, ut errare te faceret de via quam tibi precepit Dominus Deus tuus, et auferes malum de medio tui*”. 140  
 Et ibidem immediate subiungitur: “*Si te voluerit persuadere frater tuus filius matris tue aut filius tuus vel filia sive uxor que est in sinu tuo aut amicus quem diligis ut animam tuam clam dicens ‘eamus et serviamus deis alienis’ quos ignoras tu et patres tui cunctarum in circuitu gentium que iuxta sunt vel procul sunt ab initio usque ad finem terre, non acquiescas ei nec audias neque parcat ei oculus tuus ut miserearis et occultes eum sed statim interficies*”. 145  
 Et post sic legitur: “*Si audieris in una urbium tuarum quas Dominus Deus tuus dabit tibi ad habitandum dicentes aliquos egressi sunt filii Belial de medio tui et averterunt habitatores urbis tue atque dixerunt eamus et serviamus diis alienis quos ignoratis quere sollicite et diligenter rei veritate perspecta. Si inveneris certum esse quod dicitur et abominationem hanc opere perpetratam statim percuties habitatores urbis illius in ore gladii*”. 150  
 155  
 160

---

**142** post] Deuteronomy 13:5 **147** subiungitur] Deuteronomy 13:6-9  
**154** legitur] Deuteronomy 13:12-15

---

**135** propheta] propheta Ww **136** predixerit] predixerat Fi An  
**137** evenerit] venerit Ww **139** audies] audias We **140** Dominus] omitted Bb Fi An | fiat] sciat Ly **141** aut] Ly: an Bb Fi An We | non] omitted An | vestra] omitted Bb Fi An **142** post] ait added Ly | ille] omitted Bb Fi An **143** vos] nos Fi **144** vestro] nostro Bb Fi | redemit] vos added Ww **145** quam] qua Fi We **146** tuus] Ly: omitted Bb Fi An We | Et] omitted Ly **147** ibidem] ibi An Ly | te] tibi We **148** filia] tua added We | uxor] tua added Bb Fi An Ly **149** diligis] diliges Ly **150** clam] omitted Ly | eamus] exeamus Ly | deis] diis An We Ly **151** patres tui] pater tuus Bb Fi An | sunt] omitted An We Ly **153** neque] u<sup>l</sup> or n<sup>c</sup> Fi An | miserearis] miseraris We **154** occultes] auscultes Ly | interficies] interficias We eum added Ly **155** Dominus] omitted Ly **157** de...tui] omitted Ww | averterunt] everterunt Ww urbis] terre added Fi An | tue] omitted Ly **158** et] omitted Ly **161** illius] eius Ly

Item Deuteronomio 17 sic scribitur: “*Cum reperti fuerint apud te intra unam portarum tuarum quas Dominus Deus tuus dabit tibi vir aut mulier qui faciant malum in conspectu Domini Dei tui et transgrediantur pactum illius ut vadant et serviant diis alienis et adorent eos solem et lunam et omnem militiam celi que non precepi et hoc tibi fuerit nuntiatum audiensque inquisieris diligenter et verum esse repereris et abhominatio facta esse in Israel educes virum ac mulierem qui rem sceleratissimam perpetrarunt ad portas civitatis tue et lapidibus obruentur*”.

Hec sunt leges divine contra omnes avertentes et conantes avertere orthodoxos a veritate legis divine, inter quos constat hereticos computandos, indistincte statuente, cunctos constringentes catholicos ut universos hereticos a lege Dei apostatantes delere conentur. Que leges ordinem iuris in huiusmodi observandum aperte declarant ut, scilicet cum quicumque, viri vel mulieres, sacerdotes vel non sacerdotes, prophete (id est doctores) vel alii, de pravitate heretica seu apostasia a fide accusantur vel etiam diffamantur, cum diligentia et sollicitudine veritas inquiratur per quoscunque fideles ad quos accusatio vel diffamatio talis pervenerit, si non sint alii superiores qui velint vel possint inquirere veritatem. Veritate autem inventa, iustitia minime differatur, sed tales malefici pro suis demeritis puniantur.

**Discipulus:** Talis inquisitio et punitio non debent fieri per quoscunque, sed solummodo per iudices quibus talia ex officio suscepto incumbunt.

---

163 Deuteronomio 17] Deutetonomy 17:2-5

---

163 Cum] Quod An 164 apud te] *omitted* Ww 165 tibi] aut *added* Ly faciant] faciunt An Ly 166 tui] *omitted* An | et] ut Ww | illius] eius Ly 167 alienis] *omitted* Bb | eos] et *added* Ly 168 que] quam Ly precepi] precipi Bb | et<sup>2</sup>] *omitted* Ly 170 abhominatio facta] abhominationem factam Ly | esse] est Bb An We | ac] aut An 171 qui] que Ly | perpetrarunt] perpetravit An Ly 172 obruentur] obruantur An 173 Hec] Hee An He Ly | avertentes] advertentes An 174 conantes] conantur Bb | avertere] advertere An | orthodoxos] *omitted* Ly 175 statuente] statute We *omitted* Ly 176 catholicos] orthodoxos Fi | hereticos] *omitted* Ly 177 apostatantes] apostaticos An | conentur] conantur Fi An | leges] lege Bb non esse *added* Ly 178 huiusmodi] hoc Ly 179 cum] *omitted* Ly | mulieres] vel *added* Fi An Ly 180 sacerdotes] vel *added* Ly 181 accusantur] accusatur Fi diffamantur] diffamatur Fi 182 cum] omni Ly 184 alii] aliis Bb *omitted* Ly | vel] diffamatio *added* Fi 185 veritatem] de veritate Ly 186 malefici] maledicti Ly 187 debent] debet Ly

**Magister:** Conceditur quod talia primo spectant ad iudices. Si tamen iudices non potuerint vel noluerint in huiusmodi iustitiam exhibere, ad subditos spectat facere de huiusmodi iustitie complementum. Propter quod verba predicta legum non ad iudices tantummodo sed indistincte ad cunctos catholicos diriguntur, ut intelligant universi fideles quod huiusmodi iustitia in nullo casu omnino debet differri. Sed quicumque fideles, subditi vel alii, de huiusmodi iustitiam facere debent, si tantam habuerint potestatem temporalem, ut queant leges divinas executioni mandare. Propter quod Helias propheta, quamvis non esset sacerdos nec iudex, iniunxit populo, non iudicibus, apprehendere prophetas Baal. Quos comprehensos duxit ad torrentem Cison et interfecit eos ibi, ut legitur 3<sup>o</sup> Regum 18. Ergo leges divine predictae non solum iudices sed subditos universos constringunt. Ordine tamen quodam, ut primo ad talem iustitiam faciendam iudices obligantur, secundo autem subditi, si iudices non potuerint vel noluerint iustitiam exercere.

**Discipulus:** Iste leges divine, cum non pertineant ad moralia sed ad iudicialia legis antiquae, fideles sub lege libertatis constitutos nequaquam astringunt.

**Magister:** In legibus supradictis aliquid erat morale, aliquid iudiciale. Morale erat quod fideles hereticis et apostatis a fide cupientibus alios a lege divini avertere nullo modo consentire debebant, sed eis obviare et resistere modis sibi convenientibus, legemque divinam observare, defendere, et tueri tenebantur. Iudiciale autem erat quod occidi debebant. Licet ergo fideles sub lege libertatis constituti ad illud quod

---

**196** iustitia... differri] Cf. *Political Ockhamism*, pp. 202ss. **203** legitur] 3 Kings 18:40 **208** Iste...210 astringunt] a 14th c. marginal note in **Fi** adds: “*notabile bonum*”. For Ockham’s theory of the Christian law as a “law of liberty” cf. 3 Dial. 1.1.5-7 (OP VIII, pp.130-139)

---

**191** Si...iudices<sup>2</sup>] *omitted* Bb | potuerint] possunt Ly | noluerint] nolunt Ly **192** huiusmodi] hos Ly | exhibere] exhiberi An exercere Ly **193** huiusmodi] hoc Ly **194** predicta] pre. Bb divinarum *added* We tantummodo] pertinent *added* Ly **196** omnino] *omitted* Ly **197** de huiusmodi] *omitted* Ly **198** si] sed An | tantam] tanta Bb temporalem] *omitted* Ly **200** esset] *omitted* Bb | iniunxit] iussit We **205** talem] *omitted* An **206** obligantur] obligunt Bb obliguntur Fi obligentur We | potuerint...207 noluerint] possunt vel nolunt Ly **208** leges] *omitted* Bb **209** legis] divine *added* Ly **210** astringunt] constringunt Ly **211** erat morale] est morale et Ly **212** aliquid] ab Bb est *added* Ly | erat] est Ly **213** apostatis] apostaticis Ly | a<sup>2</sup>] et Ly divini] Dei Ly **214** debebant] tenebantur Ly **215** observare] conservare Fi servare Bb We

erat iudiciale in legibus memoratis minime astringantur, quia  
 220 ratione legum illarum non tenent hereticos et a fide apostatas  
 neci tradere corporali, ad illa tamen que in illis legibus  
 moralia sunt cuncti christiani necessario sunt astricti. Et ideo  
 nec hereticis consentire debent, nec favere, nec obedire. Sed  
 225 ipsis resistere pro viribus, et prohibere ne fidem corrumpere  
 valeant orthodoxam, principes seculi (et propter eorum  
 negligentiam vel malitiam omnes christiani) tenentur.

**Discipulus:** Nunquid aliquis doctorum ab ecclesia  
 receptorum tenet predictas leges veteris testamenti nunc a  
 catholicis universis esse servandas?

**Magister:** Beatus Cyprianus, ut legitur 23 q. 5 c. *Si*  
 230 *audieris*, hoc videtur expresse sentire. Ait enim: “*Si audieris*  
*in una ex civitatibus quas Dominus Deus tuus dabit tibi*  
*inhabitare te illic dicentes: eamus et serviamus diis aliis quos*  
*non nostis, interficiens necabis omnes qui sunt in civitate,*  
 235 *cede gladii, et incendes civitatem igni, et erit sine habitaculo*  
*in eternum; non reedificabitur etiam nunc, ut avertatur*  
*Dominus ab indignatione ire sue. Et dabit misericordiam tibi,*  
*et miserebitur tui et multiplicabit te si audieris vocem Domini*  
*Dei tui et observaberis precepta eius. Cuius precepti et*  
 240 *vigoris memor Mathathias interfecit eum qui ad aram*  
*sacrificaturus accesserat. Quod si ante adventum Christi*  
*circa Deum colendum et idola spernenda hec precepta*  
*servata sunt, quanto magis post adventum Christi servanda*  
 245 *sunt, quando ille veniens non verbis tantum nos hortatus sit*  
*sed et factis ?”*. Ex quibus verbis colligitur quod leges  
 prescripte sunt magis servande post adventum Christi quam  
 ante, quod intelligendum est de moralibus que in predictis  
 legibus continentur.

---

229 23...230 audieris<sup>1]</sup> C. 23 q. 5 c. 32 col. 1781

---

218 erat] est Ly | astringantur] astringuntur Fi 219 tenent] tenentur We  
 Ly | et] aut Ly | apostatas] apostatantes Ly 220 in] omitted Bb Fi An  
 223 resistere] et added We | et] omitted We 225 malitiam] ad id added  
 Ly 230 videtur] videt Ly 232 inhabitare] inhitare Ly | inhabitare...  
 illic] omitted Bb Fi An | te] omitted Ww | aliis] alienis Ww  
 233 nostis] nosci Fi An nosti Bb We novisti Ly | interficiens necabis]  
 interficies necabisque Ww | civitate] in added Ly 234 incendes]  
 incedens Bb We | civitatem] civitati Fi omitted An 235 non] omitted  
 Bb 236 Dominus] Ly: Deus Bb Fi An We 238 observaberis]  
 observaveris We | eius] omitted Ly 241 spernenda] spernanda Fi An  
 sperneda We 242 magis] sunt added An Ly | Christi] circa Deum  
 colendum added Ww 243 non...tantum] non solum verbis Ww  
 hortatus] hortaturus Bb Fi An 244 et] etiam Ww | verbis] omitted Bb

**Discipulus:** Quamvis illa moralia servanda sint a iudicibus, non tamen ab omnibus.

**Magister:** Contra hoc videtur glosa in preallegato capitulo, que super verbo “necabis” ait: “*Tu quicumque sis: et sic quandoque ille qui non est iudex potest punire maleficos ut infra eadem questione ultima c. Legi*”. Ex quibus verbis datur intelligi quod non solum ad iudices, verum etiam ad alios, pertinet in hoc casu (scilicet cum heretici volunt subvertere fidem et non apparet qui eis resistat) punire maleficos. Et ita, si papa est hereticus et clerici non possunt vel nolunt ipsum debite cohercere, ipsius coherctio spectat ad laicos, quamvis non fuerint per clericos requisiti.

**Discipulus:** Si plura testimonia maiorum sonant eandem assertionem, ipsa non differas allegare.

**Magister:** Hoc Pelagius papa, ut legitur 23 q. 5 c. *Non vos*, sentire videtur cum dicit: “*Malum autem schisma esse et per exterarum etiam potestates huiusmodi homines debere opprimi, et canonice scripture auctoritas et paternarum nos regularum veritas docet*”. Ex quibus verbis patet aperte omnes schismaticos per exterarum potestates opprimendos. Omnes autem heretici sunt schismatici. Ergo heretici, etiam clerici, sunt per potestates exterarum comprimendi. Et per consequens papa hereticus, si potestas deficit clericorum, per principes et laicos compesci debet.

Item, idem papa Pelagius, causa et questione predicta c. *De Liguribus* scribens Narso patricio ait: “*Regule patrum hoc specialiter constituerunt, ut, si qua ecclesiastici officii persona cui subiectus est restiterit, vel seorsum collegerit,*

---

250 glosa] Ibid., s.v. necabis 253 infra] C. 23 q. 8 c. 13 col. 1809  
262 23...263 vos] C. 23 q. 5 c. 42 col. 1787 272 c...273 Liguribus] C.  
23 q. 5 c. 43 col. 1787-1788

---

248 sint] sunt Ly 251 necabis] ibi added Ly | ait] dicit We  
252 quandoque] vel added An | ille] iudex Bb Fi An iudex added We  
omitted Ly 253 eadem] eo. Ly 255 alios] omnes An 257 si] cum Ly  
258 debite] omitted Ly | coherctio] omitted Bb 263 autem] We: a' An  
aüt Ly actum Bb Fi | et] omitted Bb 264 potestates] potestas We  
265 auctoritas] auctoritates Bb Fi An 266 Ex...268 schismatici] omitted  
Ly | quibus] omitted An 267 opprimendos] opprimendas An 268 sunt]  
omitted Fi | Ergo] omitted Bb 270 deficit] deficiat Ly h'e added An  
271 et] omitted We | et laicos] laicorum Ly | debet] deberet Ly  
272 idem] omitted Ly | papa] omitted Bb | causa...predicta] infra eo  
Ly | predicta] predictis We 273 Liguribus] Luguribus Bb Fi Leguribus  
An | Narso patricio] Narso principi Ly 274 constituerunt] constituunt  
Fi | ecclesiastici] ecclesiastica An 275 seorsum] turbas added Ly

aut aliud altare erexerit, seu schisma fecerit, iste  
 excommunicetur atque dampnetur. Quod si forte et hoc  
 contempserit, et permanserit divisiones et schisma faciendo,  
 per potestates publicas opprimatur. Ecce, Domine, quod  
 280 animus vester forte timidus est, ne persequi videaris, de  
 patrum vobis auctoritate hec breviter dirigenda curavi cum  
 mille alia exempla et constitutiones sint, quibus evidenter  
 agnoscitur, ut facientes scissuras in sancta ecclesia non  
 285 solum exiliis, sed etiam proscriptione rerum et dura custodia  
 per publicas potestates debeant coherceri”. Ex quibus verbis  
 datur intelligi quod episcopi, de quibus sit sermo in capitulo  
 supradicto Pelagii, si excommunicationem et dampnationem  
 contempnendo scissuras et schismata fecerint, quales sunt  
 episcopi heretici, auctoritate canonum sanctorum patrum  
 290 debent per potestates publicas coherceri. Ergo si papa fiat  
 hereticus, quantumcunque prelati ecclesie noluerint vel non  
 potuerint ad ipsum cohercendum auxilium invocare brachii  
 secularis, publice potestates non solum auctoritate legis  
 divine et rationis simul ex lege divina et naturali dictamine  
 295 rationis accepte sed etiam auctoritate constitutionum  
 sanctorum patrum possunt et debent papam hereticum  
 cohercere.

Item, Augustinus, ut legitur 11 q. 3 c. *Imperatores*,  
 scribens Donatistis qui erant clerici et quidam eorum  
 300 episcopi, ait: “*Ipse Nabuchodonosor, postea miraculo salutis  
 trium puerorum commotus atque mutatus, pro veritate contra  
 errorem edictum proposuit, ut quicumque blasphemarent  
 Deum Sidrac, Misac, et Abdenago, in interitum irent, et*

---

298 11 ...Imperatores] C. 11 q. 3 c. 98 col. 1265

---

276 aliud] ad Bb | fecerit] iste added Ly | iste] omitted Ww  
 277 dampnetur] omnes schismaticos etiam per exteras potestates  
 opprimendo added Ly | et] omitted Ly 278 contempserit] contempserit  
 We | schisma] schismata Ww 279 per] omitted Bb | Domine quod] de  
 quo Bb Fi An | quod] quia Ly 280 vester] noster Ly 281 vobis] nobis  
 Fi Ly | dirigenda] scribenda Ly 283 agnoscitur] cognoscitur Ly  
 284 proscriptione] inscriptione Ly 285 debeant] debent Bb Fi An  
 verbis] omitted Bb 286 sit] fit Fi We fuit Ly 287 si] omitted Bb  
 288 fecerint] fecerit An 291 ecclesie] omitted Bb | noluerint] noluerit  
 An 292 potuerint] potuerit An | ipsum] cogendum added Fi  
 295 etiam] We Vc Ox Ba Es Fr: omitted Bb Fi An Ly 298 3] 31 Bb  
 300 episcopi] ipsi Fi | Nabuchodonosor] Nabuch' Bb Nabug' An  
 Nabugozor We | postea miraculo] post miraculum Ww | salutis]  
 omitted Ly 301 mutatus] commutatus Ww 302 blasphemarent]  
 blasphemaret Bb Fi An 303 interitum] interitu Bb



*domus eorum in dispersionem. Et non vultis, ut aliquid tale* 305  
*contra vos iubeant imperatores christiani, cum sciant a vobis,*  
*in eis quos rebaptizatis, Christum exsufflari”.* Ex quibus  
 verbis datur intelligi quod quemadmodum Nabuchodonosor  
 rex infidelis edictum proposuit contra blasphemantes Deum  
 verum, sic possunt imperatores christiani punire clericos  
 hereticos et episcopos Christum exsufflantes. Sed 310  
 Nabuchodonosor tale poterat edictum proponere a  
 sacerdotibus minime requisitus. Ergo imperatores possunt  
 punire clericos hereticos quamvis prelati noluerint vel non  
 potuerint eos contra clericos hereticos invocare. Et ita, si  
 papa fuerit hereticus et prelati ecclesie ipsum noluerint vel 315  
 non potuerint cohercere, est per laicos comprimendus.

Item, glosa 23 q. 5 c. 1 dicit quod clerici propter  
 heresim sunt facti de foro iudicis secularis. Ergo papa  
 hereticus, deficiente ecclesiastica potestate, factus est de foro  
 iudicis secularis. 320

**Discipulus:** Si pro assertione ista rationes aliquas  
 cogitasti, ipsas adducas in medium.

**Magister:** Assertio supradicta multis videtur rationibus  
 posse probari, quarum prima est hec.

Contra crimen quod est gravius in se et toti communitati 325  
 fidelium periculosius et perniciosius oportet catholicos et  
 fideles cum maiori vigore et sollicitudine et cautela resistere.  
 Sed crimen heresis in papa est in se gravius, et toti  
 communitati fidelium perniciosius et periculosius, si circa  
 eius correctionem ecclesiastica potestas defecerit (sive per 330  
 malitiam, sive per impotentiam, sive per dampnabilem  
 negligentiam, sive per ignorantiam) quam sit crimen  
 apostasie ab ordine etiam post trinam admonitionem. Ergo  
 cum maiori vigore, sollicitudine, et cautela debent catholici

---

317 Item...320 secularis] quoted almost *verbatim* in Q (GF p. 949)  
 glosa] C. 23 q. 5 c. 1 (*Circumcelliones*) col. 1765 s.v. confessos

---

304 domus] domos Bb Fi An | dispersionem] ruinam Ww | aliquid]  
 aliquod Bb 305 cum sciant] <sup>9</sup>sciāt Fi An | vobis] nobis An 306 in eis]  
*omitted* Ww 307 Nabuchodonosor] Nabuchod’ Bb Nabuch’ An  
 Nabucho<sup>o</sup> We 308 blasphemantes] blasphemantos Fi 312 requisitus]  
 requisitis Bb An Ly 313 quamvis...314 hereticos] *omitted* Bb An  
 315 ecclesie] *omitted* Ly | noluerint] non velint Ly 316 potuerint]  
 poterint Bb poterint ipsum Ly 317 q...1] dist. Ly | 5] 6 Q  
 318 Ergo...320 secularis] *omitted* Ly 319 hereticus] *omitted* Bb  
 323 rationibus] onibus Bb 327 et<sup>1</sup>] *omitted* We 328 in se] *omitted* Ly  
 330 defecerit] deficit Ly 331 per<sup>1</sup>] *omitted* Ly 333 admonitionem]  
 monitionem Ly

335 universi resistere crimini heresis in papa quam crimini  
apostasie in clerico etiam post trinam admonitionem. Sed  
publice potestates punire possunt clericos apostatantes ab  
ordine post trinam admonitionem. Ergo multo fortius,  
340 deficiente ecclesiastica potestate, publice potestates papam  
hereticum compescere possunt.

Maiores primi syllogismi patet aperte. Nam sepe videmus  
crimina leviora in se gravius puniri propter hoc quod sunt  
communitati periculosiora. Et ita magis resistitur crimini  
leviori propter hoc solum quod est communitati periculosius.  
345 Unde et in multis regionibus, regnis, et terris furtum gravius  
punitur quam adulterium, quia furtum punitur pena capitali  
(non sic adulterium), et tamen furtum, licet sit communitati  
periculosius et perniciosius tamen est levius, teste Salomone  
qui Proverbiis 6 ait: “*Non grandis est culpe cum quis furatus*  
350 *fuerit furatur enim ut esurientem impleat animam*  
*deprehensus quoque reddet septuplum et omnem substantiam*  
*domus sue tradet*”, et liberabit se, “*qui autem adulter est*  
*propter cordis inopiam perdet animam suam turpitudinem et*  
*ignominiam congregabit sibi et opprobrium illius non*  
355 *delebitur*”. Ex quibus verbis datur intelligi quod crimen furci  
est minus grave quam adulterium, et tamen gravius  
quandoque punitur. Sic etiam licet detractio levius punitur  
quam furtum vel rapina, tamen gravius crimen est  
censendum, teste Anacleto papa qui, ut habetur 6 q. 1 c.  
360 *Deteriores*, ait: “*Deteriores sunt qui doctorum vitam*  
*moresque corrumpunt his qui substantias aliorum prediaque*  
*diripiunt. Ipsi enim ea que extra nos licet nostra sint auferunt,*  
*nostri autem detractores et morum corruptores nostrorum*

---

349 Proverbiis 6] Proverbs 6:30-33 359 6...360 Deteriores!] C. 6 q. 1 c.  
15 col. 1059

---

335 resistere] rescindere Ly | crimini<sup>1</sup>] crimen Ly | crimini<sup>2</sup>] crimen  
Ly 337 apostatantes] apostatas Ly 339 potestate] potestates Fi An  
potestates] potestate Bb 342 puniri] punire Bb An | sunt] omitted Bb  
Fi An 346 quia] quoniam Ly | capitali] quia est periculosius added Ly  
347 non...furtum] adulterium vero non sic punitur, furtum autem Ly  
348 et perniciosius] omitted Ly 349 Proverbiis] Proverbio Ly  
350 esurientem] esuriente We 352 sue] omitted We | liberabit se]  
liberabitur Ly 354 ignominiam] ignorantiam Ly | illius] eius Ww  
356 et...357 punitur<sup>1</sup>] omitted Ly 357 punitur<sup>1</sup>] puniatur Ly | punitur<sup>2</sup>]  
puniatur Bb Fi An puniatur added We 358 tamen] in se added We | est]  
omitted An 359 censendum] censendum Bb | Anacleto] Anaclero An  
360 sunt] s' An 362 nos] non Bb sunt added We 363 autem] quoque  
Ww | detractores] doctores Fi

*sive qui adversus nos armantur proprie nos ipsos decipiunt*".  
Et ita constat quod minora crimina sepe, quia magis nocent  
rei publice, gravius puniuntur. 365

Quod glosa Extra, *De immunitate ecclesiarum* c. ultimo  
insinuare videtur. Querit enim dicens: "*Quare publicus latro  
et depopulator potius extrahuntur ab ecclesia quam alius  
malefactor qui forte est deterior?*" Et respondens ait: "*Quia  
plurimum interest illos puniri quam alios malefactores cum  
pluribus exitia cogitent quam alii 23 q. 3 c. Est iniusta*". 370  
Quod est capitulum Ambrosii ubi ait: "*Si quis latronem filiis  
deprecantibus motus et lacrymis coniugis eius inflexus  
absolvendum putet, cui adhuc latrocinandi aspiret affectus,  
nonne innocentes tradit exitio qui liberat multorum exitia  
cogitantem?*" Ex quibus verbis colligitur quod ideo aliqua  
crimina gravius vindicantur quia magis sunt communitati  
nociva. Et ita patet maior syllogismi primi. 375

Minor, scilicet quod crimen heresis in papa non solum  
est in se gravius quam etiam periculosius et perniciosius  
communitati etc., est de se manifesta, et ex verbis Augustini  
que ponuntur dis. 83 c. *Nemo* patenter habentur. Ait enim:  
"*Nemo quippe in ecclesia nocet amplius quam qui perverse  
agens nomen vel ordinem sanctitatis habet. Delinquentem  
namque hunc nemo redarguere presumit, et in exemplum  
culpa vehementer extenditur, quando pro reverentia ordinis  
peccator honoratur*". Ex quibus verbis inferri potest quod  
nemo in ecclesia amplius nocet quam qui perverse docens  
nomen pape habet, quia eius doctrina pestifera vehementer 380  
385  
390

---

367 Extra...ultimo] X. 3. 49. 10 (*Immunitatem*) col. 1409 s.v. quo faciunt  
se indignos 372 23...iniusta] C. 23 q. 3 c. 33 (*Est iniusta*) col. 1745  
383 dis...Nemo] D. 83 c. 2 col. 531

---

364 decipiunt] diripiunt Ly 365 crimina] omitted Ly | quia] que Ly  
367 immunitate] Ly: emmunitate Bb emunitate Fi An We  
369 depopulator] agrorum added Ww | ab] Ly: de Bb Fi An We  
370 Quia...371 plurimum] Quoniam plerique Bb Fi An Ly Quoniam  
plerumque We 372 iniusta] Ly: vindicta Bb Fi An We 373 capitulum]  
beati added We | ubi] omitted Bb | latronem] latrocinem Bb Fi An  
375 absolvendum] adsolvendum Bb An | putet] putat Ww | aspiret]  
We: aspirat Bb Fi An Ly 376 tradit] tradet Ww | liberat] laborat We  
377 cogitantem] cogitanti Fi An 378 magis sunt] sunt gravius Ly  
sunt] omitted An 380 Minor] Minore Bb 381 quam] sed We Ly  
etiam] omitted Bb 382 etc] omitted Ly 383 83] 8 Bb Fi An 384 qui]  
We: si Bb Fi An Ly 385 vel] et Ww | sanctitatis] et sacerdotis added  
Ww | habet] habentem Fi habere An 386 nemo] nullus Ww  
387 ordinis] omitted Ww 388 verbis] omitted Ly | inferri potest]  
infertur An

diffunditur, si pro reverentia summi pontificii hereticus honoratur.

395 Quod autem publice potestates punire debeant apostasiam ab ordine in clerico post trinam admonitionem, que est minus periculosa et minus nociva quam crimen heretice pravitatis in papa, patet aperte, eo quod Extra, *De sententia excommunicationis c. In audientia* sic legitur: “*Huiusmodi clerici si a prelati suis tertio commoniti militaria noluerint arma deponere, de privilegio clericorum subsidium aliquod habere non debent*”. Ergo multo fortius si  
400 papa a fide catholica apostataverit, pravitatem hereticam incurrando et docendo, si prelati ecclesie eum noluerint vel non potuerint coercere, compesci debet per publicas potestates.

405 **Discipulus:** Ista ratio videtur falsum accipere cum innuit quod peccatum levius aliquotiens gravius vindicatur, et quod peccatum periculosius est gravius puniendum. Utrumque enim istorum scripturis auctenticis repugnare videtur. Ait enim Hieronimus, ut legitur 24 q. 1 c. *Non afferamus*: “*Quis iam dubitaverit, hoc esse sceleratius commissum, quod est gravius vindicatum?*”. Ex quibus verbis  
410 patenter habetur quod gravius peccatum gravius vindicatur. Quod etiam secundum, scilicet quod peccatum magis nocivum debet gravius vindicari, scripture divine repugnat,  
415 patet. Nam furtum est peccatum magis nocivum communitati quam adulterium, et tamen adulterium pena capitis puniebatur, non autem furtum.

**Magister:** Ad primum istorum respondetur quod regulare est illud quod est sceleratius commissum esse  
420 gravius vindicandum. Fallit tamen in casu, secundum quod

---

396 Extra...397 audientia] X. 5. 39. 25 col. 1893 409 24...410 afferamus] C. 24 q. 1 c. 21 col. 1841

---

391 pontificii] pontificis We Ly 394 apostasiam] apostatantem Ly | in clerico] We Vc: in clico (*sic*) Bb et clerico Fi An clericum Ly admonitionem] monitionem Ly 396 aperte] ex *added* Ly 398 a] *omitted* Bb | commoniti] moniti Ww 399 noluerint] nolent An nolunt Ly 401 apostataverit] apostatarit Bb apostata Fi apostat<sup>nt</sup> An 402 noluerint] no<sup>nt</sup> An 403 potuerint] po<sup>nt</sup> An | coercere] coherceri An 405 accipere] accipe An 410 afferamus] affirmamus Bb | iam] enim non Bb Fi An | dubitaverit] dubitet Ly 411 vindicatum] vindicandum Bb Fi An vindicadum We 412 habetur] videtur haberi Ly peccatum gravius] *omitted* Bb 413 peccatum] *omitted* Fi 414 debet] debeat Ly | repugnat] repugnet We 417 puniebatur] We Vc Ox: punietur Bb punie<sup>f</sup> Fi An punitur Ly 420 vindicandum] vindicatum We

notat glosa 1 q. 1 c. *Cito*. Nam interfector proprie uxoris  
 gravius punitur quam matricida (33 q. 2 c. *Admonere*). In  
 multis etiam aliis casibus fallere invenitur. Ad secundum  
 autem dicitur quod accidit furto quod sit magis nocivum  
 communitati quam adulterium, quia aliquando est magis  
 nocivum et aliquando est minus nocivum, et ideo aliquando  
 et in aliquibus regionibus gravius vindicatur et quandoque  
 minus punitur. 425

Sed crimen heresis in papa est periculosissimum. Ideo  
 contra crimen heresis in papa semper est vigilantissime  
 occurrendum, et ideo nullum crimen clericorum minus heresi  
 in nullo casu magis debet spectare ad laicos quam crimen  
 heresis in papa, quando clerici nolunt vel non possunt papam  
 hereticum cohercere. 430

Secunda ratio est hec. Qui ecclesiam Dei a Deo  
 suscipiunt defendendam, nec propter clericorum impotentiam,  
 nec propter eorum malitiam, nec propter eorum negligentiam,  
 nec propter eorum ignorantiam debent circa defensionem  
 ecclesie negligentes existere vel remissi. Principes autem  
 seculi a Deo suscipiunt ecclesiam defendendam, teste Isidoro  
 qui, ut legitur 23 q. 5 c. *Principes*, ait: “*Cognoscant principes  
 seculi Deo debere se rationem reddere propter ecclesiam  
 quam a Christo tuendam suscipiunt. Nam sive augeatur pax  
 et disciplina ecclesie per fideles principes, sive solvatur, ille  
 ab eis rationem exiget qui eorum potestati suam ecclesiam  
 credidit*”. Ergo principes seculi deficiente ecclesiastica  
 potestate sive per impotentiam, sive per malitiam, sive per  
 negligentiam, sive per ignorantiam, defensionem ecclesie 435  
 440  
 445

---

421 glosa] C. 1 q. 1 c. 16 col. 660 s.v. durior 422 33...Admonere] C.  
 33 q. 2 c. 8 col. 2171 442 23...Principes] C. 23 q. 5 c. 20 col. 1779

---

422 2] Ly: 3 Bb Fi An We 423 etiam] autem Fi 425 quia] omitted Ly  
 426 est] omitted We Ly | nocivum<sup>2</sup>] noxivum Fi An 427 et<sup>1</sup>...428  
 punitur] minus punitur in aliquibus regionibus et quandoque gravius  
 vindicatur Ly 430 in...semper] pape Ly | vigilantissime] vigilantissime  
 Bb 431 ideo] omitted Bb | crimen] heresis in papa semper est  
 vigilantissime occurrendum et ideo nullum crimen added dittography Bb  
 heresi] heresis Bb 436 Deo] non added An 437 suscipiunt] recipiunt  
 Ly | defendendam] defededam We (omitted “n” dash lines above the  
 “e’s”) 440 ecclesie] esse added Bb Fi An omitted Ly | remissi] esse  
 added Ly 442 Cognoscant] Cognoscunt An 443 Deo] Dei Fi | debere]  
 esse added Ww | reddere] reddituros Ww 444 a] omitted Ly  
 446 exiget] exigit Ww 447 credit] tradidit Bb Fi An committendam  
 added Ww | seculi] populi Ly 449 sive per] vel Ly

450 negligere minime debent. Non autem defendunt ecclesiam  
nisi papam hereticum cupientem fidem et unitatem ecclesie  
dissipare a conatu maligno curaverint prohibere. Ergo,  
deficiente ecclesiastica potestate aliquo predictorum  
modorum, principes seculi papam hereticum, ne fidem  
455 corrumpat ecclesie, prohibere tenentur.

Tertia ratio est hec. Non minorem potestatem habent  
laici super papam hereticum sedem apostolicam occupantem  
inique quam super papam intrusum sedem apostolicam  
invadentem, nam et uterque sedem apostolicam occupat  
460 iniuste. Sed papa hereticus, ultra occupationem sedis  
indignam, catholicos trahere nititur ad hereticam pravitatem,  
ad quod non conatur papa intrusus. Laici autem habent  
potestatem papam intrusum de apostolica sede pellendi, teste  
Nicholao papa qui, ut legitur dis. 79 c. *Si quis pecunia*, ait:  
465 “*Si quis pecunia vel gratia humana, aut populari seu militari  
tumultu, sine canonica et concordia electione ac benedictione  
cardinalium episcoporum ac deinde sequentium religiosorum  
clericorum fuerit apostolice sedi inthronizatus, non  
apostolicus sed apostaticus habeatur, liceatque cardinalibus  
470 episcopis cum religiosis et Deum timentibus clericis et laicis  
invasorem etiam cum anathemate et humano auxilio et studio  
a sede apostolica pellere*”. Ergo multo magis laici potestatem  
habent pellendi a sede apostolica papam hereticum eandem  
sedem occupantem indignius, quam si solummodo absque  
475 heretica pravitate esset sedis invasor, presertim si prelati  
ecclesie noluerint vel non potuerint papam hereticum debite  
cohercere.

---

464 dis...pecunia] D. 79 c. 9 col. 503

---

450 debent] debet An 451 unitatem] veritatem Ly 455 tenentur] et per  
consequens si aliter eum prohibere non possunt ipsum de necessitate  
salutis captivare tenentur added We Vc Ox Ba 459 et] omitted Ly  
uterque] utramque An 460 iniuste] inique Ly 461 indignam] iniustam  
Ly 464 79] 19 We 70 Ly | pecunia] pecuniam Bb Fi An 465 militari]  
tumultum Fi An 466 ac...467 episcoporum] cardinalium Ww 467 ac  
deinde] et Ww 468 non] autem added An 469 liceatque] licet itaque  
Ly 470 episcopis...et<sup>1</sup>] et aliis Ww 471 invasorem] invasore Bb illum  
added Ww | etiam...anathemate] anathematizare Bb We Ly anathatizari  
Fi nath<sup>a</sup>ziare An | et studio] omitted Ww 472 pellere] p(r)opellere  
An 473 pellendi] pelle Fi | eandem] eadem Bb 474 absque] abse An

Quarta ratio est hec. Teste Gregorio 10<sup>o</sup> in generali concilio Lugdunensi, ut habetur Extra, *De electione et electi potestate* c. *Ubi periculum*, libro Sexto: “*Ubi periculum maius intenditur, ibi procul dubio est plenius consulendum*”. 480  
Sed maius periculum imminet christianitati si papa fuerit prauitate heretica maculatus et clerici ipsum noluerint vel non potuerint cohercere quam si sacerdos enormitatibus se miscuerit. Sacerdos autem se enormitatibus immiscendo 485  
potest licite per principes seculi coherceri, Extra, *De sententia excommunicationis* c. *Perpendimus*, ubi sic dicitur: “*Perpendimus ex litteris tuis quod quidam sacerdos pro eo quod se filium regis falso nominare presumpsit, et armis acceptis seditionem fecit et guerram, a B. comite iussus est fustigari, qui postea eius mandato traditus patibulo expiravit (et infra :) Fraternitati tue duximus respondendum quod, si memoratus sacerdos tali modo excessit, et non propulsando 490  
sed inferendo iniuriam fuit occisus, non videtur nobis quod interfectores eius propter hoc ad optinendam absolutionem apostolicam sedem adire cogantur*”. Ubi dicit glosa quod “*clericus immiscendo se enormitatibus amittit privilegium*”. Ergo multo magis si papa est hereticus et clerici ipsum noluerint vel non potuerint cohercere est per principes seculi comprimendus. 500

Quinta ratio est hec. Publice utilitatis interest ne crimina remaneant impunita (Extra, *De sententia excommunicationis* c. *Ut fame*). Quod potissime de illis criminibus debet intelligi que in dispendium salutis omnium vergere dinoscuntur. Crimen autem heresis in papa precipue noscitur vergere in 505

---

479 Extra...480 Sexto] X. VI. 1. 6. 3 col. 74-75 486 Extra...487 Perpendimus] X. 5. 39. 23 col. 1891 496 glosa] *Ibid.*, s.v. perpendimus 502 Extra...503 fame] X. 5. 39. 35 col. 1906

---

478 Teste...10o] Gregorius Ly 479 De...480 potestate] De electionibus Ww 480 c...Sexto] *omitted* Ly 481 maius] *omitted* Ly | ibi...dubio] ibi procul<sup>o</sup> An in periculo Ly | plenius] agendum et *added* Ly 482 imminet] immineret Ly | papa] papam Bb 484 enormitatibus...485 se] *omitted* An 485 immiscendo] immiscendo We 486 Extra] *omitted* Bb 488 quidam] *omitted* Bb 489 falso] *omitted* Ly 490 a B] ab Ly 491 fustigari] fustigari Fi fastigari An | eius...traditus] de eius mandato tractus Ly 492 et infra] et ideo Ly | Fraternitati tue] .f. t. Fi An We sic Ly 493 sacerdos] *omitted* An | excessit] processit Ly 494 fuit] fuerit Ww 496 apostolicam sedem] Ly: apo<sup>ce</sup> se Fi apo. se. Bb An We cogantur] conantur An tenentur Fi 498 et] si *added* Ly 499 vel... potuerint] *omitted* An 500 comprimendus] coercendus Ly 501 utilitatis] unitatis Bb | interest] in est Bb Fi ñ An 503 debet] potest Ly 504 que] quod An

dispendium omnium christianorum, cum fides catholica quam  
 papa hereticus satagit extirpare sit fundamentum totius salutis  
 omnium christianorum. Ergo crimen heresis in papa  
 impunitum debet nullatenus remanere, et per consequens si  
 510 clerici non potuerint vel noluerint papam hereticum  
 coercere, per fideles laicos comprimi debent.

Sexta ratio est hec. Sicut secundum canonicas  
 sanctiones potius consideranda est causa facti quam ipsum  
 factum, ita in legibus statuendis, interpretandis, et  
 515 intelligendis, causa statuendi considerari debet, teste Isidoro  
 qui, sicut allegatum est superius, dis. 29 c. 1<sup>o</sup> ait: “*Sciendum  
 est quod pleraque capitula ex causa, ex persona, ex loco, ex  
 tempore consideranda sunt*”. In pluribus autem decretis  
 generalium conciliorum et summorum pontificum cautum  
 520 habetur quod domini temporales terras sibi subiectas ab  
 heretica pravitate studeant expurgare (Extra, *de hereticis c.  
 Ad abolendam* et c. *Excommunicamus*). Talia vero statuta non  
 sunt in favorem alicuius persone sed in favorem et  
 defensionem ac salvationem fidei catholice ordinata. Ergo  
 525 quandocunque imminet periculum fidei orthodoxe, domini  
 temporales, sive requirantur per prelatos sive non requirantur,  
 terras suas purgare tenentur de heretica pravitate. Ex quo  
 patenter infertur quod si clerici noluerint vel non potuerint  
 papam hereticum coercere, principes seculares et laici in  
 530 favorem et salvationem fidei christiane papam hereticum  
 debent coercere.

Confirmatur hec ratio. Quia posita causa ponitur  
 effectus, et ubi est eadem ratio debet esse idem ius. Sed causa  
 et ratio quare principes seculi et publice potestates, cum  
 535 fuerint requisiti a prelati ecclesie, debent terras suas de  
 heretica pravitate purgare, est ne fides periclitetur ecclesie.

---

516 superius] 1 Dial. 6. 97 | dis...1o] D. 29 c. 1 (*Sciendum est*) col. 187  
 521 Extra...522 abolendam] X. 5. 7. 9 col. 1674 522 c  
 Excommunicamus] X. 5. 7. 13 col. 1672 (*sic*)

---

507 totius] *omitted* Ly 508 omnium] *omitted* An omnium (*sic*) Ly  
 heresis] heresi Bb 511 debent] debet We Ly 514 ita] *omitted* An  
 515 intelligendis] intelligendi Bb | debet] debent Fi | Isidoro] Isidoro  
 Ly 516 sicut] ut Ly 517 ex causa] *omitted* Bb | ex<sup>3</sup>] et Ww  
 519 cautum] *omitted* Ly 521 pravitate] feditate We 522 abolendam]  
 aboladam Fi | Excommunicamus] Excommunicatus Fi | vero] autem  
 Ly 523 et] vel in Ly 524 ac] aut Ly 526 requirantur<sup>2</sup>] *omitted* Ly  
 527 suas] *omitted* Bb | de] ab Ly 530 salvationem] in *added* An  
 533 effectus] effecta Bb | debet] *omitted* Bb 535 de] ab Ly



Sed si papa fuerit hereticus et clerici ipsum noluerint vel non potuerint cohercere, periclitabitur fides ecclesie nisi papa hereticus prohibitus fuerit alios heretica inficere pravitate per potentiam laicalem. Ergo in hoc casu, cum clerici noluerint vel non potuerint papam hereticum cohercere, ipsum comprimere debet potentia laicalis. 540

Septima ratio est hec. Magis defendenda est fides catholica si eiusdem fidei periculum immineat quam propria persona. Hoc patet quia catholici in multis casibus pro defensione fidei orthodoxe proprias personas tenentur morti exponere. Sed laicis catholicis licet clericos attemptantes eos occidere potenter repellere, et detinere eosdem si alio modo eorum violentiam non possunt evadere, quia licitum est vim vi repellere (dis. 1 c. *Ius naturale*). Ergo multo magis si papa hereticus fidem conatur subvertere, et clerici ipsum nolunt vel non possunt comprimere, est per laicos reprimendus ac in firma custodia detinendus, si aliter nequit a sua insania prohiberi. 545 550

Octava ratio est hec. Sicut iuxta promissionem Salvatoris fides catholica usque ad consummationem seculi permanebit, ita in ecclesia Dei potestas de iure cohercendi hereticos usque ad finem seculi remanebit. Sed si papa cum omnibus clericis esset hereticus potestas cohercendi de iure hereticos non esset in papa et clericis, quia illi omni potestati spirituali essent privati. Ergo in hoc casu potestas cohercendi hereticos de iure esset ad laicos devoluta, et ita laici in hoc casu de iure haberent potestatem cohercendi papam hereticum et cunctos clericos sibi credentes. 555 560

Nona ratio est hec. Principes seculares et laici artius astringuntur fidem defendere orthodoxam quam propriam patriam. Hoc probatione non eget. Sed principes seculares propriam patriam, cum periculum imminet, tenentur defendere. Ergo multo magis, cum periculum fidei imminet propter impotentiam vel malitiam aut dampnabilem negligentiam vel ignorantiam clericorum ex perfidia et 565 570

---

550 dis...naturale] D. 1 c. 7 col. 5

---

537 non] *omitted* Bb 539 inficere] inficeret We 544 eiusdem] *omitted* Fi eius An 545 in] *omitted* Bb 547 laicis] laici Bb 551 subvertere] *omitted* An 552 reprimendus] comprimendus Ly 553 a] pro Ly 555 hec] *omitted* Ly 556 Salvatoris] Christi Ly | consummationem] finem Ly 558 finem] fidem An 560 et] in *added* Ly | clericis] hereticis *added* We Vc Ox 561 spirituali] spiritualibus Bb | hoc] isto Ly 564 cunctos] *omitted* Ly | clericos] *omitted* An 565 et] *omitted* We 567 eget] indiget Ly 568 propriam] *omitted* Bb

potentia pape heretici fidem subvertere molientis, principes  
 575 seculares et laici, quamvis non fuerint per clericos requisiti,  
 sibi debent resistere viriliter et potenter, et a sua vesania  
 prohibere.

Decima ratio est hec. Qui debitor est ut catholicam  
 veritatem defendat, debitor est ut potenter resistat veritatem  
 catholicam impugnanti. Laicus autem debitor est ut  
 catholicam veritatem sibi notam defendat. Ergo debitor est ut  
 580 resistat viriliter et potenter veritatem catholicam impugnanti.  
 Et per consequens laici, licet fuerint per clericos nullatenus  
 requisiti, si ipsi clerici papam hereticum noluerint vel non  
 potuerint cohercere, debent ipsum comprimere. Maior patet  
 aperte, quia secundum Innocentem, ut habetur dis. 83 c.  
 585 *Error*, “*Veritas cum minime defensatur, opprimitur. Negligere  
 quippe, cum possis deturbare perversos nichil est aliud quam  
 fovere. Nec caret scrupulo societatis occulte qui manifesto  
 facinori desinit obviare*”. Et per consequens qui debent  
 veritatem defendere debent impugnanti veritatem pro viribus  
 590 obviare. Minor probatur auctoritate Iohannis Chrysostomi  
 qui, ut legitur 11 q. 3 c. *Nolite*, ait, sicut superius allegatum  
 existit: “*Nam sicut sacerdos debitor est ut veritatem quam  
 audivit a Deo libere predicet, sic laicus debitor est ut  
 veritatem quam audivit quidem a sacerdotibus probatam in  
 595 scripturis defendat fiducialiter. Quod si non fecerit, proditor  
 est veritatis*”. Ex quibus verbis patet aperte quod laicus  
 debitor est ut defendat catholicam veritatem.

**Discipulus:** Ista ratio non probat quod laicus sit debitor  
 ut defendat veritatem nisi fuerit a sacerdotibus requisitus.  
 600 Quod innuit Chrysostomus cum dicit “*laicus debitor est ut  
 veritatem quam audivit quidem a sacerdotibus probatam in  
 scripturis defendat*”. Ergo solummodo debet veritatem

---

584 dis...585 Error] D. 83 c. 3 col. 533 591 11...Nolite] C. 11 q. 3 c.  
 88 col. 1259 | superius] 1 Dial. 6.93.53-60

---

574 sibi] omitted Ly | et<sup>1</sup>] eum added Ly | et<sup>2</sup>] omitted Ly 576 Qui]  
 Quod An 577 defendat...579 veritatem] omitted Bb 583 patet] apparet  
 Ly 584 quia] quod An 586 possis] poss~ Fi posset An | deturbare]  
 perturbare Ww 587 manifesto] omitted Fi 588 consequens] eis added  
 Ly 589 debent] licet Ly | impugnanti] impugnant Fi We (first wrote  
 “impugnanti” then questioned the final “i”) 590 Minor] Maior Bb  
 592 Nam] Ly: omitted Bb Fi An We 594 probatam] quod Bb  
 595 fiducialiter] Ly: omitted Bb Fi An We | proditor...596 veritatis]  
 prodidit veritatem Ww 598 sit] est An fit We 601 probatam]  
 quicumque added Fi 602 solummodo] solum Ly

defendere quando sacerdotes probant sibi veritatem per scripturas, et ipsum, ut defendat, requirunt.

**Magister:** Nonnullis apparet quod frivola est ista instantia seu responsio. Tum quia si laicus debitor est ut defendat veritatem quam audivit a sacerdotibus, multo fortius debitor est ut defendat veritatem quam legit in scripturis sacris. Tum quia laicus potuit audire veritatem a sacerdotibus ante omnem impugnationem veritatis, igitur, etiam mortuis illis sacerdotibus, laicus debitor est ut veritatem quam audivit ab eis in scripturis quidem probatam defendat. Ad defendendum enim veritatem non debet movere laicum auctoritas sacerdotum, sed veritas et auctoritas scripturarum. Et ita debet veritatem defendere quamvis minime a sacerdotibus requiratur.

**Discipulus:** Alias rationes ad assertionem predictam adducas.

**Magister:** Undecima ratio est hec. Ad illos spectat papam hereticum coercere qui ipsum minime coercendo a scelere nullatenus sunt immunes. Sed laici non sunt immunes a scelere si papam hereticum, cum clerici noluerint vel non potuerint, non coercent. Ergo in hoc casu debent papam hereticum coercere. Maior probatione non indiget. Minor probatur sic. Qui habent auctoritatem coercendi summos sacerdotes occisores Christi, habent etiam auctoritatem coercendi hereticos negantes fidem Christi. Populus autem habuit auctoritatem coercendi summos sacerdotes occisores Christi, quia aliter non coercendo a scelere fuissent immunes. Cuius contrarium dicit Augustinus Psalmo 80, et ponitur 23 q. 3 c. ultimo, qui ait: "*Ostendit propheta nec illos immunes a scelere esse qui permiserunt Christum principibus*

---

612 Ad...614 scripturarum] Constant ockhamist contention. 631 23... ultimo] C. 23 q. 3 c. 11 (*Ostendit propheta*) col. 1715

---

603 sibi] omitted An 605 ista] omitted Ly 608 est] omitted An legit...611 quam] omitted Fi 611 illis] omitted Ly 612 quidem] omitted Ly 617 predictam] prescriptam We 622 scelere] Sed laici non sunt immunes a scelere added dittography Bb | cum] eum added Ly 623 potuerint] coercere added Ly | debent] debet An 625 Qui] 9 (=Cum) Fi | summos] summens Bb 626 sacerdotes] sacerdos Ly etiam] et Ly 627 Christi] omitted We 629 Christi] habent etiam auctoritatem coercendi hereticos negantes fidem Christi. Populus autem habuit auctoritatem coercendi summos sacerdotes occisores Christi added dittography Bb hereticos negantes fidem Christi added Fi | quia] omitted Ly 630 80] 60 Ly 631 23] 29 (?) Fi | qui] omitted Ly 632 principibus] crucifigere et added Ly

635 *interficere, cum pre multitudine timerentur, et possent illos a facto et se a consensu liberare. Qui desinit obviare cum potest consentit*". Ergo consimiliter populus habet auctoritatem coercendi papam hereticum et alios hereticos fidem catholicam destruentes, si clerici eos noluerint vel non potuerint coercere. Nec est immunis a scelere si permittit pape heretico fidem corrumpere orthodoxam.

640 Duodecima ratio est hec. Non minus tenentur principes seculi fidem catholicam contra papam hereticum defensare quam teneantur socii socios et infirmos contra latrones defensare. Sed socii tenentur socios et infirmos contra latrones defensare, teste Ambrosio qui, ut legitur 23 q. 3 c. 645 *Fortitudo*, ait: "*Fortitudo que vel in bello tuetur a barbaris patriam, vel domi defendit infirmos, vel a latronibus socios, plena iustitie est*". Ergo multo magis, principes fidem catholicam contra papam hereticum quem nolunt vel non possunt clerici comprimere, tenentur coercere.

650 Tertiadecima ratio est hec. Qui alium tanquam excommunicatum vitare tenentur, ipsum a se in firma custodia sequestrare debent, si aliter eius communionem vitare non possunt. Sed principes seculares et laici scientes papam esse hereticum ipsum tanquam excommunicatum 655 vitare tenentur, quia omnis hereticus sententia excommunicationis involvitur. Ergo principes seculares et laici scientes papam esse hereticum ipsum a se sub firma custodia sequestrare tenentur, si eius communionem aliter vitare non possunt, quantumcunque non fuerint a clericis 660 requisiti.

### *Capitulum 100*

**Discipulus:** De istis rationibus post completionem operis huius tecum collationem habebō. Nunc autem peto ut indices quomodo ad rationes in contrarium respondere

---

644 23... 645 Fortitudo<sup>1</sup>] C. 23 q. 3 c. 5 col. 1713

633 pre] pro Ww 634 a] de Bb | Qui] enim added Ly 635 consentit] perversis et non facit, consentire videtur Ww 641 hereticum] hereticam Bb 642 teneantur] tenentur Ly 643 et] We Vc Ox: omitted Bb Fi An Ly 645 vel in] omitted Ww 647 iustitie] iustitia Ww 649 tenentur coercere] omitted Bb 650 Tertiadecima] Tredecima Ly 652 debent] deberent Ly | eius] post Bb 653 vitare] evitare Ly | et] omitted Ly 656 seculares] omitted An 657 scientes] omitted We | esse] omitted We | ipsum] omitted We | a se] omitted Ly 659 possunt] omitted Bb **Capitulum 100,1**] 10 Fi 3 tecum] omitted Bb Fi An Ly | collationem] collo<sup>m</sup> Fi coll'onem An 4 ad rationes] We Vc Ox: omitted Bb Fi An Ly

contingat. Et primo dic ad illa que allegantur supra capitulo 5  
98°.

**Magister:** Ad illa unico verbo respondetur quod  
auctoritates ibidem adducte sunt pure affirmative, et ideo ex  
eis ista negativa ‘heretici non sunt puniendi per laicos nisi  
fuerint a prelati ecclesie requisiti’ inferri non potest. 10

**Discipulus:** Ista est brevis responsio, de qua tecum alias  
conferam diligenter. Ideo ostende quomodo respondetur ad  
allegationes supra cap. 91 adductas.

**Magister:** Ad primam illarum respondetur quod papa  
hereticus in casu prescripto, quando scilicet clerici nollent vel 15  
non possent eum corrigere, est de foro iudicis secularis  
quantum ad hoc quod potest ipsum in firma custodia detinere  
et prohibere ne in alios virus pravitatis heretice effundat.  
Potest etiam de ipso inquirere ipsumque examinare sollicitate  
et audire, sed non potest ipsum degradare, neque diffinitivam 20  
contra ipsum proferre sententiam. Et in hoc defferetur futuris  
prelati catholicis zelum Dei et fidei catholice habituris, quia  
secundum nonnullos degradatio pape heretici et prolatio  
sententie diffinitive contra ipsum essent prelati ecclesie  
quibus Deus spiritum rectum infunderet reservande. 25

Cum vero accipitur quod clerici non sunt de foro iudicis  
secularis, respondetur quod hoc fallit in multis casibus (Extra,  
*De sententia excommunicationis c. Cum non ab homine* et c.  
*Perpendimus* et Extra, *De apostatis et reiterantibus baptisma*  
c. 1 et Extra, *De vita et honestate clericorum* c. ultimo). 30  
Unde, sicut allegatum est prius, glosa 23 q. 5 c. *Principes*  
plures casus notat in quibus laici iurisdictionem habent super  
clericos, inter quos unus est cum clerici fidem volunt

---

**Capitulum 100,27** Extra...28 homine] X. 5. 39. 14 col. 1885 28 c<sup>2</sup>...29  
Perpendimus] X. 5. 39. 23 col. 1891 29 Extra...30 1] X. 5. 9. 1  
(*Preterea*) col. 1688 30 Extra...ultimo] X. 3. 1. 16 (*Ex litteris*) col. 1000  
31 Unde...63 orthodoxe] PP\*. | prius] 1 Dial. 6.99.316\* | glosa] C. 23  
q. 5 c. 20 col. 1778 s.v. intra ecclesiam

---

5 supra] superius Ly 7 unico verbo] unica ratione Ly | quod] quia We  
ille added Ly 8 ibidem] idem Bb | ex...9 eis] omitted Ly 11 qua]  
omitted An 12 ostende] ostendere An 14 illarum] illam An | illarum  
respondetur] dicitur Ly 15 clerici] omitted An 20 ipsum] omitted Ly  
21 defferetur] defereretur Bb defereretur An differetur We 22 Dei...  
catholice] ex fidei charitate Ly 23 nonnullos] non alios Fi 24 essent] a  
added Ly 25 Deus...reservande] Spiritus Sanctus infunditur reservate  
Ly | reservande] reserva<sup>e</sup> An 28 non] vero Ly 29 et<sup>2</sup>...baptisma]  
omitted Ww 33 inter] omitted An | volunt] corrumpere vel added Bb Fi  
An

35 subvertere. Si autem aliquis clericus cupiens fidem subvertere  
 quem clerici nolunt vel non possunt corrigere ad forum  
 spectabit iudicis secularis. Quia si periculis minoribus oportet  
 40 occurrere, multo fortius necesse est maioribus periculis  
 obviare, ut colligi potest ex verbis Gregorii 10<sup>i</sup> in generali  
 concilio Lugdunensi (Extra, *De electione et electi potestate* c.  
*Ubi periculum*, libro Sexto). Sed minus periculum immineret  
 fidei si clerici inferiores fuerint pravitate heretica irretiti  
 quam si papa conatus fuerit totam ecclesiam labe heretica  
 45 maculare. Ergo, si quicumque clerici inferiores in quocumque  
 casu spectant ad forum iudicis secularis, potissime debent  
 iudices seculares et laici resistere pape heretico quando eum  
 clerici nolunt vel non possunt cohercere.

**Discipulus:** Per istam rationem laici in hoc casu possent  
 papam hereticum neci tradere corporali, quia in nonnullis  
 50 casibus laici clericos hereticos licite possunt occidere.

**Magister:** Respondetur quod in omnibus causa  
 consideranda est. Causa autem quare clerici heretici in  
 nonnullis casibus fiunt de foro iudicis secularis est ut ad  
 terrorem aliorum debite comprimantur. Similiter, causa quare  
 55 papa hereticus quem clerici nolunt vel non possunt corrigere  
 est per laicos comprimendus, est ne fides catholica per papam  
 hereticum comprimatur. Et ideo, ubi fides salvaretur catholica  
 per solam detentionem vel captivationem pape heretici, laici  
 ad aliam penam procedere non deberent. Ubi autem, papa  
 60 heretico in sola captivitate detento, periculum fidei  
 probabiliter timeretur et per eius mortem fides salvaretur, ad  
 necem corporalem pape heretici possent procedere laici ex  
 zelo fidei orthodoxe.

---

40 Extra...41 Sexto] X. VI. 1. 6. 3 col. 74-75 48 Discipulus...63  
 orthodoxe] This passage is referred to in 1 Dial. 7.52 (OP VII)

---

34 Si...subvertere<sup>2</sup>] omitted Ly 35 pertinet] pertinent Ly 36 corrigere]  
 corripere Ly 39 verbis] beati added Bb Fi An Ly | 10i] omitted Ly  
 40 De...potestate] De electionibus Ww 41 immineret] imminet Bb An  
 We 45 debent] debet An 49 neci tradere] nece tradi Bb An neci tradi  
 Fi | in] omitted An 50 possunt] possent Ly 52 in] et Bb 53 fiunt]  
 fiant Ly 54 aliorum debite] aliquorum Fi An | debite] omitted Fi An  
 55 quem clerici] omitted An | non] omitted Bb | corrigere] coercere Ly  
 56 per papam] pp<sup>am</sup> Fi 58 detentionem] vinculationem Ly 59 deberent]  
 debent An | autem] a added Ly 60 heretico] hereticus An 62 necem]  
 mortem Ly | possent] possint Fi | ex] omitted Ly

**Discipulus:** Licet sepe reperiatur cautum in iure quod clerici non spectant ad forum iudicis secularis, tamen in multis casibus hoc fallit, quia per conditores legum quibus cavetur quod clerici non pertinent ad forum iudicis secularis plures casus excipiuntur, inter quos non invenitur casus de papa heretico, quia de illo casu in iure nunquam fit mentio. Ergo casus de papa heretico non debet inter casus alios computari, et ita papa hereticus nunquam spectabit ad forum iudicis secularis nisi per prelatos ecclesie fuerit traditus curie seculari.

Confirmatur hec ratio. Quia eius est interpretari legem cuius est condere. Cum ergo conditor legum quibus cavetur quod clerici non spectant ad forum iudicis secularis nunquam dictas leges taliter interpretetur ut casum de papa heretico excipiat, in nullo casu papa hereticus spectabit ad forum iudicis secularis nisi in quo, secundum exceptiones sacrorum canonum, aliquando clerici heretici fiunt de foro iudicis secularis, quin scilicet primo fuerint degradati et postea traditi curie seculari (Extra, *De hereticis c. Ad abolendam* et c. *Excommunicamus*). Ergo consimiliter papa hereticus non spectabit ad forum iudicis secularis nisi antea fuerit degradatus et curie traditus seculari.

**Magister:** Respondetur quod non illius solius est interpretari legem cuius est condere, quod glosa (Extra, *De postulatione prelatorum c. 1*) insinuat manifeste. Nam

---

74 Confirmatur...ratio] Here begins the core of what Ockham later described in 3 Dial. 1. 2. 24 (OP VIII, p..216) as “nostra prolixa disputatio de potestate interpretandi dicta et statuta aliorum”. This “disputatio” may belong to a specific set of 1 Dial. PP\*s may be characterized by the unusual (for Ockham’s polemic treatises) “*verbi gratia*” elucidator: cf. also 1 Dial. 4.15 OP V); 6.79.406-407; 6.79.494; 6.94.158; 7.8 (OP VII). 82 Extra...abolendam] X. 5. 7. 9 col. 1672 | c<sup>2</sup>...83 Excommunicamus] X. 5. 7. 13 col. 1670 (*sic*) 87 glosa] X. 1. 5. 1 (*Ad hec*) col. 99 s.v. interpretatus

---

65 spectant] spectent Ly 66 quia] qui Ly 69 illo] *omitted* An 70 inter] in We 71 nunquam] *omitted* An 77 interpretetur] interpretentur Bb 78 spectabit] spectet Bb 80 aliquando] alii Bb 81 secularis] illi autem non fiunt de foro iudicis secularis *added* Ly 83 consimiliter] similiter Ly 85 seculari] **Magister:** Totam assertionem predictam melius intelliges, et per consequens magis adverteas aliquid contineat veritatis, si tibi monstravero quomodo ad confirmationem rationis tue respondetur. **Discipulus:** Si ita est placet quod<sup>1</sup> (<sup>1</sup> *omitted* Ba) ab ipsa incipias *added* We Vc Ox Ba 86 non] est *added* An | est] semper *added* We Vc Ox 87 De...88 prelatorum] De postulatis Bb Fi An We De apostatis Ly

90 diversas interpretationes legis enumerans, quarum prima est principis, legis videlicet conditoris, alia consuetudinis, alia iudicis, subiungit: “*alia est que nec generalis nec necessaria, nec redigenda in scriptis, ut magistrorum*”. Ex quibus verbis habetur quod non solius condentis legem est interpretari eandem. Ad cuius evidentiam dicitur esse sciendum quod  
95 interpretatio legis non videtur esse nisi quedam declaratio intellectus legis seu expositio aut apertio. Unde tunc solum videtur necessaria interpretatio legis quando ignoratur intellectus legis. Ex tribus autem causis potest ignorari intellectus legis.

100 Quandoque enim verba legis propter aliqua verba equivoca seu multiplicia in ipsa contenta possunt habere diversus sensus, quorum nullus repugnat neque iuri divino neque iuri naturali neque iuri positivo minime abrogato. Et in hoc casu interpretatio legis solummodo spectat ad conditorem  
105 legis vel superiorem qui eandem legem condere posset, quia sicut aliorum non est condere legem ambiguam, ita non est aliorum condere legem eandem sub determinato sensu, et per consequens non est aliorum asserere talem sub tali sensu debere intelligi.

110 Quandoque autem ignoratur ultimus intellectus legis propter ignorantiam iurium positivorum: quando scilicet nesciuntur exceptiones legis que ex iure positivo dependent. Et ideo necesse est declarare et exponere sive interpretari quomodo lex debet intelligi. Et talis interpretatio seu  
115 expositio sive declaratio intellectus legis spectat ad consuetudinem, que est optima legum interpres, et ad iudicem cuius est legum et consuetudinum habere peritiam, et ad magistrum, hoc est in iure peritos, ad quos spectat notitiam legum habere.

120 Interdum autem ignoratur intellectus legum propter ignorantiam iuris divini vel iuris naturalis, sive rationis

---

89 legis] legum Ly 90 legis...conditoris] legem condentis Ly 91 nec<sup>1</sup>] non Ly est added Ww | nec necessaria] omitted Ww 92 ut] omitted Ly 95 legis] Ly: legum Bb Fi An We 96 legis] Ly: legum Bb Fi An We aut apertio] apertior Ly | apertio] aperitio Bb 97 necessaria] omitted Ly | legis] legum Ly | quando...98 legis] omitted Bb 101 contenta] contempta We 102 neque] omitted Ly 103 positivo] portio Bb 105 vel] ad added We 106 legem] sic added Bb We sicut added Fi An ita] sic Ly 107 legem] omitted Ly | determinato] terterminato Bb 108 talem] legem added Bb Fi We 111 propter] per Ly 112 legis] legum Ly | que] qui An | dependent] dependet An 114 seu] omitted Ly 118 in] omitted Ly | quos] omitted Bb



naturalis, aut etiam rationis accepte simul ex iure divino et naturali dictamine rationis. Verbi gratia: ut habetur Extra, *De sponsalibus* c. *Veniens*, papa mandat statuendo legem quod si quis invenitur cognovisse mulierem cui fidem dedit de matrimonio contrahendo, remanere debet cum eadem. Si quis autem attendat verba legis et nescierit ius divinum quo conceditur quod licet causa fornicationis uxorem dimittere, ultimum intellectum legis predictae nequaquam habebit. 125

Item, ut habetur Extra, *De deposito* c. 2<sup>o</sup>, depositori licet pro voluntate sua depositum revocare, quod ignarus iuris naturalis quo cavetur ne ad patriam expugnandam depositum reposcatur nequaquam ultimate intelliget. Cum ergo ex ignorantia iuris divini et iuris naturalis ignoratur intellectum legis, necessaria est interpretatio sive expositio et declaratio intellectus legis, et ista interpretatio seu declaratio legis principalissime spectat ad peritos in iure divino et philosophia morali, in tantum quod, si conditor legis non fuerit sufficienter instructus in scriptura divina et philosophia morali, interpretatio talis condite ab eo legis principalius spectat ad alios eruditos quam ad ipsum. Imo ipse posset et deberet in casu interpretationem legis suae ab eis recipere. Quemadmodum, secundum mundi sapientem, ad epikeiam spectat dicere in quo casu verba legis non sunt servanda, quod facit per agnitionem equitatis naturalis. Unde si rex illiteratus, experientia rerum et negotiorum peritia carens, statuatur legem solum considerans ea quae communiter accidunt, philosophus eruditus et expertus melius dicet in quibus casibus verba legis non sunt servanda, et profundiorum intellectum legis regalis habebit quam rex qui statuit eam. 130 135 140 145 150

---

**123** Extra...124 *Veniens*] X. 4. 1. 13 col. 1428 **130** Extra...2o] X. 3. 16. 2 (*Bona fides*) col. 1120 **143** epikeiam] Aristotle, *Nichomachean Ethics*, Bk. 5, ch. 10 (Susemihl, 1137a31-1138a2). Cf. also OND c. 66 (OP II, p. 583); OQ.1.17 (OP I<sup>2</sup>, p. 61)

---

**122** etiam] *omitted* Ly | ex] a Ly **124** sponsalibus] sponsilibus Bb papa] *omitted* Bb **125** invenitur] inveniatur Ly **126** matrimonio] mri Bb | cum] in Ly **127** nescierit] nesciet An nesciret We **129** ultimum] verum Ly | predictae] *omitted* Ly **131** quod] tamen Ly **133** intelliget] intelligit Ly **135** legis] et ob hoc *added* Ly **136** legis<sup>1</sup>] legum Ly et...legis<sup>2</sup>] *omitted* Ly **138** conditor] institutor Ly **141** alios] aliquos Ly **144** in] *omitted* Ly **145** facit] fit Ly | rex] *omitted* Ly **147** statuatur] statuit Ly **149** profundiorum] profunditorem An **150** regalis] legalis Bb *omitted* Ly

**Discipulus:** Narratio suprascripta plura dubia, imo falsa, continere videtur, de quibus duo tantum ad presens reprobare conabor. Quorum primum est quod dicit aliquam legem esse ambiguam duos sensus habentem, quod Isidoro repugnare videtur. Isidorus enim, ut legitur dis. 4 c. *Erit*, asserit quod  
155 lex debet esse manifesta, “*ne aliquid per obscuritatem in captionem contineat*”. Lex autem ambigua diversos sensus habens est obscura. Ergo lex non debet esse ambigua.

Secundum est quod dicit interpretationem legis ad peritos spectare. Hec enim Augustino, cuius verba ponuntur dist. supradicta 4<sup>a</sup> c. *In istis*, obviare videtur. Ait enim: “*In istis temporalibus legibus, quanquam de his homines iudicent, cum eas instituunt, tamen cum fuerint institute ac firmate, non licebit iudici de ipsis iudicare, sed secundum ipsas*”. Ex  
160 quibus verbis patenter habetur quod de legibus temporalibus iudicare non licet, et per consequens eas interpretare non licet.

**Magister:** Ad primum istorum respondetur quod quamvis quantum convenienter fieri potest lex debeat esse  
170 manifesta ne aliquid per obscuritatem in captionem contineat, tamen non est dicendum quin leges multe sic sint ambigue quod in eis verba multiplicia diversos habentia sensus ponuntur, cum etiam in lege divina talis diversitas et multiplicitas reperiatur, teste glosa que ad Galatos 6 super  
175 illud Apostoli “*unusquisque onus suum portabit*”, ait contrarium: “*Quod hic dicitur contrarium videtur precedentibus ubi ait ‘alter alterius onus suum portabit’*”, et declarans quod non est contrarium dicit: “*Quod non est*”,

---

**155** dis...Erit] D. 4 c. 2 col. 13    **161** dist...istis] D. 4 c. 3 col. 13  
**174** glosa] Petrus Lombardus, *Collectanea in Paulum, In epistolam ad Galatas*, PL 192, col. 163C | Galatos 6] Galatians 6:5

---

**151** Discipulus] *omitted* An | Narratio] Narratus sermo Fi suprascripta] scripta Fi supradicta Ly    **152** de quibus] quorum Ly  
**153** esse] *omitted* Bb    **154** Isidoro...155 videtur] Isidorus reputare videtur falsum Ly    **155** legitur] habetur Ly    **157** captionem] captione Bb Fi An We captivatione Ly | autem] enim Ly    **159** Secundum] Secundus Bb    **160** Hec] Hoc Ly | Augustino] Aug' An We Ly    **161** 4a c] *omitted* Ly | istis] temporalibus *added* Ly | obviare videtur] *omitted* Ly  
**162** legibus] autem legis Bb | quanquam] *omitted* Bb Fi An  
**163** instituunt] et *added* Bb | institute] instituti Bb    **166** interpretare] Kn: interpretari Ww    **168** Magister] *omitted* An    **170** captionem] captione We | contineat] sci<sup>at</sup> Bb    **173** ponuntur] ponantur Ly  
**174** que] *omitted* Ly    **176** contrarium<sup>1</sup>] An: *omitted* Bb Fi We Ly | hic] *omitted* Ww    **177** onus...portabit] onera portate Ww    **178** est<sup>2</sup>] *omitted* Bb Fi An

scilicet contrarium precedentibus, “*quia nomen oneris  
diversis modis accipitur. Multa enim sunt verba que diversis* 180  
*locis congruenter posita varie intelliguntur, sicut hic: nisi  
enim oneris nomen sub diversis significationibus acceperis,  
procul dubio putabis eundem sibi in loquendo esse  
contrarium, et hoc tam vicine positis verbis: qui cum Paulo*  
*ante diceret ‘alterius onera portabit’ hic dicit ‘unusquisque* 185  
*onus suum portabit’”. Ex quibus patet aperte quod verba  
ambigua et multiplicia reperiuntur in lege divina. Ergo nec ab  
humanis legibus est hoc negandum, et ita non est  
inconveniens quod lex humana possit diversis modis intelligi.*

Ad secundum dicitur quod quamvis secundum 190  
intentionem beati Augustini de temporalibus legibus que sunt  
pure positive, postquam fuerint institute ac firmate, nec iudex  
nec alius debeat iudicare an sint servande vel non sint  
servande quia constat quod servande sunt, licebit tamen non  
solum iudici sed etiam eruditis et doctis iudicare et indagare 195  
secundum quem intellectum servande sunt et secundum quem  
intellectum servande non sunt, et que exceptiones circa leges  
institutas servande sunt et que servande non sunt, sive in  
quibus casibus leges institute servande sunt et in quibus  
casibus verba legis servanda non sunt. Sic secundum mundi 200  
sapientem, epikeia iudicat in quo casu verba legis non sunt  
servanda, utens naturali dictamine rationis, hoc est utens iure  
naturali. Quia ex quo nulla lex positiva iusta potest esse  
contraria iuri naturali, lex quecunque humana in illo casu in  
quo si servaretur sicut verba sonant esset contraria iuri 205  
naturali minime est servanda. Sicut enim supra dictum est,  
lex humana (imo videtur quod lex nature , ut innuit Isidorus,

185 ante diceret] Galatians 6:1 201 epikeia] *supra*, lines 143ss.\*  
206 *supra*] lines 130ss.\*

179 scilicet] hoc Ly 180 diversis<sup>1</sup>] multis Ly | que] in *added* Ly  
181 congruenter] convenienter Bb <sup>9</sup>ēt' Fi An *omitted* Ly | hic...182  
nomen] hoc nomen oneris quod nisi Ly 182 enim] est Fi 184 hoc] hec  
Ly | tam...Paulo] est causa quare cum Paulus Ly | verbis] *omitted* Bb  
Fi An We 185 alterius...portabit] alter alterius onera portate Ww  
186 portabit] potabit We | quibus] verbis *added* Ww 187 lege] le Bb  
188 ita] *omitted* Ly 189 quod] quia Fi 190 secundum<sup>1</sup>] secundam Bb  
Fi An 191 intentionem] sententiam Ly 192 fuerint] fuerunt Ly | ac]  
*omitted* Bb Fi An 193 sint<sup>1</sup>] sunt Ly | sint<sup>2</sup>] *omitted* An Ly 195 sed  
etiam] et Ly 197 et] *omitted* Bb | et...200 sunt] *omitted* Ly  
199 leges...200 casibus] *omitted* Fi An 200 Sic] Sicut Ly 201 epikeia]  
epicheia We 204 illo] nullo Ly 205 iuri...206 naturali] *omitted* Ly  
206 enim] *omitted* Ly | est<sup>2</sup>] similiter *added* Ly 207 videtur quod] et  
Ly | ut innuit] renuit Bb | Isidorus] Y *then gap* Fi

prout recitatur dis. 1 c. *Ius naturale*) statuit quod res deposita  
 210 depositum reposceret ad occidendum seipsum vel alium  
 innocentem iniuste, gladius depositus sibi restitui non  
 deberet, quia qui in hoc casu restitueret gladium depositum  
 ageret contra ius naturale, quo quilibet obligatur tantum  
 flagitium et dispendium proximi prohibere, si potest.

215 **Discipulus:** Dic quomodo per predicta contingat  
 refellere rationem quam feci.

**Magister:** Respondetur quod licet in iure, cum contra  
 regulam qua dicitur quod clerici non spectant ad forum  
 iudicis secularis excipiuntur casus in quibus regula illa fallit  
 220 non fiat mentio de papa heretico, tamen casus de papa  
 heretico debet inter alios computari. Cuius ratio est quia,  
 sicut licet de multis que spectant ad ius naturale non fiat  
 mentio in iure scripto tamen facienda sunt cum occurrerit  
 225 necessitas faciendi, ita licet in iure scripto non fiat mentio de  
 casu in quo papa esset hereticus tamen casus ille excipi debet  
 quando papa incurrit hereticam pravitatem et clerici nollent  
 vel non possent eum coercere.

**Discipulus:** Quare non excipitur casus de papa heretico  
 si clerici nollent vel non possent eum coercere, quando a  
 230 conditoribus canonum, glosatoribus et doctoribus, excipiuntur  
 casus in quibus illa regula fallit: ‘clerici non sunt de foro  
 iudicis secularis’ ?

**Magister:** Respondetur quod sicut leges non feruntur  
 nisi de his que sepe accidunt, et non de illis que accidunt raro  
 235 vel nunquam, ita sepe a conditoribus legum et glosatoribus  
 earundem ac doctoribus non excipiuntur casus in quibus

---

208 dis...naturale] D. 1 c. 7 col. 5 233 leges...234 accidunt<sup>1</sup>] Cf. also 1  
 Dial. 6.26.7-10\*, 1 Dial. 6.45.278-280\*, and 1 Dial. 7. 25 (OP VII).

---

208 res] rex Bb 209 reposcitur] reposcetur We deponitur Ly  
 211 innocentem] nocentem Bb 212 gladium] omitted Ly 213 quo] ergo  
 An | tantum] omitted Ly 214 si] omitted Fi se An 216 refellere]  
 repellere Ly 217 cum] omitted Fi Ly 219 excipiuntur] excipiantur Ly  
 fallit] licet added We 220 casus...221 heretico] omitted Ly | de<sup>2</sup>...221  
 heretico] omitted Bb 222 naturale] nature Ly 223 tamen] omitted Bb  
 224 faciendi] faciendo Fi | ita] ista Bb | scripto] omitted Fi An  
 226 nollent] nollet Bb 227 possent] posset Bb possent Fi | eum]  
 eundem Bb Fi ipsum We 228 Discipulus...229 coercere] omitted An  
 229 eum] omitted We | a] cum Ly 230 glosatoribus] Ly: glosis Bb Fi  
 An We 231 fallit] quod added Ly 234 accidunt<sup>1</sup>] omitted Fi | et...  
 accidunt<sup>2</sup>] non de his que Bbm 236 earundem] We Vc Ox: eorundem Bb  
 Fi An Ly

regule generales fallunt, nisi illi qui sepe accidunt et non illi qui accidunt raro vel nunquam. Casus autem de papa heretico quem clerici nolunt vel non possunt corrigere raro vel nunquam accidit. De nullo enim papa heretico ante tempora nostra legitur quod clerici, saltem omnes, in cohercendo ipsum fuerint negligentes. Nam et Liberio pape heretico multi restiterunt viriliter, et Anastasium 2<sup>um</sup> hereticum multi clerici fortiter impugnaverunt et a communione eius se laudabiliter abegerunt. Et ita iste casus ante tempora nostra non videtur accidisse. Et propter hoc conditores legum et glosatores earum aliique doctores, excipiendo casus in quibus regula fallit qua dicitur quod clerici non sunt de foro iudicis secularis, de papa heretico quem clerici nollent vel non possent corrigere non fecerunt mentionem. Et tamen iste casus multo magis excipiendus est quam alii casus quos conditores canonum et glosatores excipiunt.

**Discipulus:** Quare debet excipi casus iste?

**Magister:** Respondetur quod ideo debet excipi casus iste quia exceptio istius casus ex ratione evidenti cui nulla lex humana preiudicare potest quoquo modo patenter infertur.

**Discipulus:** Que est illa ratio?

**Magister:** Ratio est hec. Ille casus a regula generali excipi debet quo non excepto detrahitur honori divino, fides periclitatur catholica, et detrimentum ac periculum et dispendium spirituale omnium fidelium procuratur. Hec est de se manifesta, quia contra honorem divinum nulla regula est servanda.

Iterum, nulla lex humana que vergat in periculum fidei et dispendium salutis eterne ab homine statui potest. Si enim pacta, promissiones, vota et iuramenta que vergunt in interitum salutis eterne servanda non sunt secundum canonicas sanctiones, ratione consimili leges humane quecunque in eo casu in quo vergerent in periculum fidei

---

267 secundum...268 sanctiones] X. 2. 24. 8 col. 801 (*Si vero*)

237 nisi] et Bb 239 vel<sup>1</sup>] sed Fi | vel<sup>2</sup>...240 nunquam] *omitted* Ly  
 241 nostra] unquam *added* Ly 242 ipsum] papam hereticum Ly | pape]  
 papa Bb Fi An 243 restiterunt] resisterunt Bb resistunt Fi An | 2um]  
*omitted* Ly 244 eius] cuius Fi An | se] *omitted* Ly 245 abegerunt]  
 abierunt We 246 conditores] conditoris Bb 247 earum] earundem Ly  
 249 quem] quam Bb 250 tamen] ideo Ly 254 casus] *omitted* An  
 casus...255 iste] *omitted* Ly 255 istius] *omitted* Ly | ex ratione] excōē  
 An 262 de se] *omitted* Ly 263 servanda] observanda Ly 264 Iterum]  
 Item An | vergat] cedit seu vergit Ly 267 interitum] fatum Fi  
 268 humane] *omitted* Ly 269 eo] illo Ly

270 catholice et dispendium spirituale fidelium non sunt servande.  
 Sed casu predicto de papa heretico quem clerici nolunt vel  
 non possunt cohercere non excepto a regula illa ‘clerici non  
 sunt de foro iudicis secularis’, honori divino detrahitur, quia  
 inferiores, cum facile sequantur exempla maiorum, a vero  
 275 culto Dei papam hereticum imitando se subtraherent. Fides  
 etiam periclitatur catholica, quia si teste beato Hieronimo, ut  
 legitur 24 q. 3 c. *Resecande*: “*Arius in Alexandria una  
 scintilla fuit sed quia non statim oppressa est totum orbem  
 eius flamma populata est*”. Multo magis papa hereticus, si  
 280 non fuerit statim extinctus, eius flamma heretice pravitatis  
 totum populabitur orbem, inficiendo labe heretica christianos.  
 Et ita, si casus ille non excipitur a regula memorata, fides  
 periclitatur ecclesie, et per consequens detrimentum et  
 periculum ac dispendium spirituale omnium fidelium  
 285 procuratur. Quare ille casus est excipiendus omnino, nec papa  
 de plenitudine potestatis posset statuere quod casus ille non  
 exciperetur. Quemadmodum, ut notat glosa dis. 40 c. *Si papa*  
 : “*Numquid papa posset statuere quod non posset accusari de  
 heresi? Respondetur quod non quia ex hoc periclitaretur tota  
 290 ecclesia*”.

Iterum, quod casus ille debeat excipi probatur ex hoc  
 quod, teste Isidoro, ut habetur dis. 4 c. *Erit autem lex*: “*Nulla  
 privato commodo sed pro communi civium utilitate*” debet  
 conscribi lex. Lex ergo que esset contra utilitatem civium non  
 295 esset lex. Sed si casus ille de papa heretico quem clerici  
 nollent vel non possent corrigere ab illa lege qua cavetur

---

277 24...Resecande] C. 24 q. 3 c. 16 col. 1881 287 glosa] D. 40 c. 6  
 col. 260 s.v. a fide devius 292 dis...lex] D. 4 c. 2 col. 13

---

271 Sed] in added Ly 272 illa] omitted Fi 273 detrahitur] distrahitur  
 We 275 culto] cultu Bb Fi | Dei] omitted Ly | imitando] vindicando  
 Fi | subtraherent] subtrahent Bb An We 276 si] We Vc Ox: sicut Bb Fi  
 An Ly 277 Arius] qui added Ww 278 sed] Ly: omitted Bb Fi An We  
 quia] quoniam Ly | oppressa] oppressus Ww | est] Ly: fuit Bb Fi An  
 We per added Ly 279 eius...populata] Ly: populatus Bb Fi An We  
 281 populabitur] depopulabitur Ly 286 posset] omitted Fi | statuere]  
 facere Ly 287 exciperetur] excipietur Bb | Quemadmodum] omitted  
 Ly | papa] dicens added Ly 288 Numquid] Non Fi An We  
 Numquid...statuere] omitted Bb 289 Respondetur...non] omitted Bb Fi  
 An We posset statuere quod non posset accusari added Ly | tota...290  
 ecclesia] fides ecclesie Ww 291 hoc] omitted An hec We 292 quod]  
 quia Ly | Isidoro] Isidoro Ly | autem] omitted Ww | lex] omitted Ly  
 Nullo] modo added Bb Fi An 293 pro] non An 294 conscribi] scribi  
 Fi An | Lex] Ly: omitted Bb Fi An We 295 si] omitted We 296 illa]  
 ipsa Ly

quod clerici non sunt de foro iudicis secularis non exciperetur, esset contra utilitatem civium christianorum. Ergo non esset vera lex sed falsa, iniqua, et iniusta. Quare non esset servanda, quia Isaie 10 scribitur : “*Ve qui conduunt leges iniquas*”.

**Discipulus:** Contra predicta impugnatio fortis occurrit, quia si verba legum in quibusdam casibus qui non sunt excepti in legibus non essent servanda, posset ad libitum quilibet excipere casus a lege quos vellet, et dicere ‘in istis casibus verba legis sicut sonant non sunt servanda’. Et ita ex lege nulla haberetur certitudo quando verba legis essent servanda et quando non essent servanda.

**Magister:** Ad hoc respondetur quod non licet cuilibet excipere casum ad libitum et dicere ‘verba legis in tali casu non sunt servanda’. Sed si dicit ‘verba legis in tali casu non sunt servanda’ oportet quod hoc ostendat per legem superiorem vel per rationem evidentem. Et si altero istorum modorum patenter ostendit verba legis in tali casu non esse servanda, standum est dicto suo, non quia ipse dicit sed quia lex superior vel ratio evidens hoc ostendit. Et ratio huius est quia nulla potest esse lex que legi superiori vel aperte rationi repugnat. Unde quecunque lex civilis vel canonica repugnat legi divini vel rationi aperte non est lex. Et eodem modo, verba legis canonice vel civilis in illo casu in quo repugnarent legi divine, scilicet scripture sacre, vel rationi recte, non essent servanda.

**Discipulus:** Ad quem pertinet iudicare verba legis canonice vel civilis repugnare scripture divine vel rationi recte?

**Magister:** Respondetur quod hoc iudicare per modum doctrine et simplicis assertionis spectat ad eruditum in scriptura divina, et ratione naturali ac philosophia morali pollentem. Hoc autem iudicare ex auctoritate officii, alios obligando ad hoc servandum et tenendum, spectat ad

---

300 Isaie 10] Isaiah 10:1

---

298 civium] *omitted* Ly 300 esset] est An | quia] secundum *added* Ly Isaie] Ysid’ Fi An Esaiam Ly | 10] 18 We 303 legum] legis Fi leg’An 307 legis] legum We 311 sunt] esse We | legis] legum Ly 314 ostendit] ostenderit We | legis] legum Ly 317 legi] lege Bb 318 repugnat<sup>1</sup>] repugnet Ly | vel canonica] *omitted* Ly 319 Et] *omitted* Ly | eodem modo] eadem An 320 in<sup>2</sup>] *omitted* Ly 324 rationi] ratione An 329 alios] *omitted* Ly 330 servandum] servande Bb

conditorem legis de consilio peritorum in scripturis sacris et naturali precellentium ratione.

**Discipulus:** Ergo secundum predicta theologi et philosophi haberent iudicare de intellectu legum civilium et canonicarum?  
335

**Magister:** Conceditur quod ultimum iudicium de intellectu legum civilium et canonicarum est reservandum theologis et philosophis, quemadmodum ultimum iudicium de aliquo dubio in scientia inferiori reservandum est scientie superiori, eo modo quod per principia iudicandum est de conclusione que sequitur ex principiis.  
340

**Discipulus:** De hac materia tactum est supra libro primo. Ideo transi, et narra quomodo respondetur ad secundam rationem supra 91<sup>o</sup> cap. adductam.

**Magister:** Respondetur quod nonnunquam ad iudicem secularem spectat cognoscere de causa heretice pravitatis, et hoc dupliciter. Uno quidem modo per seipsum, quia ipse tenetur multa scire per que potest in causa heretice pravitatis in multis casibus iudicare, etiam absque aliorum consilio peritorum. Si enim aliquis christianus dixerit fidem christianam esse falsam et malam, iudex secularis non debet indigere consilio ut sciat an talis sit tanquam hereticus condemnandus, sed ipsemet tenetur scire quod talis est hereticus reputandus et pro heresi condemnandus. Similiter, si quis docuerit quod Christus non fuit natus de virgine, vel quod non fuit passus, vel quod non resurrexerit, vel quod non est unus Deus, vel quod non sunt tres persone in Deo, iudex secularis tenetur scire quod talis est hereticus. Et ita, sicut iudex secularis multa ad fidem spectantia orthodoxam credere tenetur explicite, ita in multis casibus per seipsum potest cognoscere quid est tenendum in causa heretice pravitatis.  
345  
350  
355  
360

Alio modo potest cognoscere de causa heretice pravitatis requirendo consilium peritorum, quemadmodum de

---

342 De...343 et] PP\*. Cf. also 1 Dial. 7.14 (OP VII) | supra] 1 Dial. 1. 6-14 (OP V)

---

331 de] cum Ly 332 precellentium] pollentium Ly 335 canonicarum] canonum Ly 336 Magister...337 canonicarum] omitted Bb 337 canonicarum] canonum Ly | reservandum] servandum Ly 338 theologis] theologiarum Bb 340 quod] quo Fi 342 tactum] dictum Ly 343 narra] monstra Ly 347 quidem] omitted Ly | quia] et added Ly 349 multis] multi Bb 351 esse] omitted Ly 352 consilio] concilio Fi An | an] ut Bb Fi An 353 ipsemet] ipse Ly 354 pro] de Ly 356 non<sup>1</sup>] omitted Bb 357 in Deo] omitted We 361 quid...heretice] omitted Bb



multis casibus civilibus cognoscit, nesciendo in eis per  
 seipsum quid rectum, quid obliquum nisi per informationem 365  
 aliorum decernere. Cum enim coram iudice aliquis accusatur  
 de falsa moneta, sepe iudex nescit discernere per seipsum an  
 moneta de qua est questio sit falsa vel vera, et ideo antequam  
 sententiam proferat, requirit monetarios, quos iuramento vel  
 alio modo licito astringit ut sibi de dicta moneta indicent 370  
 veritatem. Et ita in quam plurimis casibus iudex secularis, qui  
 non habet omnes artes et omnes naturas rerum scire, de  
 consilio aliorum profert sententiam, quia in talibus causis  
 quampluribus per seipsum non posset cognoscere quomodo  
 eum oporteat iudicare. 375

Sic dicunt de iudice seculari in multis casibus respectu  
 cause pravitatis heretice, quia in multis casibus indigeret  
 consilio in sacris literis peritorum. Si enim aliquis christianus  
 accusaretur coram iudice seculari in biblia minime erudito  
 quod pertinaciter asseverit beatum Paulum fuisse conversum 380  
 ante passionem Christi, quemadmodum quidam magnus  
 canonista dixit, et in scriptis suis reliquit, quod beatus Paulus  
 fuit unus de duodecim apostolis qui sequebantur Christum  
 antequam pateretur, iudex secularis nesciret per seipsum dare  
 sententiam, sed requisito consilio peritorum in scripturis 385  
 sacris ex quibus penderet questio supradicta, posset secure  
 dare sententiam. Ubi autem iudex secularis nec per se nec per

---

**381** quidam...382 canonista] This as yet unidentified canonist seems to have been reporting a venerable if obviously erroneous tradition. Centuries before Ockham, speaking at the 2nd Council of Limoges, a certain "Petrus presbyter" had mentioned that "*multi hodieque non advertentes Paulum putant esse de duodecim*", adding that many included St. Paul "*in duodecim apostolorum serie per canonem missae et per alia loca*" (PL, t. 142, cols. 1359B, 1362A)

---

**364** casibus] causis We | casibus...eis] criminibus contingit ex informatione aliorum in quibus nesciret Ly **366** decernere] discutere Ly **367** sepe iudex] *omitted* Ly **368** vel] et Ly **370** licito] *omitted* Ly | de] *omitted* Bb | dicta] tali Ly | indicent] indigent Bb **371** quam plurimis] pluribus An Ly **372** habet] potest We | omnes<sup>2</sup>] *omitted* Ly **373** sententiam] *omitted* An | causis] casibus Ly **374** quomodo] *omitted* Fi **375** eum] *omitted* Ly **376** Sic] Si An **377** casibus] respectu cause pravitatis heretice, quia in multis casibus *added dittography* Bb indigeret] indigent An **378** in] *omitted* Bb Fi An **379** accusaretur] accusaret An **380** asseverit] asseruerit Fi An Ly **382** canonista] cononista Bb An | scriptis] We: scripturis Bb Fi An Ly | reliquit] relinquit Fi An **384** pateretur] peteretur Ly **385** sed] de *added* Ly **386** secure] scire Ly **387** dare] *omitted* Bb | nec<sup>1</sup>...se] *omitted* Ly per<sup>2</sup>] alium *added* An

consilium suum posset scire aperte que esset veritas in aliqua  
 390 questione mota de fide, in tali casu se intromittere non  
 deberet.

Ad propositionem igitur applicando, dicitur quod si  
 papa hereticus teneret fidem christianam esse falsam, vel non  
 esse tres personas distinctas in divinis aut aliquid huiusmodi,  
 395 quod iudex secularis per seipsum vel per consilium et  
 informationem peritorum posset aperte cognoscere esse  
 hereticum, secure posset papam hereticum iudicare, si clerici  
 nollent vel non possent ipsum debite cohercere.

Cum vero dicitur quod ad iudicem secularem non  
 pertinet causa fidei vel Dei, respondetur quod dicere causam  
 400 fidei vel Dei nullo modo spectare ad iudicem secularem et  
 laicos est omnino insanum, et est verbum clericorum  
 avarorum et superbiorum, qui omnino ab ecclesia Dei laicos  
 conantur excludere, ut, ipsis laicis exclusis ab ecclesia, clerici  
 405 laicorum domini reputentur, cum tamen, sicut sepe allegatum  
 est prius, in scriptura sacra nunquam laici ab ecclesie nomine  
 excludantur, sed ubicunque in scripturis sacris nomen  
 'ecclesie' viros et mulieres, clericos et laicos comprehendat.  
 Causa igitur fidei et Dei secundum istos spectat ad laicos,  
 quemadmodum fides spectat ad laicos, et sicut Deus ita est  
 410 Deus laicorum sicut clericorum, sic causa fidei spectat ad  
 clericos et etiam ad laicos. Si enim causa fidei et Dei nullo  
 modo spectaret ad laicos, laici nec fidem deberent defendere,  
 nec hereticos evitare, nec in prosecutione cause fidei prelati  
 assistere, nec in aliquo se intromittere de hereticis etiam per

---

**392** non...393 divinis] Possible allusion to John XXII's sermon  
 "Gaudete in Domino semper" of 17 December 1329 [OP III, p. 14]  
**405** prius] E.g. 1 Dial. 5.32 (OP V), 1 Dial. 6. 85, 1 Dial. 6.93ss.

---

**391** propositionem] propo<sup>m</sup> Bb propositum We Ly **392** vel] *omitted* Ly  
**394** et...395 informationem] *omitted* Ly **397** nollent] nolunt Fi | non]  
*omitted* Bb | possent] possit' Fi **400** spectare] spectat An | et] vel Ly  
**401** est<sup>1</sup>] esset Ly **402** omnino] ideo Ly **403** exclusis] possent *added*  
 Ly | clerici] *omitted* Ly **404** reputentur] reputari Ly | tamen] *omitted*  
 Ly **405** prius] *omitted* Ly **406** in] *omitted* Fi | sacris] divinis We  
**407** clericos] Vc Ox: *omitted* Ww | et<sup>2</sup>] *omitted* Fi An **408** istos] istas  
 Bb **409** quemadmodum...laicos] *omitted* Ly | Deus...410 clericorum]  
 Deus est Deus clericorum ita est Deus laicorum Ly **410** spectat...411  
 laicos] que spectat ad clericos etiam spectat ad laicos Ly **411** enim]  
 etiam Ly **412** spectaret] spectat Fi | deberent] Domini Ly  
**413** prosecutione] persecutione Ly | cause] *omitted* Ly **414** de] *omitted*  
 Bb

ecclesiam condempnatis, que sunt insana censenda. Causa 415  
igitur fidei, que est causa Dei, aliquo modo spectat ad laicos.

Principalius tamen spectat ad prelatos ecclesie, quia  
prelati ecclesie non solum hereticos laicos, quando per alios  
laicos minime cohercentur, sed etiam hereticos clericos 420  
possunt debite cohercere, de quibus laici iudicare non possunt  
nisi clerici eos noluerint vel non potuerint castigare,  
Secundario autem causa fidei spectat ad laicos, quia laici  
etiam clericos, imo etiam papam hereticum, possunt et  
debent, ne virus sue perfidie transfundat in alios, prohibere, si  
eum clerici noluerint vel non potuerint cohercere. 425

**Discipulus:** Dic quomodo respondetur ad auctoritates  
ubi prius adductas.

**Magister:** Ad primam respondetur quod cum de causis  
Dei agitur, et sacerdotes Christi suum officium digne et  
sollicite exequentur, imperatores et reges debent voluntatem 430  
suam sacerdotibus Christi, recipiendo eorum informationem  
et consilia ac stando eorum iudicio in hiis que ad ipsos  
pertinent iudicare, subdere, non preferre. Ubi autem  
sacerdotes averterentur a fide, vel in causis Dei essent  
dampnabiliter negligentes, imperatores et reges deberent 435  
voluntatem suam sacerdotibus non subdere sed preferre. Et  
sic intelligenda sunt verba Felicis pape, qui per verba sua  
honorem Dei intendebat. Et ideo, quia esset contra honorem  
Dei quod reges voluntatem suam subderent sacerdotibus  
hereticis et negligentibus seu laborantibus ad subversionem 440  
fidei orthodoxe, noluit Felix papa quod reges in hoc casu  
suam subderent sacerdotibus voluntatem.

Ad auctoritatem Nicholai pape respondetur quod verba  
eius non possunt nec debent sine omni exceptione intelligi.  
Tunc enim clerici incorrigibiles, falsarii, et heretici per 445  
ecclesiam condempnati et curie traditi seculari per iudices

---

428 Ad primam] 1 Dial. 6.91.12-26\* 437 verba<sup>1</sup>...pape] 1 Dial.  
6.91.35-39\* 443 auctoritatem...pape] 1 Dial. 6.91.40-43\*

---

415 condempnatis] deberent *added* Ly 416 igitur] enim Bb | fidei]  
*omitted* Ly | laicos] prelatos Fi 418 ecclesie] ecclesia An | quando...  
419 cohercentur] cohercent Ly 419 hereticos] *omitted* Ly 421 eos]  
*omitted* Ly 423 etiam<sup>2</sup>] *omitted* Ly 424 transfundat] transfundant Bb  
transferat Ly 427 ubi prius] supra Ly 428 Ad primam] We Vc Ox Ba:  
*omitted* Bb Fi An Ly 429 Dei] fidei Ly 432 ac stando] *omitted* Ly  
433 pertinent] pertinent Fi | autem] a Fi 435 deberent] We Vc Ox Ba:  
*omitted* Bb Fi An debent Ly 437 qui] *omitted* Fi 442 suam] suo Ly  
subderent] *omitted* Fi An 443 respondetur] dicitur Ly 445 falsarii]  
*omitted* Ly | et...446 seculari] *omitted* Fi

seculares nullo modo iudicari deberent, que tamen constat esse falsa. Verba igitur Nicholai pape cum exceptionibus suis debent intelligi. Potissima autem exceptio est quando papa est  
 450 hereticus et clerici eum nolunt vel non possunt corrigere. Ergo cum ista exceptione potissime verba Nicholai debent intelligi.

Ad tertiam autem auctoritatem respondetur quod Theodosius iunior, scribens synodo Ephesine, noluit quod  
 455 Candidianus comes se de piis dogmatibus que in eadem synodo tractabantur intrromittere attemptaret, quia illa pia dogmata de quibus tractabatur sufficienter poterant terminari per sacerdotes qui convenerant. Cum vero dicit “*illicitum namque est eum, qui non sit ex ordine sanctissimorum episcoporum, ecclesiasticis intermisceri tractatibus*”,  
 460 respondetur quod hec verba non possunt nec debent intelligi sicut prima facie sonant. Tum quia tunc nunquam magistri theologie aut alii literati in decretis et scripturis divinis qui non essent episcopi deberent ecclesiasticis tractatibus  
 465 interesse, tum quia tunc imperatores nunquam deberent concilio generali in quo tractaretur de questione fidei interesse, que falsa sunt et absurda. Debent ergo verba predicta sic intelligi: quod illicitum est eum qui non sit in ordine episcoporum, tanquam sit presidens episcopis,  
 470 ecclesiasticis intermisceri tractatibus, quando per episcopos rite et ordinate tractantur. Ubi autem episcopi convenirent in subversionem fidei catholice, deberet laicus catholicus non solum eis preesse, sed eos debite cohercere quando per alios clericos coherceri non possent.

---

453 Ad... auctoritatem] 1 Dial. 6.91.44-51\* 461 hec...468 quod] PP\*

---

450 eum] *omitted* Ly | possunt] *omitted* Bb 453 autem] *omitted* We Ly  
 454 iunior] minor An Ly | Ephesine] Ephesinei Fi An 455 se] sic Fi  
 piis] hiis Bb *omitted* An | dogmatibus] degradationibus Ly 456 illa]  
 We Vc Ox Ba: eius Bb Fi An Ly | pia] impia Ly 458 convenerant] qui  
 tanquam periti et zelo fidei orthodoxe accensi consilio predicti comitis in  
 huiusmodi non egebant *added* We Vc Ox Ba | vero] ergo Bb  
 459 namque] enim Ly | sit] est Ly | ex] in Ww 460 intermisceri]  
 intrromisceri Ly 461 non] *omitted* Bb 462 magistri] magister Ly  
 463 alii literati] alius literatus Ly 464 essent...deberent] esset episcopus  
 deberet Ly | deberent] debent Fi 465 tum...nunquam] etiam  
 imperatores non Ly 468 sic] sicut precedentia Ly | quod] quia Ly  
 469 presidens episcopis] episcopus Ly 470 tractatibus] et *added* Ly  
 474 possent] possunt Ly

Ad quartam auctoritatem similiter respondetur quod imperatores non debent indebite usurpare que solis sacerdotibus conveniunt. Sed detinere papam hereticum quando clerici nollent vel non possent eum corrigere non convenit solis sacerdotibus, sed competit laicis orthodoxis, ideo etc. 475 480

Ad quintam auctoritatem dicitur quod si imperator est catholicus, filius est secundum Iohannem papam ecclesie catholice, non heretice, non presul ecclesie catholice, sed presul (hoc est superior) est et iudex ecclesie heretice, quando clerici ecclesiam hereticam nolunt vel non possunt corrigere. Et ideo “*quod ad religionem competit discere*” a catholicis “*ei convenit, non docere*”, tanquam habens predicandi officium, quia “*habet privilegia sue potestatis, que administrandis legibus publicis divinitus consecutus est*” in quantum solummodo imperator. Sed in quantum imperator christianus non solum ad ministrandis legibus secularibus debet intendere, sed ei incumbit hereticos clericos, etiam papam hereticum, quando ecclesiastica potestas deficit, cohercere. Et ideo imperator circa dispositionem celestis ordinis nichil usurpet indebite, quia ad sacerdotes catholicos non hereticos Deus voluit que ecclesie dispensanda sunt pertinere principaliter, non ad seculi potestates principaliter, nec etiam non principaliter quantum ad sacramenta ecclesie dispensanda. Quantum vero ad clericos ordinandos et recipiendos si remeaverint de errore non debent se imperatores intromittere, nisi supplendo malitiam vel negligentiam aut impotentiam vel ignorantiam sacerdotum. 485 490 495 500

---

475 Ad...auctoritatem] 1 Dial. 6.91.52-55\* 481 Ad...auctoritatem] 1 Dial. 6.91.56-68\*

---

475 similiter] *omitted* Ly 481 si...482 catholicus] imperator catholicus Ly 483 heretice non] heretice et non est Ly | non<sup>2</sup>] et non est Ly 484 quando] cum Fi An 486 competit] ei *added* Ly | ei...487 convenit] *omitted* Ly 487 habens] habent Fi An 488 que administrandis] ad que ministrandum Ly | administrandis] ministrandum An ad ministrandis We 489 consecutus] constitutus Ly | est] nec *added* Ly 490 christianus] est *added* Bb Fi An Ly 491 ad ministrandis] ad ministrandis Bb Fi We 493 ecclesiastica] ecclesie Ly 495 non] autem *added* Ly 496 que] quod Bb in *added* Ly | ecclesie] ecclesia Ly dispensanda] disponenda We 498 ecclesie] ecclesiastica We 499 ordinandos] ordinatos qui heretici facti sunt corrigendos Ly 500 si] *omitted* An | remeaverint] rema<sup>int</sup> An remanserint Ly | de] in Ly errore] de errore *added* Ly 501 vel...502 negligentiam] *omitted* Fi 502 sacerdotum] prelatorum Fi

Verba igitur Iohannis pape sane debent intelligi, ut in detrimentum fidei orthodoxe nullo modo redundant.

505 **Discipulus:** Quomodo possent in detrimentum fidei redundare?

**Magister:** Respondetur quod verba Iohannis pape in detrimentum fidei orthodoxe redundarent si in nullo casu imperator vel iudex secularis posset papam hereticum  
510 cohercere, quia, si papa esset hereticus et omnes clerici una cum papa, exceptis duobus vel tribus episcopis quos papa hereticus in vinculis detineret, in multitudine populi christiani periclitaretur fides, nisi laici possent compescere hereticos et catholicos liberare.

515 **Discipulus:** Dic quomodo respondetur ad auctoritatem Cypriani.

**Magister:** Respondetur quod beatus Cyprianus loquitur in casu in quo pontifices non sunt heretici, nec sunt in suo officio negligentes.

520 **Discipulus:** Video quod omnes auctoritates de hac materia uno modo exponuntur, quod videlicet intelligende sunt quando non deficit potestas ecclesiastica. Quando autem defecerit potestas ecclesiastica locum non habent. Ideo dic quomodo ad tertiam rationem respondetur.

525 **Magister:** Respondetur quod omne crimen ecclesiasticum spectat in aliquo casu ad iudicem secularem. Aliter enim pater filium pro crimine heresis cohercere non posset. Aliter etiam iudex laicus clericum dampnatum pro heresi et curie traditum seculari iudicare non posset.

530 **Discipulus:** Executio sententie late contra clericum pro crimine ecclesiastico, puta pro crimine heresis vel alio crimine ecclesiastico, spectat ad laicum, sed examinatio cause et pronuntiatio sententie non spectat ad laicum. Unde illa punitio hereticorum fit auctoritate ecclesie, et ita magis eam  
535 facit ecclesia quam iudex secularis.

---

515 ad...516 Cypriani] 1 Dial. 6.91.69-82\*

---

503 igitur] hec added Ly | debent] debet An 504 redundant] redundet An 505 fidei] omitted Ly 508 orthodoxe] catholice We omitted Ly 510 quia] sed Ly 513 fides...514 liberare] omitted Fi | et...514 catholicos] omitted Bb 518 sunt<sup>2</sup>] omitted Ly 521 quod] quia Ly videlicet] quod added We | intelligende] intelligendi Ly 523 defecerit] deficeret Ly | locum] lo<sup>9</sup>An 527 enim] non omnis Ly | non] omitted Ly 528 dampnatum] condemnatum Ly 530 late] lata Ly 531 vel...532 ecclesiastico] omitted Ly 532 crimine] modo An

**Magister:** Videtur nonnullis quod minime habeas sanctorum canonum intellectum. Quia iudex secularis, puniendo clericos hereticos ab ecclesia condemnatos et curie traditos seculari, non est merus executor sententiae per ecclesiasticum iudicem late. Tunc enim nullam penam posset infligere nisi per ecclesiasticum iudicem taxatam, quod falsum est. Iudex ergo secularis non est in hoc casu merus executor, et per consequens habet in hoc casu de clerico heretico iudicare. Ad convincendum tamen ipsum de heretica pravitate sufficit sibi quod convictus fuerit in alio iudicio, et ideo solum sibi iudicialiter debitam penam imponit. Et ita videtur quod crimen ecclesiasticum in aliquo casu spectat ad iudicem secularem. Quare tunc potissime spectat cum papa est hereticus et clerici nolunt vel non possunt cohercere eundem.

Ad decretum autem 11 q. 1 c. *Si quis cum clerico*, respondetur quod decretum ille loquitur in casu quando tota potestas ecclesiastica non deficit. Quando autem tota potestas ecclesiastica deficeret, aliter esset tenendum.

**Discipulus:** Hoc videtur contra iura. Dicit enim glosa 11 q. 1 § c. 1 quod propter negligentiam iudicis ecclesiastici clericus non potest conveniri coram laico, licet econverso propter desidiam iudicis secularis causa secularis coram iudice ecclesiastico sit tractanda.

**Magister:** Respondetur quod glosa loquitur in casu in quo non tota ecclesiastica potestas deficeret. Licet enim episcopus negligeret facere iustitiam de clerico, non esset ad secularem iudicem recurrendum, quia ad papam posset haberi recursus. Sed si nullus esset papa et nullus esset clericus qui posset et vellet de clerico qui fidem esse falsam publice predicaret iustitiam adhibere, ne tantum fidei periculum immineret esset clericus per laicos saltem detinendus.

---

551 Ad...autem] 1 Dial. 6.91.98-104\* 555 glosa] *Dictum Gratiani ante C. 11 q. 1 c. 1 (Nemo unquam episcopum)* col. 1189 s.v. quod clericus

---

537 sanctorum] sacrorum Bb We Ly 538 hereticos] *omitted* Ly 539 merus] tantum Ly 545 sibi] *omitted* Ly 546 iudicialiter] iudi<sup>a</sup> gap super An sr *added* Fi 547 spectat] spectet Bb Fi An 548 Quare] Quia Fi 549 est] esset Ly | nolunt] nollent Ly | possunt] possent Ly 551 cum clerico] in hoc Ly 552 ille] illud Fi An We Ly 553 deficit... 554 ecclesiastica] *omitted* Fi 554 deficeret] deficit Ly 556 §] *omitted* Ly 558 desidiam] defectum Ly 565 vellet] nollet Ly | qui...566 adhibere] publice delinquente iustitiam facere deberent laici iustitiam adhibere Ly 566 adhibere] adhiberet Bb exhibere We | ne] et sic etiam ubi Ly 567 saltem] *omitted* Ly

Ad rationem vero qua probatur quod crimen  
ecclesiasticum ad iudicem secularem non spectat, respondetur  
570 quod ad decretum iudicis qui per seipsum ex consuetudine  
audit, examinat, et diffinit causas, spectat quod habeat  
notitiam illarum legum et iurium secundum que est in causis  
huiusmodi iudicandum. Et ideo qui ex consuetudine per  
seipsum audit, examinat, et diffinit in causis de criminibus  
575 ecclesiasticis, et maxime de crimine heresis, decet ut non  
solum in notitia canonum sed etiam in scripturis divinis sit  
peritus et etiam exercitatus. Sed non est simpliciter  
necessarium quod ille qui non ex consuetudine per seipsum  
huiusmodi causas examinat sed aliis committit, notitiam  
580 habeat, presertim excellentem, legum et iurium secundum  
que oportet iudicem in causis huiusmodi iudicare, sed sufficit  
quod habeat peritiam iudicandi. Aliter enim nullus posset  
eligi in summum pontificem nisi esset in scripturis divinis  
excellens, cum tamen constat sepe in sacra pagina simplices  
585 fuisse ad papatum assumptos. Constat enim quod ad  
summum pontificem sunt cause fidei deferende (24 q. 1 c.  
*Quotiens*). In causis autem fidei potissime et principalissime  
oportet secundum sacras litteras iudicare. Ergo, si iudex in  
talibus causis debet habere notitiam precellentem iuris  
590 secundum quod oportet iudicare, nullus posset eligi in  
summum pontificem nisi esset excellens in sanctarum  
notitiam scripturarum. Iterum, nullus posset eligi in  
episcopum nisi haberet notitiam decretorum et decretalium,  
quia secundum decreta et decretales oportet in causis  
595 ecclesiasticis iudicare.

Videtur ergo dicendum quod cum aliquis tractat causas  
aliquas, eas aliis committendo et de consilio aliorum, non est  
necesse quod habeat legum secundum quas iudicare debet  
notitiam precellentem. Ergo quando cause alique non

---

568 Ad...vero] 1 Dial. 6.91.91-97\* (*"Tertio"* : cf. lines 7-10\* *supra*)

586 24...587 Quotiens] C. 24 q. 1 c. 12 col. 1835

---

568 qua] quia Bb 570 decretum] decreta' (*sic*) An decentiam Ly  
571 audit] et *added* Ly 573 qui] *omitted* An 574 de criminibus]  
criminalibus et Ly 575 decet] dictum An 576 sit] fit Fi 577 etiam]  
*omitted* Ly 580 iurium] notitiam *added* Ly 582 quod] *omitted* An  
nullus] quis non Ly 583 eligi] elegi Bb 584 constat] constet Ww  
585 assumptos] assumpto Bb 587 autem] enim Ly 588 secundum]  
quod An 590 oportet] posset Ly 592 notitiam] notitia Ly | Iterum]  
Item Ly 594 quia] oportet Fi | decretales] decretalia Fi An 597 eas]  
*omitted* Ly | et] *omitted* Fi | consilio] consiliis Ly 599 precellentem]  
excellens Ly | Ergo] multo fortius *added* We



spectant ad iudicem nisi in casu speciali et qui raro accidit, 600  
 non est necesse quod iudex iuris secundum quod iudicare  
 debet notitiam habeat precellentem. Cause autem fidei in casu  
 speciali et qui raro accidit spectant ad iudicem secularem, ut  
 scilicet iudex secularis per seipsum causam fidei examinet et  
 in ea diffiniat absque consilio aliorum in sacra pagina 605  
 peritorum. Hoc enim nunquam debet facere nisi quando  
 omnes in sacris literis eruditi quorum posset habere consilium  
 aperte contra fidem errarent. Et ideo non est necesse quod  
 iudex secularis notitiam habeat precellentem scripture divine,  
 sed sufficit sibi pro multis casibus, qui tamen raro vel 610  
 nunquam accidunt, quod aliqualem notitiam explicitam fidei  
 habeat orthodoxe, quam habere tenetur, quemadmodum  
 omnes christiani aliqua tenentur credere explicite, que debent  
 tam firmiter credere quod si omnes clerici mundi et in sacra  
 pagina eruditi contraria affirmarent, docerent, predicarent, 615  
 assererent, et tenerent, laici eis credere non deberent, sed eos  
 redarguere, reprobare, et acriter reprehendere tenerentur. Et  
 ideo in talibus casibus, quando scilicet clerici errarent contra  
 illa que laici credere tenentur explicite, omnes laici christiani  
 ratione utentes et discreti, quales debent esse iudices in 620  
 quibuscunque causis, habent sufficientem peritiam ad  
 iudicandum in talibus causis de clericis quibuscunque.

**Discipulus:** Mirabile est quod idiota de clerico,  
 imperitus de perito, illiteratus de literato, in his que ad sacras  
 literas spectant debeat vel valeat iudicare. Et tamen si ad hoc 625  
 aliqua exempla possunt adduci libenter scirem.

**Magister:** Ad hoc probandum exempla plurima  
 allegantur. Si enim omnes in sacra pagina eruditi una cum  
 papa et cardinalibus omnibus predicarent, assererent, et  
 docerent fidem christianam esse falsam et malam, et legem 630  
 iudeorum vel sarracenorum esse servandam, laici illiterati per  
 notitiam fidei quam in ecclesia didicerunt essent iudices  
 eorum idonei quantum est ex parte scientie vel peritie seu  
 notitie, licet aliqui non essent iudices eorum idonei propter  
 carentiam iurisdictionis et potestatis. 635

---

600 spectant] spectat Bb | nisi] omitted Fi | et] omitted Ly 608 non]  
 in Bb 611 explicitam] explicatam Bb Fi 614 et] omitted Ly  
 615 predicarent] omitted Bb 616 eis] omitted Ly 617 Et...619  
 tenentur] omitted Ly 620 et discreti] omitted Ly | debent] omitted An  
 621 ad...622 iudicandum] iudicandi Ly 622 causis] habent added Bb  
 fidei added We 624 illiteratus...literato] inlitteratus de licturato We  
 625 spectant] spectat Bb | vel] et Ly 628 allegantur] allegarentur Ly  
 633 quantum...634 idonei] omitted Fi An

Item, si omnes clerici mundi assererent Christum non  
fuisse crucifixum, vel non esse venturum ad iudicium, vel  
animas reprobatorum non esse in inferno, vel aliquod  
huiusmodi quod omnes christiani laici et clerici credere  
640 tenentur explicite, pure laici illiterati quantum est ex parte  
notitiae seu peritiae essent iudices eorum idonei.

**Discipulus:** Tu ponis exempla que nunquam acciderunt.

**Magister:** Respondetur quod propter duo talia ponuntur  
exempla. Primo quia talia, licet nunquam acciderint, possent  
645 accidere. Secundo quia per exempla tam aperta manuducitur  
intellectus ad discernendum quid in aliis est tenendum.

**Discipulus:** Puto me intelligere responsionem datam ad  
rationem illam. Ideo dic quomodo respondetur ad rationem  
quartam.

**Magister:** Respondetur quod maiores cause sunt ad  
650 maius iudicium deferende quando iustitia et veritas in maiori  
iudicio poterit inveniri, et iudicium maius non deficit.  
Quando autem non inveniretur maius iudicium, tunc  
nonnunquam maiores cause essent ad inferius iudicium  
655 referende. Et ideo si papa et omnes clerici ad quos posset  
haberi recursus contra fidem errarent aperte, tenentes vel  
docentes aliquid contra catholicam veritatem quam omnes,  
etiam laici, tenentur credere explicite, huiusmodi causa non  
ad papam hereticum sed ad laicos catholicos esset omnino  
660 deferenda.

Cum vero accipitur quod causa heresis est inter causas  
maximas computanda, respondetur quod causa heresis duplex  
est, sicut causa fidei duplex est. Quandoque enim vocatur  
causa heresis quando questio agitur de aliquo quod  
665 manifestum esse heresim, quia est heresis explicite

---

**637** vel<sup>2</sup>...638 inferno] Another allusion to the *visio beata*  
controversy.(PP\*) **642** Discipulus...648 illam] This text could have  
been composed prior to 1 Dial. 6.19. 6-10\* . Cf. also 1 Dial. 6. 19.  
120-122\* .

---

**636** mundi] *omitted* Fi **638** aliquod] ad Fi **640** pure] puri Bb We Ly  
laici] *omitted* Ly **644** acciderint] acciderunt tamen Ly | possent]  
possunt Ly **645** aperta] apparenta Fi aperte Ly **646** quid] quod Fi  
**648** illam] *omitted* An **650** maiores] rariores Bb **651** iudicium]  
*omitted* Fi **654** nonnunquam] *omitted* Ly **655** referende] deferende Ly  
**657** catholicam] aliquam Ly | omnes...658 laici] eodem modo omnes  
clerici Ly **658** etiam] et Fi **659** esset] esse An **662** duplex...663 est<sup>1</sup>]  
*omitted* Ly **663** sicut] et *added* We **664** quod] est *added* We  
**665** manifestum] est *added* Bb Fi Ly | est] *omitted* An

condempnata, et hec causa heresis vel causa fidei inter causas maximas minime computatur, quia hec causa ad episcopos spectat et inquisitores heretice pravitatis. Et ideo hec causa in casu speciali potest competere laicis etiam super papam hereticum quem clerici nollent vel non possent cohercere. 670

Alia est causa heresis sive fidei quando de aliquo questio agitur quod non est certum esse heresim, quia nec est heresis explicite condempnata, nec eius contrarium est veritas catholica explicite approbata. Et talis causa heresis vel fidei inter causas maximas computatur, nec diffinitio seu determinatio talis cause unquam spectat ad laicos illiteratos, sed solummodo spectat ad universalem ecclesiam et concilium generale, vel ad Romanum pontificem. Et ita talis causa nunquam deferenda est ad iudicium seculare. Et ideo quantum ad talem causam iudicium ecclesiasticum maius est iudicio seculari, sicut scribit Gregorius Nazianzenus. Si tamen iudicium ecclesiasticum propter infidelitatem clericorum defecerit, talis causa tunc minime est tractanda. 675  
680

Ad quintam rationem respondetur quod licet potestas iudiciaria secularis et potestas iudiciaria sacerdotalis sint potestates distincte, non tamen taliter sunt distincte quod nunquam habeat una iudicare de alia, et quod nulla causa que spectat ad unam potestatem in nullo casu spectet ad aliam potestatem, quia hoc est expresse contra canonicas sanctiones quibus asseritur manifeste quod potestas ecclesiastica nonnunquam habet de potestate seculari iudicare et nonnunquam habet iudicare de causis spectantibus ad iudicem secularem. Ergo per distinctionem istarum 685  
690

---

671 Alia...causa] The ensuing paragraph does not significantly contradict the position defended by Ockham in *De dogmatibus* 2.9 (OP VIII, pp. 100-102), and also in 1 Dial. 6.99.602-613\*

---

666 hec] est *added* Bb huiusmodi We | causas] multas Fi 669 etiam] *omitted* Ly 670 nollent] nolunt Ly | possent] pñt Fi possunt Ly 672 agitur] efficitur Ly | nec] non Ly 678 ad] *omitted* Ly 681 Nazianzenus] Nazanzenus Ww 683 defecerit] deficeret Ly 686 iudiciaria<sup>1</sup>] iudicia Bb | secularis...iudiciaria<sup>2</sup>] We Vc Ox Ba: *omitted* Bb Fi An Ly sacerdotalis et potestas iudiciaria regalis (regularis Es) vel secularis Es Fr | sacerdotalis] et secularis *added* Ly 687 sunt] *omitted* Bb 689 spectat] spectat Ly 693 causis] spectet ad iudicem de causis *added* Bb 694 Ergo...696 secularem] *omitted* An distinctionem] diff<sup>em</sup> We

695 potestatum non potest probari quod in nullo casu spectet ad iudicem secularem de papa heretico iudicare.

Ad sextam rationem respondetur quod sicut ad imperatores qui erant pagani spectabat non in quantum erant pagani sed in quantum erant homines Deum colere et idola  
700 relinquere, ita ad imperatores et reges qui erant pagani non in quantum erant pagani sed in quantum erant imperatores et reges spectabat catholicos defensare. Propter quod ad imperatores et reges christianos, qui succedunt imperatoribus et regibus paganis non in paganismo sed in imperiali et regia  
705 dignitate, spectat etiam papam hereticum quem clerici nolunt vel non possunt corrigere, cohercere.

Ad septimam rationem respondetur quod in eadem causa contingit uti diversis legibus et in causa consimili unus iudex tenetur uti aliquibus legibus quibus alius uti non  
710 tenetur. In eadem ergo causa seculari aliis legibus utitur iudex in Italia et aliis legibus utitur iudex in Francia. Et ideo licet papa vel iudices ecclesiastici non teneantur uti legibus imperialibus seu secularibus in causa heresis, tamen iudices seculares in huiusmodi causa, quando spectat ad eos, uti  
715 possunt et legibus divinis et ecclesiasticis et etiam secularibus que non sunt contrarie legi divini vel legibus ecclesiasticis ad quas omnes catholici astringuntur.

Ad octavam rationem respondetur per ea que dicta sunt in responsione ad rationem quintam, quia una causa fidei in  
720 aliquo casu spectat ad iudicem secularem, et alia causa fidei que est de aliquo quod nec est explicite condemnatum nec explicite approbatum nunquam pertinet ad diffinitionem iudicis secularis.

725

---

695 spectet] spectat Ly 696 heretico] heretic<sup>9</sup> Bb 698 spectabat] spectabit Fi 702 spectabat] pertinebat Ly 704 in<sup>2</sup>] omitted Bb | regia] regali Ly 706 corrigere] et added We vel added Ly 708 et...711 legibus] omitted An 710 ergo] enim We 711 utitur] omitted Ly 714 seculares] omitted Fi An 716 sunt] sint We | divini] divine Ly legibus] omitted Ly 718 respondetur] respondentur Ly | per] We Vc Ox Ba Fr: quod Bb Fi An eadem Ly | ea] omitted Ly | que] omitted Bb 719 quia] quod Ly | in<sup>2</sup>...720 fidei] omitted Ly

